
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
18 G
52



Antinomia Iuris Feudalis.

SIVE

Disputationes XI.

EX

HVBERTI GIPHANII IC. SVMMI,

SACR. CÆSAR. MAIESTAT. CONSILIARII, &c. PRÆLECTIONIBUS desumptæ.

QVIBVS, ARTIFICIOSA METHODO, Medulla totius iuris feudalis continetur: additis ex toto iure Obiectionibus, Solutionibus & Explicationibus, iisdemque certum in ordinem redactis ab

EXIMIO D. Contrado Olemanno IC.S.

OPVS IVRIVM STVDIOSIS, RESPONDENTIBVS, OPPONENTIBVS AC in foro versantibus, vtilissimum & apprime necessarium.

ACCESSIT DEMVM TRACTATVS FEVDALIS D. HVBERTI GIPHANII IC. elegantissimus, breui & succincta methodo ius omne feudorum & controuersias dilucide explicans.

Cum INDICE rerum & verborum locuplete.





Ill.me Cocini

FRANCOFVRTI

Typis NICOLAI HOFMANNI, Impensis Iohannis Iacobi Porsii. 1606.




C. Lyon Mlle Cousin



ELENCHVS DISPVTATIONVM FEVDALIVM.

(:) 2 ELEN-



LIBER DISPVTATIONVM IVRIS FEVDALIS, E DN. HVBERTI GIPHANII IC. SCRIPTIS, QVÆ AD DVOS de feudis libros quondam dictauit, depromptarum; vna cum vtilissimis explicationibus, obiectionibus & resolutionbus Dn. Conr. Olemanni, IC. S.

PROOEMIVM.

SVMMARIA.

1 *Mens humana, sua natura ita auida, vt semper ea, quæ per totam vitam sunt fructuosa & in praxi frequentia, expetat.*
2 *Ratio naturalis omnes hmines ea, quæ ad vitam sunt necessaria, sequi docuit.*
3 *Ius feudale in Germania satis frequens, vtile & quotidianum.* num. 6.
4 *Testimonia clarissimorum virorum de huius iuris feudalis cogitatione assidua.*
5 *Causæ feudorum sunt graues, magniq; ponderis, præsertim in Germania.*
7 *Feuda sunt fulcra Romani Imperii.*
8 *Materia feudalis est practicabilis, ex cuius scientia nascuntur diuitiæ.*
9 *Vnus casus in iure feudali ad ditandum quandoq; sufficit.*
10 *Consuetudines feudales intolerabili barbarie sunt fœdatæ, quam praxis huius iuris feudorum quotidiana satis detegit.* num. 11.
12 *Hæ disputationes feudales tumultuarie sunt contextæ, in quibus magna est perturbatio secundum Duarenum.* num. 13.
14 *Feudistæ frustra laborant interdum de continuatione feudorum.*
15 *Ius feudale perturbatum quomodo à feudistis certum in ordinem redigendum.*
16 *Distributio Disputationum feudalium hoc in libro quæ & qualis.*

A NIHIL

1 IHIL sane auidius mens †humana, liberalibus præsertim artibus addicta, sua natura expetit, quàm ea quæ per totam vitam fructuosa, necessaria & in praxi
2 frequẽtia esse possunt. Naturalis enim † ratio omnes homines, cuiuscunque sunt ordinis, docuit ea sequi, quæ ad viuendum sunt necessaria, quod Cicero *lib.1. officiorum* testatur; quorum numero merito habetur ius feudorum vel Longobardorum, de quo, vt fre-
3 quens & quotidiana † hisce terris in foro est quæstio: Ita vtilitatem in se continet maximam, quę seipsam commendat, quemadmodum IC. Vlpian. de restitutionum materia loquitur, *in l.1. ff. de in integrum restitut.* Qua de re
4 multorum non ingrata †extant testimonia, quibus eò facilius ad cogitatio-
5 nem huius iuris deducamur & inuitemur: Sunt enim causæ feudorũ † graues & magni ponderis, magnosq; solent præstare prouentus, maxime in locis Germaniæ; in quibus oriuntur arduæ sæpe quæstiones, de hoc iure inter Duces, Comites, Barones, Nobiles, vt refert Iason *in præludio feudali*, ex Alberico de Rosate, *in repertorio suo iuris Canonici, in verb.* FEVDVM. Et Schneid. *in*
6 *tract. feud. in princ.* Quibus & hoc addatur, feuda continere †materiam valde vtilem & quotidianam, secundum Iul. Clar. *in § feudum. in 1. libr. sent. quæst.14.*
7 Et fulcra † sunt Romani Imperii, secundum clarissimum D. Borch. præce-
8 ptorem, *in præfatione feud.* Imo materia feudalis †est practicabilis, ex cuius scientia oriuntur nummi, & transeunt in bursas aduocatorum, & feudistarũ;
9 Et quandoq; vnus casus †est ad ditandum hominem sufficiens, si in hac materia accidat per vitam, referente Petro Rebuffo *in tract. feud.* Nec quicquã his obstat id, de quo Zasius *in proœmio Epitomes* conqueritur, eas scilicet con-
10 suetudines feudales † modica rei Latinæ puritate esse traditas, & intolerabili barbarie fœdatas. Quia conniuentibus velut oculis est conspicienda illa barbaries, quam tum nimirum temperat, & quasi obuelat & tegit huius
11 iuris †quotidina praxis & vtilitas; adeo vt propter assiduum & frequentẽ fori vsum, huius iuris sordida & barbara verba splendescant, & magis suauia videantur. Deinde non immerito obiicitur, has † consuetudines, seu di-
12 sputationes feudales parum ex ordine, sed temere & velut ex re esse natas, & tumultuarie quasi, prout in buccam venerunt, esse contextas, Zasius *in*
13 *proœmio epitom. feudal* Et Borcholt. *in princip. tract. feudal.* in iisq; magnam †esse perturbationem, secundum Duaren. *in c.3. tract. feudal.* adeo vt interpretes
14 frustra †laborent in disputationibus illis ad se inuicem continuandis. Zasius *dict. loco.* Sed hoc vltimum malum facile auerti potest, si illud perturbatũ
15 †ius in certas disputationes colligatur, iusta serie proponatur & explicetur,

tum

tum non amplius confusio, sed ordo aderit, quem nobis IC. Paul. *in l. cum de Lanionis. 18. § . Item Caccabos. ff. de fundo instruct. & instrum. legat.* commendat; vbi affirmat, primis quibuscunque proxime copulata debere procedere. IC. Hermogen. *in l. 2. ff. de stat. hom.* Hoc bonum, vt & nos obtineamus, eoque in hoc iure explicando iuuemur, tota materia † feudalis in XI. Disputationes 16
erit distinguenda, hisque breuibus obiectionibus & resolutionibus explicanda.

I. Quid sit feudum; quæ sint eius propria; in quibus pacta admittãtur, & in quibus non: item in quibus ab emphyteusi & libellaria differat?
II. De origine, compilatoribus, authoritate, diuisione item feudorum.
III. Qui feudum dare vel accipere possint, & quæ res in feudum dari possint, vel non?
IV. De feudi acquisitione, inuestitura, & iuramento fidelitatis.
V. De feudi successione.
VI. De feudi præscriptione & renouatiua inuestitura.
VII. De mutua obligatione Domini & Vasalli.
VIII. De feudi amissione & alienatione, eiusq; reuocatione.
IX. Amissum feudum ad quem reuertatur; & de fructibus meliorationibusq; feudi.
X. De feudi probatione & actionibus eiusdem nomine competentibus.
XI. Coram quo de feudo agatur, & de forma iudicii.



SEQVVNTVR NVNC THEMATA FEVDALIA IN XI. DISPVTATIONES ORDINE DISTRIBVTA, vna cum suis obiectionibus & resolutionibus satis perspicuis, & textibus iuris ciuilis probatis.

DISPVTATIO I.

Quid sit feudum: quæ eius propria: in quibus pacta admittantur & in quibus non: item, in quibus ab emphyteusi & libellaria differat.

Thema 1. Vocabuli FEVDI licet variæ reperiantur Etymologiæ, nobis tamen tum ob res, tum ob phrasin, feuda à fide seu fidelitate deduci placet. *c.1.per quas fiat inuest.* idem probat Borch.*c.1. n.1.eodem.*

2. Vnde sequitur, nullum feudum sine fidelitate esse; licet non desint qui affirment.

3. Feudum esse vsumfructum quendam rei immobilis sub conditione concessum statuimus, *c.vnic.in quib.causis feud.amittat.*

4. Errant itaq;, qui feudum definiunt rem immobilem; hæc enim duo multum differunt. Duar.*c.2.de feud.* Borch.*c.1.n.11.*

5. Quemadmodum & illi, qui feudum contractum esse aiunt; Aliud namque est contractus, aliud feudum ipsum. Cuiac.*in proœm.feud.* Wesenbec.*c.1.num.3.*

6. Contractum feudi vero esse ciuilem nominatum consensu potissimum constantem post multam controuersiam obtinuit, Curt.*p.1.q.9.nu.5.* Wesenb.*c.1.n 3.pag.132.* Zas.*eod.pag.1.n.5.*

7. An vero bonæ fidei sit, an stricti iuris, non minor fuit dubitatio; tandem hæc sententia præualuit, *c.vnico, de inuestit.* Curt.*p.1.q.9.* Wesenb.*c.1. n.17.* Zas.*d.p.1.num 6.*

8.Pro-

8. Proprietates septem enumerantur. 1. Quod sponte datum sit. 2. Quod proprietas maneat penes concedentem. 3. Quod ius transeat in accipientem. 4. Quod consistat in rebus soli. 5. Quod perpetuum sit. 6. Quod seruitium præstetur, & fidelitas. 7. Quod libere & gratis concedatur. Curt. *pag. 1. quæst. 6. num. 7.*

9. Vtrum vero ex huiusmodi requisitis aliquid pacto conuento tolli possit, remanente contractu feudi saluo, dissidentes Dd. sunt opiniones; nos id fieri posse dicimus, *cap. 1. de feud. non hab. propr. feud. naturam.*

10. Si quidem illud pactum proprietatibus feudi accidentalibus detrahat, non item & si ipsam naturam & substantiam attingat, *l. cum precario. ff. de precario.*

11. Nec distinguimus cum Dd. inter naturalia & substantialia: quanquam qualitates etiam in natura feudorum in his libris attribui non ignoremus. Duar. *c. 2. de feud. n. 2. c. vnico. de feud. non habent. propr. &c.*

12. Pacto namq; potest conueniri, ne exigatur iusiurandum fidei præstandæ gratia; verum vt fides non præstetur, nullo modo conueniri potest. *c. vnico. §. fin. per quos fiat inuestit. c. 1. §. est & alia. quæ fuer. prim. causa benefic. amit. c. vn. de noua form. fidel.*

13. Non item vt proprietas in vasallum transeat, sed tum magis est contractus aliquis innominatus. Oldrad. *cons. 59. l. cum manu sata. de contra. emt. l. si margarita. ff. pro socio. l. fin. de condict. ob causam dat.*

14. An illud valeat, si vasallus ob causas, propter quas feudum amittitur, ne feudo cadat, quæritur? & non valere alia ratione concludimus. *l. illud conuenire. l. si vnus. § pacta quæ turpem. de pact.*

15. Quod etiam de pacto commissoriæ asserere non dubitamus, *c. vnico. de feud. dat. in vic. leg. commiss.*

16. Differunt feudum & emphyteusis: Feuda enim moribus & consuetudine sunt introducta, & ipsa non sunt contractus, sed per contractum cōstituuntur: Emphyteusis vero est iuris ciuilis contractus. Cuiac. *c. 1. qui succes. ten.* Borch. *c. 1. n. 2. & n. 44.* Coras. *in rub. de iure emphyteut. n. 12.*

17. Emphyteuta quoq; domino prædii certam dat pensionem annuam: Vasallus nullam, sed seruitia præstat. *l. 2. C. de iure emphyt.* Borch. *c. 1. n. 8. c. 3. n. 43. de feudis.*

18. Sic vasallus requisitus tantum offert debita seruitia, nec illa annuatim præstare cogitur: Emphyteuta contra non requisitus præstat canonem. *cap. licet. Si de feud. defunct. content. sit. int. domin. & vasall. cap. 1. §. ad hoc. Hic finitur lex, cap. 1. §. fin. An ille, qui interf. dom. l. 2. C. de iure emphyt.* Borch. *d. numer. 14. vel numero 44.*

19. Ad emphyteusin etiam constituendam necessariam scripturam requirimus; Ad feudum non item. *l.1.C.de iure emphyteut.* Coral. *de iure emphyt. numero 12.*

20. Ob incursionem etiam hostium & sterilitatem emphyteutæ pensiones non remittuntur: Vasallo vero remittuntur, si propter egestatem eas exhibere non possit; Sin minus, seruiet impensis domini *l.fin. C. de iure emphyt.* Borch. *c.1.n.26.c.3.n.11.*

21. Non etiam prætereundum, feudum regulariter trãsire ad masculos, non autem ad fœminas: Emphyteusis autem ad filias, etiam heredes extraneos transit. *c.1.§.filiæ vero.de success.feudi.cap.1.§ hoc autem notandum, de his qui feud.dar.l.3.C.de iure emphyt.* Clarus *§.emphyteusis.q.22.n.82.*

22. Quam ob rem nec in dotem feudum dari potest, nec ex eo filiabus legitima dari debet, *c.1.§.donare.Qualiter potest olim feud.alien.* Contra, aliud obseruati in emphyteusi.

23. Præterea emphyteuta ius suum, si intra biennium vel triennium canonem non persoluit, perdit: Vasallus vero ex aliis pluribus causis feudo priuatur, *l.2.C.de iur.emph.c.1.quib.mod.feud.amitt.*

24. Hinc non incommode quæri potest, an elapso tempore emphyteuta canonem offerendo celeriter moram purgare possit? nos regulariter moram purgare non posse sentimus, licet id iure canonico celeri satisfactione possit, *l.magnam.C.de contrah.& commit.stipulat.l.traiectitia.§ de illo.ff.de act.& oblig.l.Celsus.de recept.arbitr.l.si fundus.§.fin. de fundo commisso. cap potuit. Extra. Locati.*

25. Deniq; emphyteuta renouationem emphyteusis petere nõ tenetur, vasallus feudi nomine tenetur. Ille non præstat nomine emphyteusis iuramẽtum; hic nomine feudi præstat. Illa alienata ad dominum recidit; in hoc sæpe præferuntur agnati. *c.1.§.fin de nou.form.fid.c.1.§.porro, qualiter olim pot.alien.* Borch. *c 3.n.44.c.1.quid praeced.de.6.an inuest.*

26. Libellaria fit necessario in scriptis, ita vt certa pensio in anno singulo soluatur; neutrum est in feudo. Borch. *c.3.n.45.*

27. Precaria fit ab ecclesia, ceditur vel clerico, vel ei, qui ecclesiæ rem suam donauit tantum vel ad tempus, vel ad vitam donatoris, filiorumve illius, quæ omnia in feudo non requiruntur, *l.iubemus.§.3.C.de S.S. Eccles.ca.1. qui success.ten.& ibi Cuiac.*

Coronis: An Dominus Emphyteutam ob non solutum canonem, vel si fundum enormiter læserit, propria authoritate expellere possit? controuertitur. Etsi plurimi sunt, qui putant posse, nos tamen magistratus auctoritate id fieri tutius esse, & sententiam iudicis declaratoriam

riam requiri arbitramur. *l. lex vectigal. de purgat.* Clarus §.*emphyteusis, quæstione* 11.

DISPVTATIONIS I.

De definitione feudi obiectiones & resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Series seu continuatio disputationis prima in iure feudorum.*
2 *Definitio nominis feudi quæ?*
3 *Feudum vnde dictum.*
4 *Obertus de Orto est iuris feudalis collector.*
5 *Dominus & vasallus vi mutuæ obligationis fidem se inuicem seruare tenentur.*
6 *Verba:* proprietatem ad vasallum pertinere, *bene notanda sunt, & cur?*
7 *Vasallus tantum vsumfructum in feudo habet.*
8 *Hottomannus putat feudum à feuda deduci.*
9 *Obertus de Orto feudum à fide deducit.*
10 *Definitio rei in feudo quæ?*
11 *Omnis definitio in iure periculosa.* n. 86.
12 *Definitio feudi quæ: huiusq; explicatio,* n. 13.
13 *Feudum est ius vtendi fruendi.*
14 *Vsusfructus est ius vtendi fruendi.*
15 *Vasallus conditionem feudi deteriorem facere non potest.*
16 *Conuentio dat legem contractibus, estq; stricti iuris,* n. 39.
17 *Feudum datur in perpetuum, & stricti iuris,* n. 40.
18 *Vsusfructus in rebus alienis consistit.*
19 *Res sua nemini seruit.*
20 *Quod cuiusq; est, id amplius fieri nequit.*
21 *Feudum consistit in re soli immobili, vel solo cohærente.*
22 *Quod solo cohæret, id quasi pars fundi censetur.*
23 *Proprietas idem est, quod dominium.*
24 *Dominus nudam proprietatem retinet: vasallus vero vsumfructum, quod ad feudum secus si sit fœmineum,* n. 25.
26 *Finis feudi quis?*
27 *Iuramentum fidei in feudo præstitum simpliciter dicitur fidelitas.*
28 *Aduersa feudi quæ.*
29 *Feudum an definiatur recte beneficium?*
30 *Qui præstat debitum, is beneficium non præstat.*
31 *Dominus in omnibus vasallo vicem præstare debet.*
32 *Pecunia pro renouatione inuestituræ dicitur* [illegible]
33 *Inferior superiori seruire debet.*
34 *Qui obsequia negligit, ei sunt auferenda omnia commoda.*
35 *Feudum de consuetudine est inuentum:*
36 *Consuetudo est stricti iuris, & constat tacito populi consensu.* n. 37. *qui consensus est forma consuetudinis,* n. 38.
41 *Beneficium quando sit gaudium capienti, & quando non,* n. 42.
43 *Accipiens beneficium libertatem vendit.*

44. Sub-

44 *Substitutus in honore, succedat quoq; in onere.*

45 *Seruitia in feudo, à vasallo præstanda domino sunt varia, & quænam.*

46 *Habitatio in feudo constitui potest.*

47 *Seruitus seruitutis esse nequit.*

48 *Vsusfructus morte extinguitur, non autem feudum: natura enim feudi pinguior, quam vsusfructus.* n. 49.

50 *Modi acquirendi feudi tres sunt.*

51 *Feudum nouum acquiritur inuestitura & præscriptione, antiquum vero saltem successione.*

52 *Res seu fundi, non iura diuiduntur & alienantur.*

53 *Definitio hæreditatis secundum Ciceron. in Topic. quæ?*

54 *Feudum quando diuidi dicitur, quid inspiciendum.*

55 *Quod in vno relatiuorum statuitur, statuendum & in altero.*

56 *Colonorum conditio non est eadem quæ vasallorum.*

57 *Feudum vasallis inuitis auferri nequit.*

58 *Conditio colonorum est seruilis: vasallorum vero liberalis, ingenua & militaris.*

59 *Conuenientia feudi cum cognatis contractibus, eiusque differentia quæ?*

60 *Cognati contractus, quoad feudum, præcipui qui.*

61 *Emphyteusis vnde dicta, eiusq; definitio quæ?* n. 62.

63 *Quæ res dantur in Emphyteusin: hæc datur ad certum tempus, quandoq; in perpetuum ex conuentione,* n. 64. 72.

65 *Emphyteuta & vasallus in quibus conueniunt, & in quibus non,* n. 66. *item in quibus differant,* n. 67.

68 *Masculi & fœminæ in Emphyteusi succedunt, secus in feudo.*

69 *Emphyteusis in rebus sterilibus plerunque consistit.*

70 *Emphyteusis datur ea lege, vt annua pensio vel canon præstetur: in feudo vero fides saltem.*

71 *Emphyteuta semper emphyteusin potest oppignorare, donare, vendere & quouis modo alienare etiam in extraneum, domino tum volente, sciente & emere recusante: secus in vasallo.*

73 *Emphyteuta irrequisitus canonem præstare debet: secus in vasallo.*

74 *Definitio precariæ quæ: hæc in quibus cum feudo & emphyteusi conueniunt, vel non:* n. 75. *& in quibus ab ijsdem differant,* n. 76.

77 *Definitio libellariæ quæ: huius cognitio & differentia cum feudo & emphyteusi quæ?* numero. 78.

79 *Definitio vsusfructus quæ.*

80 *Habens feudum, vtilem rei vindicationem exercere potest pro feudis vindicandis: secus in vsufructu.* n. 81.

82 *Feudum in perpetuum datur: vsusfructus vero morte vsufructuarii finitur.*

83 *Feudum dicitur à fœdere, secundum Senib. & Zasium.*

84 *Feudum an sine fidelitate esse possit?*

85 *Ius rebus immobilibus annumeratur.*

87 *Rei vindicatio tantum domino datur, non vasallo.*

88 *Vox patris est vox filii.*

89 *Diuersi modi & causæ diuersæ diuersum dant effectum.*

90 *Contractus est vltro citroq; obligatorius, & ciuilis inest obligatio.*

91. Pæ-

91 *Pœnitentia in contractibus nominatis locum habet.*
92 *Dare est dominium transferre.*
93 *Ea non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.*



E procœmio & continuatione † iuris feudalis hactenus fuit visum: nunc 1
secundo loco in 1. disputatione definitio feudi est proponenda, eiusque
occasione totum ius inter vasallum & dominum breuiter euoluendum.
Et primo quidem † definitionem nominis proponit nobis Obertus de 2
Orto *in c. vnic. §. fin. in fin per quos inuestitura fiat.* Feudum scilic. à † fide 3
vel fidelitate esse dictum. Quam nominis definitionem etsi plures im-
probent: tamen omnibus aliis etymologiis relictis hanc fouebimus & exosculabimur.
Et quidem primo propter authoritatem doctissimi viri consularis † Oberti de Orto hu- 4
ius iuris collectoris: deinde, quia feudi propriam naturam, substantiam & formam ex-
primit, scilic. fidem vel fidelitatem, quæ in omni feudo est præstanda, quæ si omittitur
& negligitur, in vasallagio felonia committitur, & feudo cadit tam dominus, quam va-
sallus. Nam vterque ratione & vi † mutuæ obligationis fidem seruare tenetur, *cap. vnic.* 5
qualiter iurare debeat vasallus. cap. vnic. de forma fidelit. in vers. fin. Obertus affirmat Do-
minum in omnibus vicem fidelitatis debere reddere vasallo, hoc est, eãdem debere præ-
stare fidem in iuuando & defendendo vasallum, Deinde *in cap. vnic. §. domino, si de feud.*
defunct. contentio, &c. de domino committente feloniam, per quam vasallus amittere
feudum debet, si eam committit, proprietatẽ feudi ad vasallum pertinere, siue peccauit
in vasallum, siue in alium. Notanda sunt verba †: *proprietatem ad vasallum pertinere:* 6
cum alias tamen habeat † vasallus vsumfructum in feudo. *c. vnic. in fin. in quib. caus. feud.* 7
amittitur. Denique est communis hæc Dd. sententia secundum Curt. *part. 1. quæst.* 7. Iul.
Clar. *quæst. 5. § feudum.* Zasius *part. 1. num. 2.* Bald. *in procem. num. 7.* Nec refragatur huic
etymologiæ, quod obiicit Hottoman. *cap. 1. disput. feud.* Feudum à fide dici non posse,
quia dum potius fidelium, fidum vel fidolium, prima syllaba tetẽra, dicendum esset: vn-
de Hotomannus existimat feudum † potius à feuda Longobardico vocabulo deduci; 8
Hoc, inquam, non refragatur, quia concedimus feudum esse vocem crassam, & ex pha-
retra Longobardorum prolatam; sed quia Obertus de Orto † optime nouit, in omni 9
feudo de substantia requiri fidem, haud dubie propter cognationem literarum, feudum
à fide Latino vocabulo deducere maluit, vt quasi fidum esset, Wesen. *c. 1. feud. in pr.* quem-
admodum Iurisconsultos & Imperatores imitatos videmus Stoicos, in deducendis cu-
riose vocabulorum originibus, vt constat ex *l. plebis. 5. § pignus. de verb. sig. l. infr. §. 1. ff. de ac-*
quir. vel omitt. poss. l. 7. §. 1. de ordinand. testam. In definitione † rei maior nobis offertur 10
difficultas, ideo, quia omnis definitio † in iure est periculosa. *l. omnis definitio. ff. de regul.* 11
iur. bene ponderanda. *l. 1. ff. de dol. mal.* Deinde quia definitio feudi ab Oberto de Orto
tradita. *in d. c. vnic. in quib. caus. feud. amitt.* non transit sine difficultate, secundum Iul.
Clar. *in d. §. feudum. quæst. 4. in fin.* ac rustica potius ac non elegans vocatur à Systello: *in*
stec feud. tit. de definit feudi in verb. vsusfructus. Relicta igitur definitione Oberti de Or-
to eiusmodi constituemus breuem & perfectam: Feudum est ius † re aliena immobili, 12
vel æquipollenti perpetuo vtendi, fruendi, quod dominus retenta proprietate vasallo, e-
iusque hæredibus masculis beneuole concedit ea lege, vt fides præstetur. Hæc definitio
plana est. & in textibus feudalibus fundata. Et primo, quod feudum sit † *ius vtendi fruen-* 13
di, ideo dicitur, quia feudum est vsusfructus, secundum Obertum de Orto *in d. cap. vnic.*

14 *§ fin. in fin in quibus causis feud. amitt.* Et vsusfructus † est ius vtendi-fruendi alienis re-
bus, salua earum substantia, *§. 1. Institut de vsufruct. l. 1. ff. de vsufruct.* Et manet feudi sal-
15 ua substantia, quia deteriorem conditionem † feudi vasallus facere non potest, sine feu-
di amissione, *c. vnici § è contrario. de inuestitura de re aliena facta.* Deinde additur verbum,
perpetuo, quo differt feudum à fructu & vsu simplici, qui morte vsufructuarii finitur, ne
dominium sit inutile, semper abscedente vsufructu. *§ finitur. Institut. de vsufruct.* perpe-
16 tuo autem datur ex conuentione, quæ † dat legem contractibus. *l. contractus. ff. de reg.*
17 *iur.* Et regulariter feudum datur † in perpetuum, hoc est, in infinitum, in descendenti-
bus vel collateralibus. *cap. vnic. de natura successionis feud.* Mynsinger. *centur. 2. obseruat. 95.*
18 Borcholt. *c. 18 in fin.* item *cap. 2 part. 2.* cum in fine additur, *re aliena.* Quia † vsusfructus
19 in rebus alienis consistit. *d. §. 1. Institut. de vsufruct.* Res enim † sua nemini seruit, *l. vtifrui.*
20 *5. in princ. ff si vsusfruct. pet. l. in re communi. 26. ff. de seruit. vrb. prædior.* Nec id, † quod cu-
iusquam est, amplius eius fieri potest, *§ sic itaq; discretis. Instit. de act.* Additur deinde, *in re
immobili vel æquipollenti*, id quod expresse traditur *in d. cap. vnic §. fin. de feud. cognit.* vbi
21 Obertus tradit hanc regulam: feudum consistere † in re soli, hoc est, immobili vel solo
22 cohærente, quia id quod solo † cohæret, quasi pars fundi censetur. *l. fructus pendentes. 44
ff de rei vindic.* de quibus in 3. disputatione infra latius agemus. Porro definitio hæc ha-
23 bet verba: *dominum retinere proprietatem.* Nam proprietas † idem est, quod dominium,
l si procuratorem. 13. in princ. ff. de acquir. rer. domin. & distinctionem capit ab vsufructu. *§.
24 1. Institut. de vsufruct.* Et proprietatem, † nudam retinet dominus; vsusfructus, hoc est,
ius vtendi-fruendi feudo transfertur in vasallum, eiusque hæredes masculos: quia fœ-
minæ ex natura feudi propria in iis non succedunt, nisi speciali pacto id fiat, vel nisi feu-
25 dum † sit fœmineum, hoc est, nisi in eo etiam fœminæ ab initio successerunt; Qui
duo casus excipiuntur, *in dict. capit. vnic. de natur. success. feud.* Denique adiicitur in defi-
nitione: *quod feudum beneuole conceditur*, ea lege vt fides præstetur à vasallo. Beneuole
conceditur, hoc est, fluit ex amore & honore domini, *capit. vnic. de feud. dato in vicem le-
gis commiss. reprobat.* Vnde in multis locis textuum feudalium, feudum definitur benefi-
cium, hoc est, beneuola actio promptissimo animo domini facta, *dict. capit. vnic. in quib.
caus. feud. amittit.* Dum autem dicitur, *feudum dari ea lege vt fides præstetur*, satis ostendi-
26 tur † finis, quare feudum concedatur, nimirum vt vasallus domino in omnibus fideli-
tatem præstet, pro accepto beneficio. Hæc fides vel fidelitas tam stricte in omni feu-
do requiritur, vt pacto vel placito contrahentium remitti non possit, cum esset id pa-
ctum contra propriam feudi naturam, ideo contra bonos mores, & ideo irritum, *l. pa-
cta. 6. Cod. de pact. l. 12 ff. de precario.* Et Zasius *part. 1. numer. 8. & part 5. numer. 70. & part. 6.
numer. 21.* Curtius *part. 1. numer. 3.* Et hæc fides continet omne ius inter vasallum & do-
minum consistens, scilicet, vt vasallus dominum re & verbis defendat, eique in omni-
bus honesta seruitia offerat, quæ tamen fides, vt magis memori mente præstetur, con-
firmatur iureiurando fidelitatis, quod datur postquam inuestitura est facta, *capit. vnic.
27 quid præcedere debeat, an inuestitura vel infidelitas.* Et hoc iuramentum † simpliciter fide-
litas sæpe dicitur, *dict. cap. vnic. quid præcedere debeat. d. c. vnic. § fin. in fin. per quos fiat inuesti-
tura.* Et remitti potest, *dict. cap. vnic. § fin. per quos inuestitura fiat.* Et *cap. vnic. §. est & alia.
in fin. quæ fuit prima causa benef. amittend.* Curt. *d. part. 1. quæst. 7. num. 3.* Ex hac ratione,
quia multi homines alias in iurando timidi sunt metu diuini numinis. *l. 8. in princ. ff de
28 condit. instit.* de quo infra latius agemus. Nunc de his, quæ definitioni † feudi aduersan-
tur, videbimus.

Primo,

Primo obiicitur tale argumentum: Qui à feudista Oberto in genere definitionis mutando discedit, merito errat: Hoc hic fit: Ergo fine errore non abibit. Minor probatur per *d. cap. vnic in fine in quib. caus. feud. amittit.* vbi definitur feudum beneficium. Ergo ius definiri non debet. Respon. Verum est, definiri † feudum beneficium ab Oberto, sed 29
definitio ipsius mag's philosophicum redolet, id quod Curt. iun. mihi *pag. 289. in tractatione feudal.* testatur. Si autem definitio feudi ad iuris ciuilis rationem & normam redigitur, potius definiri debet ius, cum omnia vocabula apud Autores iuris habeant intellectum. Deinde satis patet ex Oberto, feudum definiri posse, cum *in dict. cap. vnic. in quibus causis feudum amitt.* vnà dicatur, feudum esse vsumfructum, qui IVS definitur *in dict. §. 1. Institut. de Vsufruct.* Denique dum ponimus in definitione vocabulum BENEVOLE, satis exprimimus primam feudi causam, seu originem, scilicet beneficium, hoc est, beneuolam actionem domini, qui tribuat gaudium capienti, & capiat tribuendo, quemadmodum ex Seneca Obertus beneficium definit, *in d. cap. vnic. in quib. caus. feudum amittit.* Zasius *part. 1. num. 5.*

Secundo obiicitur contra id, quod dictum fuit verbo illo *Beneuole*, in definitione exprimi beneficium definit. *in d. cap. vnic. in quibus causis feudum amitt.* quasi si feudum sit beneficium beneuolo animo concessum: sed si feudum esset beneficium, non daretur propter causam: sed datur feudum propter causam: Ergo beneficium dici non potest. Minor probatur, quia datur propter seruitia præstanda, si esset beneficium, daretur gratis; nec enim † beneficium præstat, qui præstat debitum. *leg. 1. §. penult. ff. de aqua quotidian. & æstiua.* Respon. Conceditur feudum ea lege dari, vt fides præstetur, quæ continet in se honesta seruitia, vt supra dictum, nec & quicquam beneficii naturæ repugnat. Metimur enim nihilominus feudum ex prima causa & concessione, hoc est, beneuolentia, amore & honore domini, *dict. cap. vnico, de feud. dato in vicem legis commiss.* à quo vt potiori beneficium est dicendum, *argument. l. quæritur. ff. de stat. homin.* quamuis ratione obligationis vasallus quædam præstare teneatur seruitia, id quod vi illius mutui contractus fit, non autem inspecto animo concedentis feudum. Quemadmodum in simili videmus fieri in donatione, quæ quamuis inspecta intentione, & animo dantis dicatur liberalitas & munificentia. *l. 1. in princip. ff. de donation.* cum donet quis nullo iure cogente. *l. donari ff. de regulis iuris.* Tamen etiam recte contractus dicitur ratione obligationis, qua donatarius sæpe ad faciendum, vel reddendum quid rursus obligatur. *l. contractus. 17. Cod. de fide instrumentor. l. 5. ff. de præscript. Verb.* Manet igitur verum feudum ius beneuole concessum, inspecta mente conferentis feudum. Inspecta obligatione, & coniunctione deinde interposita à domino, vasallo feudum recte contractum dici posse: nam præstat vasallus beneficio fidelitatis, seque pro beneficio accepto in omnibus domino obsecuturum, & seruitia iusta facturum, *d. cap. vnic. de noua forma fidelitatis.* Dominus è contra etiam vasallo se obligat ad eum defendendum. Nam dominus in omnibus † debet vicem præstare vasallo. *d. c. vnic. in fin. de form. fidelitat.* Et quamuis vasallus mutata possessione domini & ipsius vasalli: (ex moribus nostris 31
ætate maioris) pauculam pecuniam, quæ † vocatur *ὠς δικλιν*, pro redemptione, restauratione & renouatione inuestituræ dare compellatur: tamen id leue est, respectu magni beneficii non ex onere, sed ex honore dati, & quidem in signum gratitudinis, subiectionis, superioritatis & iurisdictionis, quæ in feudo domino manet, cum retineat feudi proprietatem, vsufructu in vasallum translato, Wesen. *conf. 59 nu. 2.* cum & alias naturale sit, vt inferior † superiori seruiat. *l. 1. §. Vltim. de aqua, & aqua pluuia arcend. act.* 33

Præterea beneficium non omnino gratuitum esse potest, *l.3.ff.de obsequio parent. & amb.*
cor. vbi dicitur, licet non gratuitum sit, tamen beneficium præstitit. Sic mandatum est
gratuitum, quia ex officio & amicitia originem trahit. *l.1.ff.mandat.§.fin. instit.de man-*
dato. & tamen recipit salarium, si ac honorem remunerandi gratia factum. *l.si remune-*
randi.ff.mandati vel l.contra. sic depositum non recipit mercedem: recipere tamen potest
pretium depositionis beneficii remunerandi causa. *l.2.§.& generaliter ff. vi bonor.rapt.*
Denique iure naturali gratitudinem quandam quis debet pro beneficio. *l.sed etsi consu-*
34 *luit ff de petit.hæredit.* Et qui obsequia † negligit, ei sunt auferenda omnia commoda, vt-
pote indigno beneficio. *l.1.C de reuocand.donat.* Nihil igitur obstat, quo minus feudum
beneficium dici possit, quamuis & contractus recte dicatur, cum habeat obligationis
consensum *l.1 ff.de pact.* Et quidem nominatus contractus, cũ nomen habeat certum, &
certam formam, & dispositionem ex moribus Lõgobardorum acceptam, nec in eo pœ-
nitentia locum habet secundum communem opinionem Bart. *in l Iurisgentium.7.§ quin*
imo.ff.de pact. Curt *part.1.quæst 10.num.1.* Iulius Clar. *quæst.6.num.1.* Wesenb. *c. 1. feudalium*
idque post varios opinionum fluctus obtinuisse testatur Zasius *part.1.num.5.* Et est com-
munis opinio Schneidevv. *in præludio, nu.24.* & quidem stricti iuris, quia de consuetudi-
35 ne † feudum est inuentum, & consuetudo † stricti est iuris, Iul. Clar. *in d.quæst.6.num.1.*
36 Zas *d.part.1.num.5.* Cum consuetudo constet † tacito populi consensu, qui est forma †
37 consuetudinis. *§ ex non scripto. Instit. de iur.nat.gent.& ciu.d.l.de quibus §.fin.ff de legib.* Et †
38 conuentio † hoc est, pactum vel tacitum, vel expressum stricti est iuris *l.si tibi decem 17.in*
39 *princ.ff.de pactis.* Et ibi Dd. Deinde, quia tenor inuestituræ vt plurimum attendi solet, &
40 ei præcise statur. *c.vnic.de duob fratrib.* Ex quo sequitur, feudum † stricti potius esse iuris,
præsertim cum iuxta inuestituræ tenorem omnia strictissime agantur. Wesenb. *consil.41.*
num.68. Si tenor iste inprimis attendatur. Curt. sen. *consil.98.num.23.cent.1.* cum derogat
cuiquam naturæ feudorum. *c vnic.§ quoniam etiam Episcopum vel Abbatem.* Curt. *part. 1.*
quæst 7.num.19 Recte igitur dicitur, feudum etiam contractum esse id, quod etiam *c.87*
extraord. indicat.

Tertio obiicitur sic: Si feudum posset definiri ius beneuole concessum, hoc est, bene-
ficium, vasallus non teneretur adesse domino, eumque iuuare pugnando contra pro-
41 prium patrem, fratrem aut filium. Cum inde non sit † gaudium capienti, sed potius do-
42 lor, qui est contra naturam beneficii; cum beneficium † gaudium tribuat capienti, ex
autoritate Senecæ, quæ refertur, *in d.c.vnic.in fin.in quibus causis feudum amit* sed vasallus
hoc facere tenetur ratione accepti beneficii, vt disponitur, *in c. vnic. §. vlt. hic finitur lex.*
Ergo beneuola quædam concessio vel beneficium feudum definiri non potest. Respon.
Durum quidem id, id est, vt & alia in textibus feudalibus, & contra ius naturale. *l. 2 ff. de*
iust.& iur sed ita moribus Longobardorum est introductum; deinde volenti non fit in-
iuria *c.scienti, de reg.iur in 6.* Dum igitur vasallus consentit in beneficium recipiendum à
domino, consentit & in præstationem auxilii aduersus omnes, excepto antiquiore domi-
no, *d.c.vn § fin hic finitur lex.* Et id ex voluntate contrahentium, vasalli & domini ita pri-
mum natum, deinde longa consuetudine & immemoriali tempore est priuilegiarũ iam,
vt vim legis obtineat, & de eius causa prima amplius nõ quæratur, secundum *l.3.§.ductus*
aquæ ff.de aqua quotidiana & æstiua. Et sibi imputet vasallus, qui beneficium accipiendo
libertatem quasi vendit, & domini subditus cliens, beneficiarius efficitur, cum qui acci-
43 pit † beneficium, libertatem vendat, vt habet Mimus, & rationi congruat, vt succedat
44 in † onere, qui substituitur in honore, *c. rationi, de reg.iur.in 6. l.nihil.tam naturale.ff. de*
reg.

reg. iur. Nihilominus tamen prima feudi concessi caussa inspecta, amore scilic. & honore
domini, libero & beneuolo animo feudum cōcedentis, recte beneficium dicitur, & sum-
me est laudandum, licet quædam † seruitia sint præstanda, quædam pecunia pro reco- 45
gnitione danda, vel aliud quiduis tollerandum, quæ honori isto quasi iunguntur & ob-
liniuntur, præsertim cum vasallus de iure feudali non nisi requisitus cogatur domino
adesse. *c. vnico. in fin. princ. de feud. sine culpa non amit. d. c. vnic. §. ad hoc. Hic finitur lex.* Nec
quicquam pugnat cum hac beneuola concessione, quod videamus feuda passim vendi,
emi, quia id feudum proprie feudum non est, sed impropriе, vt in sequenti secunda dis-
putatione videbimus.

Quarto obiicitur sic: Si feudum esset ius vtendi, fruendi, hoc est, vsusfructus. *d. §. 1. In-
stit. de vsufruct.* præscriberetur 10. annis inter præsentes, 20. inter absentes, quia vsusfru-
ctus eo tempore præscribitur, vt & aliæ seruitutes, *l. vlt. in §. fin. in fin. C. de præscript. long.
temp. 10. vel 20 annor.* sed feudum non præscribitur, nisi 30. annis, *c. vnic. § si quis per 30. an-
nos. Si de feudo defunct. content. inter dom. & agnat.* Ergo feudum: vsusfructus magnam esse
differentiam inter seruitutem simplicem, & inter feudum; quod est seruitus quædam v-
niuersalis. Nam seruitus simplex atq; particularis, est accessorium quoddam prædiorū,
& sequitur causam vel naturam principalis. *l. cum principalis. ff. de reg. iur.* Feudum autem
est vniuersale, cui alia singularia iura quasi inuoluuntur, in eoq; cōtinentur, vnde & ser-
uitus personalis & singularis. Habitatio in feudo † constitui potest, vtpote in seruitute 46
vniuersali, *c. extraord. de feud. habitation.* Nec repugnat *l. 1. ff. de vsu & vsufructu legato*, vbi
dicitur; Quod seruitus seruitutis esse † non possit, quia id de seruitutibus singularibus est 47
accipiendum; quarum vna in altera per rerum naturam constitui non potest. Deinde
feudum etsi quasi vsusfructus quidā sit, *d. c. vnic. in quib. caus. feudum amit.* tamen pinguio-
rem, pleniorem, crassiorem & propemodum propriam naturam seruitutis habet: Vsus-
fructus † enim morte extinguitur, non autem feudum, vt supra dictum. Hinc vsufru- 48
ctuarius vindicare fundum non potest, nec seruitutem realem *l. 1. ff. si vsufruct. petat.* Sed
feudum & seruitutem vindicare potest vasallus vtili rei vindicatione, *c. vnic. §. rei autem de
inuestit. de re alien. facta* quemadmodum & creditor. *l. si qui pignori. ff. de pignoribus.* Et em-
phyteuta *l. 1. §. 1. ff. si ager vectigalis. vel emphyteuticar. petatur.* Feudum igitur multo plenius
constituitur. Hinc etiam dicitur vasallum possessionem habere. *c. vnic. § fin. de inuest. de re
alien. facta. d. c. vnic. de content. int. domin. & vasall.* quam non habet vsufructuarius, qui
non possidet nec ciuiliter, nec naturaliter, sed est in possessione naturali tantum *l. 2. C. de
præscript. 30 vel 40. annor. in verb. eos autem possessores, l. naturaliter. 12 ff. de acquir. vel omitt.
possess. l. 5. §. idem pla: et. Inst. per quas person. cuiq; acquir.*

Quinto, obiicitur sic: Si feudum est ius vtendi fruendi, hoc est, vsusfructus, in re mo-
bili etiam consistere potest, vt vsusfructus. *§. constituitur, Instit. de vsufruct.* Sed in re mobi-
li non consistit feudum. *d. c. vnic. § fin. de feudi cognit.* Ergo feudum non est vsusfructus.
Respon. Quemadmodum feudum in rebus mobilibus proprie non consistit, ita nec
vsusfructus proprie in re mobili consistit. Si autem in mobilibus rebus, puta re-
bus fungibilibus, pecunia, frumento, oleo, vino, vsusfructus constituitur, quasi v-
susfructus est; idque vtilitatis gratia à Senatu receptum est, & tum præstanda est cau-
tio de tanta pecunia, de tanto frumento; de tanto oleo restituendo, Botcholt. *c. 6. feud.
num 32. 33. 34.*

Sexto, obiicitur sic: Si feudum non ius vtendi fruendi, & sic vsusfructus iisdem modis
acquiritur: sed feudum acquiritur inuestitura, successione, præscriptione: non autem

vsusfructus, sed tantum pactis, stipulationibus, & vltimis voluntatibus acquiritur. Ergo
feudum vsusfructus definiri non potest. *Resp.* Fatendũ est, vt & supra est dictum, in mul-
49 tis differre vsumfructum & feudum, cum pinguior sit feudi † natura quam vsusfructus:
quamuis tamen nihilominus feudum sit ius vtendi-fruendi alienis rebus, salua earum
substantia. Et certum est feudum iisdem modis non acquiri, quibus vsusfructus acquiri-
50 tur. Nam tres † feudi acquirendi modi sunt, inuestitura, successio, & præscriptio. *d. c. Vnic.*
§. fin. in fin. de feud. cognit. d. c. vnic. §. si quis per triginta, si de feud. cõtent sit inter dom. & agnat.
Non autem feudum acquiritur vltimis voluntatibus, hoc est, dispositione vasalli testa-
toris in testamento, sed tantum successione, cum nulla ordinatio defuncti in feudis va-
leat. *c. Vnic. in fin princ. de feud success.* Deinde etiamsi feudum, vt & vsusfructus, sæpe consti-
tuatur & permittatur, pactis & stipulationibus factis à domino: tamẽ ius non statim feu-
dum acquiritur, nisi accedat inuestitura, qua vasallus mittitur in possessionẽ feudi: si ta-
men pacto promissum est feudum à domino, condictione ex moribus compelli potest
dominus, vt promissam inuestituram præstet, sicut donatarius ex constitutione Iustinia-
ni Imp habet condictionẽ ex legẽ ad rem donandam, & quidem nudo pacto promissam
præstandã, *§ alia autem. Instit. de donat l si quis argentũ. 35. C de donat.* Si autem per stipula-
tionẽ dominus promisit inuestituram, actione ex stipulatu dominus ad inuestiturã faci-
endam compellitur, Iulius Clar. *in § feudum, quæst.* 89. Curt. *part.* 1. *quæst.* 10. Schneidv. *in*
51 *præludio feud. nu.* 27. Feudum igitur, & quidem nouum acquiritur inuestitura † vel præ-
scriptione: Feudum antiquum successione. Nec quicquam obstat naturę beneficii, quod
dominus possit cõpelli actionibus ad inuestituram faciendam, quia eodem modo etiã
donator compelli potest, qui promisit rem donatam, idq; vi & ratione obligationis, quę
inter vasallum & dominum interuenit. Promittit enim vasallo dominus inuestituram
feudi; vasallus econtra domino promittit fidelitatem. Facta autem inuestitura vel pro-
pria vel abusiua, dominus in possessionem mittere vasallum præcise compellitur, *c. Vnic.*
in fin. de noua forma fidelitatis. d. c Vnic §. si facta, si contentio sit inter dom. & agnat.

Septimo obiicitur sic: feudum dicitur diuidi, *d. c vnic. §. omnes filii, si de feud defunct. con-*
tent sit inter domin. & agnat. Vasalli. dicitur alienari, puta oppignorari, vendi. *d. c. Vnic. de*
prohib. feud. alienat. per Lothar d. c. vnic de prohib. feud alienat per Freder. Diuiduntur autem
52 † & alienantur proprie res ipsæ, puta ipsi fundi, non iura, quæ diuisionem non recipiunt,
cum sint res incorporales, quæ tangi non possunt. *§ incorporales. Instit. de rebus corporal. &*
incorporalib. quemadmodum etiam de hæreditate Iurisconsultus inquit *in l. Pomponius. in*
fin ff. de rei vindicat. quod scilicet pro indiuiso possideantur. *Resp* Hoc argumento moue-
tur Duarenus *c 2. in tractat. feud. in princ.* vt dicat crassius fundum esse ipsos fundos, sicut
53 etiam Cicero *in Topic* pinguius definit hæreditatem, † pecuniam, quæ morte alicuius ad
aliquem peruenit, cum tamen Iurisconsultis hæreditas sit potius ius, & à rebus hæredi-
54 tariis plurimum differt. *l. hæreditatis. l. pecuniæ § 1. ff. de Verb. sig.* Quando autem dicimus †
feudũ diuidi, inspicimus ipsas res, hoc est, fundos, qui diuiduntur, quemadmodũ & hære-
ditas diuidua dicitur. *§ hæreditas. Instit. de hæredib. instit.* quamuis & alias recte etiã dicatur
hæreditas diuidua, quoad intellectũ, si ad ius ipsum respicere volumus, & eodẽ modo feu-
dũ, quatenus est ius intellectũ, quoq; diuidi potest: plurimum igitur Duarenus fallitur.

Octauum argumentum est tale: hæres vsufructuarii fructus suos non facit, si vsufru-
ctuarius decedit, antequam fructus capiantur. *§. si vero, apud quem. Instit. de rerum diuis.*
sed hæredes vasalli mortui capiunt fructus: Ergo non sunt vsufructuarii vasalli, nec feu-
dum vsusfructus definiri potest. *Resp.* Aliqui hoc colligunt, ex *d. §. si vero,* scilic. hæredes
vsufru-

vsusfructuarii non capere fructus, nisi à defuncto vsufructuario fuerint percepti: sed ita
statuendum est, finito vsufructu quoquo modo, ita esse rationem cum vsufructuario in-
cundam: vt pro rata præteriti temporis (nach Gelegenheit der Zeit) quo 10. anno vsus-
fructus consistit, portio vsufructuario vel hæredi eius præstetur, quod superest, domino
restituatur, iuxta *l. si operas ff. de vsufruct.* Et idem obtinet in feudis, vt eleganter explicat
Curt. *c. 30. lib. 4. feud*, quem sequitur D. Borch. *in d. §. is vero.*

Nonum argumentum Hottomanni *in disput feud cap* 4. tale est: Imperfecta est defi-
nitio feudi ex eo, quod non conueniant feudis regalibus, puta Ducatus, Marchionatus,
in quibus nullo modo est successio in hæredes, cum tamen dicatur in definitione, feudũ
ad hæredes masculos transire, probatur interdum ex *c. vnic. in princ. de feudo Marchia.* vbi
dicitur, quod in eiusmodi feudis nulla sit successio. Resp. Glossa affirmat id, quod dicitur
in d. c. vnic. de feudo Marchia. esse correctum per vsum, hoc est, consuetudinem. Nam *in c.
vnic. in fin. de alienat. feudi* dicitur, illud hodie aliter vsurpari, id quod consuetudo etiam
testatur, & aurea Bulla Caroli IV. disponit, vt primogenitus filius succedat in iis regalib.
feudis, si est habilis ad administrationem. Hodie igitur transmissione feuda illa hæredes
masculi natu maiores habent. Sonsbec *part. 2 tract. feud. num.* 17. non tamen diuiduntur
eiusmodi feuda, nisi forte id ita pacto fiat vel longa consuetudine. *d. c. vnic. §. praterea. de
prohibit. feud alienat. fact. per Fridericum.*

Decimo obiicitur ab Hottomanno *in d. c. 4. disp. feud* hanc definitionẽ ideo non sub-
sistere, quod nõ faciat mentionem domini, qui similiter tenetur præstare fidem vasallo.
c. vn. in fin. de form fidel. Deinde, ideo esse eam improbandam, quod etiam conueniat co-
lonis adscriptitiis, quibus agri tribuebantur, *L. 4. C. de Agric. & Censit. lib.* 11. Certum est,
dominum etiam debere fidem præstare vasallo, hoc proficiscitur ex mutua obligatione,
& ex natura contrariorum euidens est hoc, quorum eadem est ratio & disciplina. Aristot.
lib. 5. Ethicor. in princ. Quod enim in vno † statuitur relatiuorum, statuendum est etiam in 55
altero. *l. vlt. C. de indict. viduit. tollend.* Nam vicem dominus vasallo in omnibus tenetur
reddere. *d. c. vnic. de form. fidelit.* vt supra dictum. Dum igitur id de vasallo affirmatur &
ponitur in definitione, etiam de domino affirmatur. In vasallo autem id potissimũ fuit
ponendum, quia ille præstat iusiurandũ, & ratione iurisiurandi sese astringit ad seruitia,
id quod tamen non facit dominus, qui dedit beneficium. *d. c. vnic. de form. fidel.* vbi Dd.
Deinde quod attinet ad colonos, illorum non erat eadem conditio, quæ † est vasalli. Nã 56
non præstabant seruitia, vt vasalli, sed pensionem dabant. Secundo non iurabant fideli-
tatem, vt vasalli. Tertio, vendito fundo coloni vnà vendebantur. *l. 2. & 7. C. de agric. &
censit. lib.* 11 Hoc in vasallo non obtinet. Nam inuitis vasallis † auferri non potest, aliàs 57
dominus feudi proprietatem amittit *d. c. vnic. § domino. si de feud. defunct. &c.* Quarto di-
mittere illi coloni glebam non poterant. *l. 1. C. de colon. Thracensib.* sed vasalli feudum re-
fuiare possunt *c. vnic. post princ. de alienat. feud. patern.* Denique colonorum conditio est
† seruilis: vasallorum liberalis, ingenua & militaris, vt Hottomannus ipse testatur, & 58
Curt. *in proœm. feudor.* Et tantum de definitione feudi.

Post definitiones feudorum præcipuas: videndum nunc erit, quomodo feudum † cum 59
vicinis & cognatis contractibus conueniat, & quomodo ab iisdem differat: tum enim
rectius elucescet, & notior fiet propria feudi natura, quemadmodum & per definitiones
diuersa feudorum natura cognoscitur euidentius. Cognati contractus † præcipui sunt, 60
emphyteusis, precaria, libellaria, obligatio liberti, & conuentio de vsufructu constitu-
endo. Primum de Emphyteusi agemus. Emphyteusis ab † *ἐμφυτεύειν*, hoc est, ab implan-

tando.

tando seu insetendo dicta, vnde male legitur *ἐμφυτεύσις*, *υ* in *ε* conuerso, Corros. *lib. 1. mis-*
62 *cel. cap. 21. num. 2.* Est autem emphyteusis † contractus iuris ciuilis, quo dominus prædiũ
vtendum fruendum dat, ea lege & conditione, vt emphyteuticario, id etiam melius &
cultius reddat, & annuam pensionem præstet. Quod sit contractus, satis ostenditur.
in l. 1. & 2. C. de iure emphyteut. & l. Vlt. C. de rebus non alienandis. §. adeo. Instit. de locat. vbi
contractus dicitur, & quidem iuris ciuilis. *gloss. in §. ius autem gentium. in Verb.* PENE. *In-*
stitut. de iur. nat. gent. & ciuil. Eatenus igitur cum feudo conuenit, quod est contractus
iuris ciuilis nominatus, quemadmodum etiam feudum, vt ad definitionem primam
63 supra fuit dictum. Deinde in emphyteusin † dantur prædia, hoc est, fundi, qui sunt res
immobiles. *l. 1. in verb. qui fundum. ff. si ager vectigalis vel emphyteuticar. petatur, d. l. 1. &*
ibi Dd. C. de iure emphyteut. Eodem modo etiam feudum proprie in prædiis seu rebus
soli consistit, *cap. Vnic. §. fin. de feud. cognit.* vt suo loco monebitur. Tertio datur præ-
dium vtendum fruendum, & cultius reddendum in emphyteusi, *d. §. adeo*: quibus ver-
bis indicatur vsusfructus seu vtile dominium, quod emphyteuticarius habet, cum
sciat rem esse alienam. *§. 1. Instit. de vsufruct. l. 1. ff. de Vsufruct.* Quamuis interdum abu-
siue dominus dicatur. *l. possessores. in fin. C. de fund. patrimonial. lib. 11.* Eodem modo &
feudum est vsusfructus, & deterius non reddendum, vt superius est dictum; Dominium
igitur vtrobique dominus prædii retinet, saltem vsumfructum in vasallum & emphy-
teutam transfert, & vtilem rei vindicationem pro vindicando prædio. *d. l. 1. si ager ve-*
ctigalis. l. 5. §. bonorum. ff. vt in possess. legator. c. vnic. §. rei. de inuestit. de re alien. facta. c.
64 *Vnic. de controuers. inter Vasal. &c.* Quarto in perpetuum † interdum datur emphy-
teusis ex conuentione. *l. 1. 2. & 3. C. de locat. prædii ciuil. lib. 11. d. §. adeo. Instit. de lo-*
cat. & conduct. Ita & feudum regulariter perpetuo datur, *d. cap. vnic. §. fin. in quib.*
65 *caus. feud. amitt.* Quinto conueniunt † in eo, quod nec emphyteuta, nec vasallus, præ-
dium inscijs & inuitis dominis alienare possint. *l. 3. C. de iure emphyteutico. c. Vnic. §. 1 de*
lege Conradi. d. c. Vnic. de prohibit. alienat. feud. per Frideric. Sexto vt emphyteuticarius agro
emphyteutico seruitutem acquirere potest, *l. non dubito. 12 ff. de seruitut.* Ita & vasallus in
feudo id facere potest, *d. c. vnic. de inuest. de re alien. facta.* Septimo, vt emphyteuta cedere
domino suo prædium emphyteuticum. *l. si domus. 17. § pen. de legat. 1.* Ita & vasallus cede-
re suo seniori vel domino feudum potest: *c. vnic. §. 1. qualiter olim feud. potuit alienar. c.*
66 *Vnic. de vasallo, qui contra constit. Lothari.* Octauo, sicut emphyteutica † bona possunt in-
ter emphyteutas diuidi irrequisito domino: ita & bona feudalia. Euerhard. *in Topic. le-*
gal. in loco à feudo ad emphyteusin, num 10. Hinc apparet, magnam esse cõuenientiam feu-
di & emphyteuseos, quod tamen procedit tum, quando casus, de quo est quæstio, non
reperitur expresse decisus in feudis, & quoniam eadem militat ratio in vtroque. Iason
in d. l. 1. C. de iure emphyteut. Euerhard. *in d. loco num.* 9. sed quia etiam in multis diffe-
runt, vnde probabile argumentum dicitur non necessarium. Euerhard. *in princ. d. loco.*
67 Nunc in quibus differant, breuiter † videbimus: primo in eo non conueniunt, quod
68 in emphyteuticis bonis † succedant masculi & fœminæ, cum illud non prohibeatur. *d. l.*
1. ff. si ager Vectigal. d. l. 1. 2. 3. C. de iure emphyteut. In feudalibus tantum masculi, non fœ-
minæ succedunt. *c. Vnic. de natura successionis feudi.* Sonsb *part. 2. nu* 22. Secundo emphy-
69 teutica bona ideo dantur, vt reddantur fertiliora & meliora, cum in reb. sterilibus † ple-
rumq; emphyteusis consistat. *d. l. 1. 2. & 3. C. de iure emphyt. d. §. adeo. & ibi Wesenb.* Feu-
dalia vero prædia dantur, vt fides præstetur, hoc est, omnia ea, quæ *in cap. Vnic de forma*
fidelitat. & in c. vnic. de noua forma fidelitatis præscribuntur, quemadmodum ad defini-
tionem

tionem superius dictum fuit. Tertio, emphyteuta non nisi à domino ipso in possessionē induci potest *d. l. §. penult. C. de iure emphyteut.* Vasallus vero à procuratore domini inuestiturā accipere potest. *d. c. vnic. §. ed vtrum per quos fiat inuestitura. c. Vnic. §. item sciendum, de notu feud.* Quarto, emphyteusis requirit scripturam de necessitate, ex *d. l. 1. in verb. scriptura instrumento, c. Vnic. de inuestit. de re aliena facta* secundum communem Dd. sententiam. Iulius Clarus *in § emphyteusis. quaest. 4.* Botcholt. *cap. 3. num 7.* In feudo vero sola sufficit contestatio sine scriptura *tot. tit. si de inuest. feud. content. sit.* vt infra de inuestitura dicemus. Quinto, emphyteuta non prohibetur de iure suo in testamento disponere, illudq; alteri legare, *d. l. si domus. 71 §. Vlt. ff. de legat.* 1. Vasallus ordinationem in testamento validam nullam facere potest. *c. vnic. in fin. princ. de successione feud.* Sexto, dominus propria authoritate suscipere debet emphyteutam, per se, vel per literas, vt ex *d. l. 1. & 3. C. eodem*, constat. vasallus inuestitur paribus curiæ, hoc est, conuasallis præsentibus, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini, aliis testibus inductis, *c. vnic. de contractibus apud pares termin. d. c. Vnic §. item sciendum, de notis feudorum.* Septimo, ex definitione emphyteusis constat, certam annuam pensionem vel canonem præstari. *d. l. 1. & 3. ff. si ager vectigal. pet. d. l. Vlt. C. de iure emphyteut.* Feudum † autem ea lege datur, vt fides præstetur, non annua pensio, quamuis paucula pecunia in renouatione inuestituræ à vasallo sit danda, quoties casus mortis à parte vasallorum, vel dominorum incidit, vt inferius latius dicemus. Octauo, emphyteuta semper † potest feuda oppignorare, donare, vendere, & quouis modo alienare, etiam in extraneum: domino tamen volente vel emere recusante. *l. Titia. 16. §. Vlt ff. de pignor. act. d. l. Vlt. C. de iure emphyteut.* vasallus, etiam domino consentiente, id facere non potest in antiquo feudo, nisi agnatorum consensu: secus in nouo, *c. Vnic. in princ. de alienat. feudi paterni*, quemadmodum superius dictum fuit. Nono, emphyteusis etiam datur ad certam generationem †, ad certum tempus, Iul. Clar. *in § emphyteusis quaest. 28* Botcholt. *c. 3. num. 13.* Feudum semper datur in perpetuum, *d. c. vnic. in fin. in quib. caus. feudum amittat.* 70 71 72

Decimo, nouus emphyteuta non indiget inuestitura, sed *ἀποδεκάτην*, hoc est, quinquagesimam pretii partem præstare tenetur, *d. l. Vlt. § pen. C. de iur. emphyt.* Feudum nouū acquiritur gratis inuestitura, *c. vnic. quibus modis feudum constitui potest. c. vnic. §. vlt. de feud. cognit.* Zasius *in epitom part. 6 num. 56.* Wesen. *consf. 31 part. 1. nu. 11.* Vndecimo, emphyteuta † canonem præstare debet non requisitus, *d. l. 2. C. de iure emphyt.* vasallus seruitia non nisi requisitus præstat, *c. Vnic. § licet, si de feudo defuncti contentio sit. d. c. vnic. §. ad hoc. hic finitur lex, & c.* Duodecimo, emphyteuta ius suum ob canonem triennalem non solutum amittit, *d. l. 2. C. de iure emphyt.* vasallus ex variis causis ius suum amittit. *c. vnic quibus modis feudum amittat.* Decimotertio, vasallus præstat iuramentum fidelitatis, *d. c. Vnic. in fin. per quos fiat inuestitura.* De emphyteuta id non exprimitur. Decimoquarto, hæres emphyteutæ renouationem emphyteuseos petere non tenetur, mutatione facta. *d. l. 3 C. de iur. emphyt.* In feudo à singulis successoribus est inuestitura renouanda, *c. vnic. qui testes sint necessarii. c. Vnic. in princ. quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* 73

Hæ præcipuæ & notissimæ sunt differentiæ ex textibus potissimū iuris ciuilis & feudalis desumptæ; quibus addatur Euerh. *in 1. Topic. in loco à feudo ad emphyteus.* Secundo, de precaria videbimus. Precaria † est contractus, quo res immobilis vtenda fruenda datur clerico, ea lege, vt inde ecclesiæ ministerium suum exhibeat, vel vt propter res ecclesiæ à se donatas subsidium inde habeat, cum renouatione certis temporibus facienda, *cap. Vnic. qui successor. tenentur.* Hottom. *in verb. precaria. in textu suo feudal.* Mynsing. 74

in d.§.adeo,num.13.Instit.de locat. & conduct. Curt.*in d.c. vnico, qui success. tenent.* Conuenit
75 hæc † cum feudo & emphyteusi in eo, quod precaria sit contractus, quo datur res im-
76 mobilis vtenda fruenda. Differt in eo cum † feudo, quia feudum datur, vt fides præste-
tur:hæc datur sine iuramento fidelitatis,vt ministerium ecclesiæ exhibeatur: vel vt inde
subsidium capiatur. Deinde certis temporibus nominatis est facienda renouatio in pre-
caria; in feudo quoties fit mutatio possessionis, renouatio est facienda. Tertio de libel-
77 laria erit videndum. Libellaria † est contractus in libello præscriptus de re vtenda data
in perpetuum sub annua paucorum denariorum præstatione. *c.vn.§. donare;qualiter olim feud.peterat alien.*Hottom.*in verb.libellaria,in lexico feudali.* Wes.*c.14 feud. nu.6.* Et hæc
78 etiam † cum feudo & emphyteusi conuenit.Et ab iisdem differt Spec.*in tit.de feud.* Con-
uenit cum feudo,quatenus est contractus de re vtenda data in perpetuum; non conue-
nit cum eo,quatenus requirit pecuniam, cum in feudo seruitia debentur. Deinde feu-
dum conceditur à vero domino: per libellum autem quid præstatur ab vtili domino.
Spec.*in d.tit de feud.* Wes.*c.14 nu. 6.* Conuenit cum emphyteusi, quatenus requirit scri-
pturam; deinde,quatenus datur in perpetuum,vt & emphyteusis, *§.adeo.* Tertio quate-
nus annua præstatio fit: sed in eo ab emphyteusi differt, quod in emphyteusi concedens
directus sit dominus; porro libellum alienans fit vtilis,vt expresse constat ex *d.c vnic.§. donare.qualiter olim feud.pet.alienar.*vnde etiam quædam quasi emphyteuseos substitutio
dicitur à Mynsing.*in d.§.adeo.nu.11.de locat. & conduct.* Imo fere idem hic est contractus
cum emphyteusi: Wes.*d.c.14.num.6.* Et est eiusdem naturæ Spec.*in d.tit de feud.* Vnde
Hottom.*in lexico,in verb.Libellarius.*existimat,Longobardos pro emphyteusi vsos fuisse
appellatione libellarii contractus ex *d.l.1.C.de iure emphyt.* Id quod etiam in Italiæ locis
multis obseruari refert ex Ardizone *in d.loco.* Quarto videndum erit, de obligatione li-
berti erga patronum,quæ in eo consistit; vt suum obseruet patronum,à quo libertatem
suorum bonorum acquisiuit, & quamuis honestas operas ei exhibeat. *l. 1.C. de in ius vocand & tot.tit.ff.de operis libertor.*obsequium ei præstet *tot.tit.ff.& C. de obsequiis,lib. patr. præstandis.* Et quatenus cum feudo conuenit, in quo vasallus tenetur obseruare domi-
num,eiq; honesta seruitia & obsequia præstare,*d.c.vnic.de noua form fidelit* Conditio er-
go vasalli & liberti sæpe est eadem, sæpe tamen diuersa. Vnde argumentum à vasallo ad
libertinum dicitur tantum probabile ab Euerhar.*in Top.legal.lib.in princ. d.loci à liberto ad vasallum.*Et dicitur fallax argumentum à domino,Myns.*in cent.4.obser.91.* Quinto no-
79 uissime de vsusfructus obligatione videbimus. Vsusfructus † est ius vtendi-fruendi alie-
nis rebus,salua earum substantia *§ 1.Instit.de vsufruct.l.1 ff.eodem.* Et feudum est vsusfru-
ctus, vt ad definitionem superius satis fuit demonstratum. Sed hoc discriminis tantum
80 est quod feudum plenior sit vsusfructus,quam simplex vsusfructus. Nam is,qui † habet
feudum,potest exercere vtilem rei vindicationem pro feudis suis vindicandis, *d c.vn §.*
81 *rei vindicationem pro feudis,de inuest.de re alien.facta* Is autem, qui † habet vsumfructum,
82 vindicationem nullam habet,*l.1.in princ.ff.si vsusfruct.fuer.* Deinde feudum † non fini-
tur morte, sed datur in perpetuum, *d. c. vnic. in fin. in quibus causis feudum amitt.* Vsus-
fructus autem morte vsufructuarii finitur,*§ finitur. Institut. de vsufruct* De reliquis dif-
ferentiis ad definitionem feudalem superius dictum fuit: & tantum de cognatis feudi
contractibus.

Ad Thesin 1.] Hanc Thesin recte præmisit, & feudi etymologiam posuit propter *l.1. ff.de iust.& iur.& l.1. §.1.de pact.* quia Vlp. *in d.l.1.de iust. & iur.* ait, iuri operam daturum,
prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat; Sic etiam in hac materia faciendum,

argum.

Regim.tit.1.lib.2.verſ.ſtrenuus,de feudi cognitione. Obſtat hic Sonsbec.*pag.2.num.32.* qui vult à fœdere feudum † dici; idem ſtatuit Zaſius *in epitom.pag.1.num.2. & in l. 2. in princ. num.* 83
22.de orig.iur. vide Borch.*c.1.eodem* De etymologia vide Borch.*d.loco.* Weſ.*c.1.nu.1. eodem* Curr.*pag.1.quaſt.7.cap.*8.

Ad Theſin 2.] Ardizon *in ſumma, qualiter vaſall. debe.* Ex hac theſi colligo argumentū ab etymologia per omnia procedere.*arg.l.99.§ inſtrumentorum,verſ. proprie.l. 57. l.180.de verb.ſig.* vide Euerh.*in loco ab etymologia,nu.1.* Huic obſtat 1. Si feudum à fide & propter etymologiam eſſe nequit,& argumentum ab etymologia eſt verum, ſequitur omnes cōtractus,in quibus fides(ſiue fidelitate) præſtatur, feuda eſſe vi etymologiæ. Ortorum enim contractuum multi ſunt, *l.1. de pact. l. 1. de conſt. pecun.* vide Curt.*pag.1.q.7.c.8.* Atqui falſum hoc.Quia obligatio tollitur,ſi contractus eſt perfectus & cauſa eſt ſecuta:Ergo & illud.De hac quæſtione vide Euerh *d loco,*& Curt.*d.q.7.* Reſp.cum Curtio *d.q.7.*& Aleiato,*lib.2.paradox.c.vlt.pag.203.* niſi videlicet definitio repugnet tam negatiue, quam affirmatiue procedere,& contra. Obſtat *tit.3.lib 2 in fin. & tit.24.§.eſt & alia,in fine. lib. 2. & tit.76.lib.2.* In quibus textibus expreſſe dicitur,feudum † poſſe eſſe ſine fidelitate. Reſp. 84
poſſe quidem eſſe ſine iuramento fidelitatis,*d.tit.3.* Fidelitas enim iuramentum dicitur, *in tit.4.in fin lib.2.* Item obſtat *tit 40.lib 2.* vbi dicitur; ſi tale ſit beneficium, vt fidelitas ſit præſtanda: Ergo ſunt quædam ſine fidelitate.Reſp.vt ſupra.

Ad Theſin 3.] Obſtat *tit 46.lib. 2.* vbi vaſallus dicitur dominus: Ergo feudum non eſt vſusfructus.Item obſtat *tit.1.præſciendum,lib.2.* vbi iuriſdictio datur in feudum. Reſp. Ius annumerari † rebus immobilibus, cui obſtat *l. 7. § 4. de pecun.* Reſp.nos large aurea re- 85
ſpondiſſe.Obſtat *tit.24.lib.2. §. 2. in fin.* vbi non præſtatur fides, & tamen non ceſſat feudum.Reſp. Vaſallum videri quodammodo dominum contemnere, tamen non omnino fidem non ſeruat,vt apparet ex voce,*deierat*,& ſic caſus text.eſt de deieraure. An feudum ſit beneficium,vide infra Theſin 6.Rei immobilis *per tit.1.lib.2.§.ſciendum*,ſiue æquipollentis,*per d.tit.1.lib 2.§ ſciendum* videlicet vel ſolo rebus cohærentibus, aut in iis,quæ inter immobilia enumerantur. Curtius *pag.1.quaſt.6.c.7.nu 3.* duas ponit definitiones. 1. *ex ſupra alleg.c.vnico.in quibus cauſ. feudum amitt.* 2.ait, feudum eſt beneuola † conceſſio li- 86
bera & perpetua rei immobilis vel æquipollentis, cum tranſlatione vtilis dominii, proprietate retenta,cum præſtatione & exhibitione ſeruitii.

Vſumfructum.] Weſenb. *eod. c. 1. num. 4. pag.19. per d c.1.in fin.in quib cauſ feud.amit.* Et initio quidem ad certum tempus, ſiue ad vitam tantum durabat, *§. 1. de his qui feud. dare poſſunt.* Inſtar vſusfructus ,*§. finitur autem. Inſtit. de vſufruct.* Contra: Si feudum eſt vſusfructus, ſequitur, vaſallo non competere rei vindicationem. quia rei vindicatio † tan- 87
tum datur domino.*§.1.Inſtitut.de act.* Atqui falſum hoc.*l.1.§.1.ff.ſi ager vectigal.&c. & cap. vnic.§.rei autem,titul 8.lib.2.& titul.43.libr.2. & l 16.de pignor. act.* vbi vaſallo datur vtilis. Ergo & illud, quia ratione ſeruitutis datur actio confeſſoria vel negatoria, vt conſtat *ex §. aquæ. Inſtitut. de act.* Item, ſi feudum eſt vſusfructus, ſequetur, mortuo vaſallo feudum redire ad dominum *arg §.fin.Inſt.de vſufruct.* Sed falſum hoc, *tit.11.lib.2.* Ergo & illud.Reſponſ.non eſſe vſumfructum ſimplicem,ſed conditionalem: & licet hodie tranſeat in heredes,tamen ſolummodo in eos tranſit,qui velut eadem ſunt perſona,& eaſdem operas præſtare poſſunt,nempe liberos: Vox enim partis † eſt vox filii. *§.ei vero, Inſtit de* 88
inutil.ſtipulat.& facit *l.11.de liber. & poſth. l fin.C.de impuber.* Et vna caro, *c. contradicimus. §.1.35.quaſt.3.*& filius pars corporis patris eſſe dicitur *in l.cum ſcimus,§. fin. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.*

Ad Theſin 5. Aliud feudum.] Contractus feudalis fit ſolo conſenſu: At feudum conſtituitur in reſtituta traditione, ſacramento; idq; coram paribus curiæ, ſi haberi poſſint, *c. 1. quid ſit inueſtitur. c. 1. qui teſtes ſunt neceſſ. c. 1. quib. mod. feud. conſtit. poteſt. c. 1. qualiter poſſit*
89 *feud. alien.* Diuerſi enim modi † & cauſæ diuerſum conſtituunt effectum, atq; adeo etiã formam, quæ dat eſſe rei *l. Iulianus. 9. § ſed ſi 3. ad exhibend.*

Ad Theſin 6. Ciuilem.] Ad differentiam contractuum iuriſgentium, *l. conuentionum, l. iuriſgentium, ff. de pact.* Et ciuilis iuris appellatione tam ſcriptum ius, quam nõ ſcriptum, hoc eſt, conſuetudinem complectimur. *l. ius ciuile. 6. ff. de iuſt. & iur. l. 2. §. exact. ff. de orig. iuris.* Weſenb. *pag. 135.*

Nominatum.] Quia habet elegans nomen, formam ac naturam propriam à iure ciuili, & pœnitere hic non licet aliter, quam in contractibus nominatis. Weſenb. *pag. 34. & 35.* Clarus *de feud. quæſt. 6. num. 1.* Si hic contractus eſſet nominatus, aſſumeret etiam eorum naturam: Atqui falſum hoc; quia in nominatis pœnitentiæ locus non eſt, ſed vt impleatur agendum *l. in ciuil. C. de rei vindic.* Econtra feudum refutari poteſt, *cap. 1. qui contra conſtit. Lothar.* Ergo & illud. Item potius inde probo eſſe contractum nominatum, quia in contractibus innominatis pœnitendi locus eſt *l. ſi pecuniam. 5. l. 3. §. ad emerit. ff. de condict. ob cauſam.* Ita etiam in feudis, *d. c. 1. qui contra conſtit. Lothar.* De refutatione vero feudi vide Mynſing. *cent. 5. obſer. 65.* Reſp. primo, generaliter eſſe contractum nominatũ, licet multa ſpecialia contineat, quæ tamen eam non derogant. Curtius *pag. 1. q. 9.* Secundo, in innominatis contractibus pœnitendi non ſolum locum eſſe, ſed etiam in nominatis & certis caſibus, qua de re vide Coſtal. *in d. l. ſi pecunia 5 & in l. 17. § ſicut autem. ff. commodati,* neq; ſemper in innominatis pœnitentiæ locus eſt, vide Coſtal. *d. loco.* Contra: Si feudum eſt beneficium, ſequetur male hic appellari contractum. Quia contractus ſunt
90 † vltro citroq; obligatorii, & ciuilis ineſt obligatio, *l. Labeo. ff. de verb. ſig.* vide Weſenb. *eodem, in c. 1. pag. 23.* In beneficio ciuilis obligatio non eſt, *l. interdictum 14. de precar.* vide Weſenb. *d. loco* Atqui prius verum. Per *c. 1. §. hoc quoq; de his, qui feud. dare poſſunt. & in c. vnic. in quib. cauſ. feud. amit.* vide Borch. *c. 1. num. 7. eodem* Ergo & poſterius. Reſpon. cum Weſenb. *d. loco. pag. 27.* proprie beneficium non eſſe, ſed potius contractum & ſeruitutem quandam perſonalem, qui contractu conſtituitur; à fine tamen vltimo, ſicut donatio ob cauſam eſt donatio, *l. 1. de donat. l. 1. 2. 3. & paſſim, C. de condict. ob cauſam. tot. tit. C. de donat. quæ ſub mod.* Ita, feudum poteſt eſſe beneficium ob cauſam conceſſum. Weſenb. per *c. 1. de benef. frat. c. 1. de ſucceſſ. frat.* & plerunq; maioris pretii & fructus eſt feudum, quam ſint one-
91 ra & ſeruitia inde præſtanda. In contractibus † nominatis habet locum pœnitentia; atqui hic habet locum; per *tit. 38. lib. 2.*

Ad Theſin 8.] Obſtat *tit. 23. verſ. huius lib. 2. tit. 1. & 3. lib. 1.* vbi dicitur feuda dari; verum
92 iam conſtat, dare † nihil aliud eſſe, quam dominium transferre *l. 75. § fin. de verb. obl. §. ſic*
93 *itaq; diſcretis. Inſtit. de act.* Et non videntur † data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, *l. non videntur. 167. ff. de reg. iur.* Item obſtat *tit. 2. lib. 1. & tit. 24. lib. 8. tit. 15. lib. 2.* vbi pecunia interuenit. Ergo non ſemper eſt gratuitum. Secundo obſtat, quod hodie omnia feuda ſint emititia.

Ad Theſin 11. Diſtinguimus.] Zaſ. *pag. 1. nu. 7. cum ſeqq.* diſtinguit ſic à ſimili: ſicut in aliis contractibus aliqua ſunt ſubſtantialia, vt in contractu emtionis pretium; aliqua naturalia, vt clauſula euictionis; & aliqua accidentalia, vt pacta extrinſecus adiecta: ita in feudo aliqua ſubſtantialia ſunt, vt dominium ſit penes dominum, & fidelitas præſtetur; aliqua naturalia, vt vaſallus ſeruiat, vt maſculi tantum ſuccedant: aliqua accidentalia; vt pacta extrinſecus appoſita.

Ad

Ad Thesin 12.] Obstat *tit.* 26. *lib.* 2 §. 5. remittuntur seruitia: item obstat, *c. vnic.* §. *domino tit* 26 *lib.* 2. vbi pacto potest feudum constitui sine fidelitate; cui obstat *tit.* 48. *lib.* 2. item obstat *l.* 49. *ff. de pact.*

Ad Thesin 16.] Contra obstat, quod ius feudale non recte dicatur consuetudo, sic probo. Consuetudo est ius non scriptum *l.* 32. *de legibus.* & §. *sine scripto. de iur. natur. gent.* & *ciuil.* Feuda autem sunt scripta & scriptis extant, Ergo.

Ad Thesin 20.] Contra vide Thesin 9. supra de emphyteusi.

Ad Thesin 22.] Contra hanc Thesin 22. obstat *l.* 30. §, 2. *C. de inoffic. testament.* vbi in legitimam portionem veniunt, quæ occasione militiæ (vt etiam feudum est) acquisita habet filius; ergo & filiæ. Resp. hoc posse concedi, quoad emptitium feudum.

Ad Thesin 24.] Celeris satisfactio moram purgat, nisi pœna sit adiecta. Contra vide Thesin 23. supra.

Ad Thesin 26.] Contra obstat, *l.* 17. *C. de pact.* item *l.* 1. *C. de iure emphyt.* vbi ponuntur duo ablatiui absoluti, qui conditionem præ se ferunt. Deinde *d. l.* 1. tantum loquitur de casibus fortuitis.

Ad Coronid.] Contra obstat *l.* 2. *C. de iure emphyt.* Resp repellere hic dici pro exceptione vti. Item obstat *l. quare.* 54. § *inter locatorem ff. locati.* & *l. in rete.* 3. *C. de locato.* Respon. Non procedit responsum à locatione ad emphyteusin, quia longe differunt. Cui obstat, *l.* 15. §. 4. *ff. locati* Item obstat. *l.* 5. *C. lib* 12. *tit.* 41. vbi nullum dicitur committere crimen, quia propria auctoritate exequitur. Resp. Eam legem loqui de metatoribus, id est, qui militibus hospitium procurant, vt etiam rubrica docet. Huic obstat. *l. quemadmodum.* 29. §. 1. *in fine ad l. Aquil.* Resp. ex *l. sibi concessa l.* 3. *C. de pignor.*

DISPVTATIO II.

CONTINVATIO.

Quia proxima disputatione quid sit feudum, & quomodo ab emphyteusi, libellaria & precaria differat, expositum fuit: sequitur, vt nunc breuiter de origine, compilatoribus, authoritate, diuisione item feudorum agamus.

Thesis 1. De iuris feudalis origine, licet diuersæ sint Dd. sententiæ, nos tamen illud à Longobardis introductum esse, & ad nos manasse arbitramur, Borcholt. *in c.* 2 *num.* 2. Duaren. *c.* 3. *num.* 4. VVesenbec. *in proœm.* & *cap.* 3. Molin. *in consuetud. Parts. tit.* 1. *n.* 26.

2. Neque dubitamus, quin feudorum liber, qui corpori iuris insertus est, à priuatis hominibus collectus sit atque conscriptus. Borcholt. *c.* 2. *num.* 28. Curt. iun. *pag* 1, *quæst.* 1.

3. Vnde, an vim legum obtineat, non incommode quæritur: & obtinere:



nere iuri communi consonum videtur. Curt.*d.pag.1.quæst.*1. Wesenb.*in proœm.de feudis.*

4. Idq; non solum in seculari foro seu ciuili, sed & ecclesiastico procedere constat: *cap. verum. cap. ex transmissa, extra, de foro compet.* Curt.*q. 2.* Sonsb. *pag.1.num.26.*

5. Etsi enim legum Romanarum non vilis est auctoritas, non adeo tamen vim suam extendunt, vt vsum vincant, aut mores feudales, *§. leges autem. de feudi cognit.*

6. Poterit nihilo tamen minus strenuus legum peritus, si cui casus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, absq; calumnia scriptis vti legibus, *d.§. leges autem.* & ibi Cuiac.

7. An & contra extra materiam feudalem ad decisionem causarum allegari ius feudale potest? non posse placet, nisi illud aut naturali ratione sit fundatum, aut alias iure communi, eiusque ratione destituamur. Curtius *pag.1.quæst.*3. Borch.*c.2.nu.32.& seq.* Schenck.*in c.1.in fine de feudi cognit.* Wesenb.*in proœm.num.6.*

8. Cæterum variis feudorum diuisionibus hic omissis omne feudum in proprium seu rectum, & in improprium seu degenerans diuidi posse censemus. Curt.*dict.pag.1.quæst.9.* Sonsbec.*pag.3.in princ.* Wesenb.*cap. 2. de feud.*

9. Feudum proprium à causa efficiente diuiditur in feudum ecclesiasticum siue spirituale, & seculare. Sonsbec.*pag. 3.numer. 5.* VVesenbec. *cap.2.*

10. Ecclesiasticum est pro persona ecclesiastica. Seculare, quod secularis etiam clerico concedit, *tot.tit. de his qui feud. dar. possunt. & tit. de cleric. qui inuest.* Sonsb.*d.pag 3.nu.5.*

11. Proprium autem dicimus, quod propriam feudi habet naturam, Borch.*c.4.num.25.* Curt.*d.quæst.9.* Hottom.*cap.6.*

12. Seculare aliud est regale, aliud non regale. *c.1.de feud.marcb. & ducat. tit.de leg. Conrad.vbi Dd.*

13. Regale vocatur, quod dignitatem annexam habet: Non regale, quod dignitatis est expers. Borch.*cap.4.num.12.* Sonsb.*pag.3.n.7.*

14. Sed vt istud feudum regale sit, à principe non superiorem recognoscente dari; & dignitatem maiorem quampiam, veluti regnum, ducatum, marchionatum vel comitatum esse oportet. Duaren.*c.4. num.*7. Curt.*pag.1. quæst.9.num.4.*

15. Hinc communiter receptum est, vt si quis à principe de prædio nul-

nullam dignitatem habente inuestitutus fuerit, regale feudum dici non possit. Duar. *d. loco.*

16. Huic diuisioni affinis est & illa, qua feudum aliud nobile dicitur esse, aliud ignobile, *c. 1. quis dicatur dux.* Duar. *d. loco. n. 8.*

17. Nobile feudum est, quod accipientem nobilitat; Ignobile, quod accipientem non nobilitat. *d. c. 1. quis dicatur dux.* Borch. *c. 4. diuis. 3.*

18. Deinde feudum proprium aliud antiquum, quod & paternum nuncupari solet; & quo ad effectum, hæc duo nihil differunt: Curt. *pag. 1. quæst. 9. num. 6.* Borch. *cap. 4. nu. 2.* Mynsing. *centur. 2. obseruat. 95. c. 1. vers. paternum, de natura success. feud.*

19. Illud prohibetur, quo quis primo inuestitur. Hoc vero, quod ab antecessoribus est acquisitum. Curt. *dict. pag. 1. quæst. 9. numer. 5.* Hottoman. *cap. 6.*

20. Hinc elegans resultat quæstio: si concessione feudi noui conferens dicat se concedere illud tanquam antiquum, num nouum remaneat? & censeri illud feudum antiquum verius putamus. Curt. *d. quæst. 9. num. 8. & 9.* Duar. *cap. 4. circa fin.* Gayl. *lib. 2. obs. 50.* Myns. *cent. 4. obser. 84.* Molynæus *in consuetud. Paris. lib. 1. §. 5. num. 84.*

21. Quamuis vice versa secus esse facile concessuri simus. Curt. *dict. loco.* Gayl. *lib. 2. obs. 49.* Myns. *cent. 4. obs. 83. 84.*

22. Denique Dd. feudum aliud constituunt hereditarium, aliud ex pacto & prouidentia. Curt. *quæst. 9. num. 19.* VVesenb. *cap. 2. nu. 9.* Borch. *cap. 4. in quarta diuisione.*

23. Feudum hereditarium communiter, quod alicui pro se & heredibus est concessum: Borcholt. *dict. diuisione 4.* Hartman. Pistor. *quæst. 1. numer. 41. & sequentibus.*

24. Feudum ex pacto & prouidentia est, quod non facta heredis mentione, pro se & filiis proli suæ aut in omnem generationem ita conceditur, vt transeat iure feudi & sanguinis, non iure hæreditario. Borch. *dict. diuis. 4.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 1. num. 17. & seqq.*

25. An autem, si feudum concedatur vasallo & hæredib. ipsius masculis, pro hereditario habeatur: an vero pro feudo ex pacto & prouidentia? maximopere dubitatur; & ex pacto hoc feudum esse æquius opinamur. Borch. *d. diuis. 4. nu. 16. in fin.* Myns. *cent. 14. obs. 2.*

26. Et igitur eo magis ex pacto haberi pro feudo dicemus, si feudum concedatur alicui & masculis legitimis hæredibus ex corpore ipsius legitimo descendentibus, Borch. *d. diuis. 4. & per Dd. ab eo citatos.*

27. Ip-

14 *Ius ciuile Romanum circa allodialia versatur, non circa feudalia.*
15 *Feuda non à Romanis, sed Longobardis oriuntur.*
16 *Ius feudorum non est pars iuris Romani.*
17 *Leges Salicæ fuerunt leges Franciæ.* num. 35.
18 *Tempus, quo primum feuda ceperunt, rectè à Gerhardo tempus antiquissimum dicitur.*
19 *Vasalli dicuntur clientuli.*
20 *Obligatio fidei inter dominum & vasallum est arctissima.*
21 *Verba,* competenter, salua reuerentia, *quomodo intelligenda.*
22 *Origo feudorum ex clientelis Romanorum oritur.*
23 *Feuda partim ex iure Romanorum, partim ex iure Longobardorum.*
24 *Longobardi fuerunt populi bellicosi, & milites egregij.*
25 *Feuda dicuntur beneficia militaria.*
26 *Vasalli dicuntur homines & clientuli,* num. 27.
28 *Clientela feudis non per omnia conuenit.*
29 *Simile non est idem.*
30 *Feuda quando sint ex iure Longobardorum.*
31 *Tutela quando est iuris gentium seu naturalis, & quando iuris ciuilis.* num. 32.
33 *Testamentum quando est iuris gentium, & quando iuris ciuilis.*
34 *Gerhardus Niger, & Obertus de Orto consuetudines feudales collegerunt: suntq; feudorum autores & collectores.* num. 36.
37 *Ius feudale in 5 libros quando distingui possit.*
38 *Hugolinus antiquus glossator & professor Bononiensis est libri quinti feudorum autor.*
39 *Gerhardus Niger libri primi feudorum autor est: Obertus de Orto lib. 2. & 3.* num. 40. *autores libri 4. incerti,* num. 41.
42 *Compilatores trium priorum librorum sunt Gerhardus Niger, & Obertus de Orto.*
43 *Animus æquus & iustus neminem timet.*
44 *Clerici an feudum dare possint.*
45 *Intellectus* c. episcopum.
46 *Intellectus* c. 1. lib. 1.
47 *Frater fratri in nouo feudo non succedit: exceptis 4 casibus* in c. 20. lib. 1. *vbi successio defertur.* num. 48.
49 *Mutus non loquens, an feudum retineat.*
50 *Intellectus,* c. 6. §. vlt. lib. 1.
51 *Volenti non fit iniuria.*
52 *Quilibet suarum rerum est moderator.*
53 *Intellectus.* c. an mutus.
54 *Primogenito Regis ex accidente furioso curator adiungitur.*
55 *Filiæ in feudo non succedunt.*
56 *Intellectus* d. tit. 18. *qui* num. 59. 61.
57 *Filiæ militaria seruitia præstare non possunt.*
58 *Intellectus* tit. 12. lib. 1. *qui.*
59 *Beneficium alienans vel totum, vel eius partem, feudo cadit.*
60 *Intellectus* tit. 55. lib. 2. & tit. 5. in princ. lib. 1. *qui.* num. 63.

62 *Intellectus* tit.13.lib.1.qui.
64 *Intellectus* cap 15 lib.1.qui.
65 *Feudum fœmineum ex consuetudine ad filios transit, his deficientibus ad filias.*
66. *Conuentio dat legem contrahentibus.*
67 *Princeps solus auctoritatem condendi vel mutandi leges habet: alius nemo*, numer.72.
68 *Consuetudines vsu recepta pro legibus & iure obseruantur.*
69 *Consensus tacitus est consuetudinis forma.*
70 *Feudalia instituta sunt authentica.*
71 *Dicta Dd. non necessitant ad causarum decisiones, sed aliquam probationem tantum faciunt.*
73 *Tacitus consensus legem imitatur.*
74 *Quod publice fit, eius causam nemo ignorare debet.*
75 *Consuetudines feudales habere vim legum, vnde colligatur: harum corroboratio vnde procedat.* num 76.
77 *Consuetudo specialis legem generalem non vincit.*
78 *Legitima liberorum statuto vel pacto tolli non potest, minui quidem potest*, num.79.
80 *Diuturnitas temporis non inducit mandatum seu iussum.*
81 *Ecclesia bisce consuetudinibus obligantur.*
82 *Vsus feudorum in vtroq; foro vim legis habent.*
83 *Casus omnes iuris legibus includi non possunt.*
84 *Legisperitius strenuus absq; calumnia lege scripta vel potest.*
85 *Dd. plurimum in numero diuisionum variant: & diuisiones quotuplices*, num.86.
87 *Feudum aliud proprium, aliud improprium.*
88 *Definitio feudi proprii qua: hoc feudum quoque dicitur purum, simplex & rectum*, numer.89.
90 *Definitio feudi improprij seu degenerantis.*
91 *Fœmina militaria seruitia præstare nequeunt.*
92 *Vasallus domino credentiam præstare tenetur.*
93 *Mulieres sunt lubrici consilii, loquaces, auaræ, mutabiles, & in iure ciuili ab omnibus officiis publicis ac ciuilibus remouentur.* num.94.
95 *Causa quænam, cur feudum fœmineum sit improprium: hoc à Dd. vocatur conditionatum*, num 96.
97 *Vasallus in feudo franco seruitia quoq; requirit.*
98 *Feudum habitationis est improprium, cum vasalli morte finiatur: sic feudum sine inuestitura concessum dicitur improprium*, num.99.
100 *Feuda soldata, camera & cauena dicuntur impropria.*
101 *Definitio feudi soldatæ, eius finis quisnam* num.102. & 103.
103 *Feudum cameræ quid notet.*
104 *Feudi de cauena definitio.*
106 *Feuda Guardiæ & Gastaldiæ dicuntur impropria.*
107 *Definitio feudi Guardiæ: & Guardia custodiam denotat*, num. 108.
109 *Feudi castaldiæ definitio: Castaldia domum Longobardis significat*, num.110.
111 *Feuda propria quæ dicantur: hæc sunt vel paterna, vel antiqua, vel noua*, num.112.
113 *Definitio feudi paterni: & quæ feudi antiqui*, nu.114. *& quæ definitio feudi noui*, n.115.

116. Feu-

116 Feudum est vel vetus, vel novum.
117 Feudum antiquum & paternum, an sint eiusdem efficaciæ & naturæ.
118 Feudum aliud est paternum, aliud novum: & paternum est generationis nomen, nu-
mer.119.
120 Feudum antiquum quando sit.
121 Hottomannus patrem, avum, proavum, abavum vocat in linea ascendenti parentes, ul-
teriorum vero graduum personas nominat maiores, nu.122.
123 Feudum novum à paterno vel antiquo in effectu quid differat.
124 Alienatio feudi antiqui & paterni quando valeat. & quando non: & feudum antiquum
seu paternum est nomen generationis, non dominii patris vel agnati, nu.125.130.
126 Primus acquirens in feudi successione semper consideratur.
127 Feudum novum quomodo alienetur, & quomodo non, nu.128.
129 Frater in novo feudo fratri non succedit.
131 Consentientibus non fit iniuria: & quilibet iuri suo renuntiare potest, n.132.
133 Ratihabitio mandato comparatur.
134 Quod alicuius favore est introductum, in eius detrimentum trahi non potest.
135 Factum cuiusque suum sibi non alteri nocere.
136 Ex primordio tituli posterior eventus formari debet.
137 Contrariorum eadem est disciplina, quando valeat. n.140.
138 Dominus volens, iuri suo renuntiare potest: & pro arbitrio suis de rebus disponere, nu-
mer.139.
141 Intellectus d. c.1. §.1. de success. feud.
142 Feudum aliud hæreditarium, aliud de pacto & providentia, aliud mixtum.
143 Definitio feudi hæreditarii: & quæ feudi ex pacto & providentia definitio, nu.144. Hoc
dicitur quoque familiare, nu.145.
146 Feudum mixtum quid.
147 Feuda dantur sanguini, non extraneis.
148 Feudum quoddam dicitur regale, quoddam non regale.
149 Feudi regalis definitio quæ. & quæ definitio feudi non regalis, n.150.
151 Intellectus c.1. in princ. de feud. marchion.
152 Regis primogenito ex aurea Bulla Caroli IV. si est habilis, successio datur sine non, ei cura-
tor adiungitur.
153 Feudum aliud nobile, aliud ignobile.
154 Feudum nobile quod.
155 Quæ feuda nobilitent, n.157.
156 Capitanei regni vel regis quinam sunt: & hi quoque duo vocantur regni Valvasores ma-
iores.
158 Nobiles dicuntur minores Valvasores & Valvasini.
159 Nobilitas potius ex virtute, quam ex pecunia oritur.
160 Quænam nobilem efficiant, an prolapia, vel egregia virtutis facta.
161 Feudum ignobile quid: Hoc quoque vocatur plebeium, n.162.
163 Wesenbecius regalia vocat nobilia.
164 Nobilitas dicitur Principis reservatum.
165 Feuda regalia à nobilibus quid differant.
166 Feudum vel est ligium, vel non ligium.

CONTINVATIO.

1 QVI ignorat originem † feudorum, super caduco laborat, hoc est, frustra laborat,
2 vt Iasonis sunt verba. Secundum Iasonem enim primo de feudis, cum † principium
potissima cuiusque rei sit pars, secundum IC. Caium *in l. 1. ff. de orig. iur.* Vnde non im-
merito secundo loco de origine & natiuitate feudorum hic agi potest. Et huius iuris or-
3 tum diligentius † inquiramus, cum hæc res magnam habeat admirationem propter
vetustatem. Et habetur *in præfatione super Cæsem consiliis tractatione feudali.* Et ipse Iu-
4 stinianus Imperator *in tit. Inst. de testam. ordinand.* iubeat, nihil antiquitatis esse † igno-
randum. Non autem dissimulari potest, magnam hanc rem semper habuisse dubitatio-
nem, & in multas sententias pro capitum interpretantium numero adeo fuisse distra-
ctam, vt potius coniecturis & argumentis verisimilibus & probabilibus vtcunq; res sit
aperienda. Nec tamen putemus parui momenti esse & friuolum, in origine feudorum
inuestiganda nimium fatigare, propterea quod ad rem parum, aut nihil faciat. & nemo
sit Scriptorum, qui eius rei solide veritatem doceat, vt sentit Sonsbeccius *part. 1 feud. nu.*
5 30. sed potius gratum & amicum nobis sit antiquitates † huius iuris inuestigare, quæ res
iucunda est & multis de rebus nos admonere potest, quamuis non clara nec satis defini-
ta, vt & Wesenb. *in proœmio feudalium* testatur. Sic igitur hac de re habeamus. Maxima
pars veterum & modernorum interpretum in ea sunt sententia, consuetudines hasce
6 feudales † simpliciter & indistincte natas esse ex moribus & institutis Longobardorum,
ante tempora Caroli Magni. Et refert Iulius Clarus *in § feud. quæst. 1. lib. 4. sent.* ex Caro-
lo Molinæo *in consuetud. Parisiens. tit. 1.* Et putat hanc opinionem non esse frequentio-
rem tantum, sed etiam vnicam & concordem omnium DD. quam Wesenb. *in tract. feud.*
cap. 3. Alii contra putant Ius feudorum simpliciter promanasse ex iure Romanorum, &
7 quidem varie. Zasius *in epit. feudalium, part. 1. in princ.* refert feudorum originem † ad
clientelas Romanorum, quarum mentio *in leg. 3. de vsu & habitat.* Habuerunt enim
Romani certos clientes sibi cum omnibus bonis subiectos & deuotos, ob singularũ cau-
sarum defensionẽ, quorum obligatio clientela dicitur. Huncq; morem putat Zasius &
alii arripuisse Longobardos, & velut à Romanis arripuisse, & pro sui regni conditione
8 mutasse & formasse: deinde sunt etiam alii, qui feudorum originem † referũt ad militias
Romanorum, vt refert Zasius *in dict. part. 1. in princ.* Duar. *d. c. 3.* Borch. *cap. 2. vers. 4.* Tertio,
Viglius, Zvvichemus, *in rubr. tit. Instit. de milit.* refert originem feudorum ad militiam
armatam. Duar. & Zasius *in dd. locis.* Denique Cujacius *in proœmio feudorum, mihi pag. 9.*
refert ad ea, quæ de hominibus passim in libris nostris prodita sunt, *l. 2. C. de Episcop. &*
Cleric. leg. vnica. Cod. de conductor. & procurator. prædior. fiscal. lib. 11. qui homines velut

conductores (vt gene & eut) prædiorum erant, & quasi emphyteuticarii. Hancque sententiam sequitur D. Borchol. *de c. 1. vers. 12.* Hæ sunt sententiæ Dd. præcipuæ de origine feudorum. Fundamenta vero primæ sententiæ, scilicet originem huius iuris esse ex iure Longobardorum, multa sunt. Primum est ex diuersa significatione verborum in iure feudali, & in iure Romano. Iure feudorum Dux significat præfectum totius regionis; Comes præfectum ciuitatis; referente Hotto: *in lexico feudali, in verb. Duces.* Aliter autem in iure Romano. Sic, quod ius Romanum † vocat iuramentum, vel sacramentum, 9
ius feudale vocat homagium. Et quod ius Romanum vocat † Delictum, ius Longobar- 10
dorum vocat Feloniam. Secundum fundamentum est ex relatis, in iure ciuili † seruus 11
& dominus sunt relata, non in iure † feudorum, in quo relata sunt dominus & fidelis, 12
vel vasallus. Tertio confirmatur illa sententia per *cap. vnic. de allodiis.* vbi † allodialia 13
à feudis distinguuntur, & ciuile Romanum circa † allodialia (allaudialia) versatur, non 14
circa feudalia. Vnde videtur dicendum, feudorum originem † non à Romanis, sed à 15
Longobardis potius tantum fluxisse. Quarto confirmatur illa sententia per *cap. vnic. de feudi cognitione.* vbi separatur ius Romanum à consuetudinibus hisce feudalibus; vnde ex *hoc c. in d. proœm. feudal.* Wesenb. affirmat, ius † feudorum partem iuris Romani 16
minime esse posse. Quintum fundamentum suppeditat inscriptio librorum feudalium, quæ talis est: INCIPIVNT FEVDALES CONSVETVDINES: Ergo, dum consuetudines sunt ex moribus Longobardorum, sine certis legibus viuentium natæ sunt. Sextum fundamentum tale est: Certum est, inter Longobardos nullos fuisse Germanos, puta Misnenses, Francos, Thuringos, Saxones, Westphalos, *& in cap. vnic. de filiis natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto*, fit mentio legum Salicarum; Salicæ autem leges † fuerunt leges Franciæ. Nonnunquam origo ad Pharamundum 17
primum Francorū Regem & successores refertur, vnde videtur relinqui indubitate, Lōgobardos suas leges secum ex Germania, ex Galliis & aliis locis, vnde fuerunt collecti, attulisse, & apportatas ex variis sedibus leges & mores obseruasse, & peculiare ius addita quadam forma pro sui regni vtilitate constituisse, & obseruasse. Et quia formam addiderunt omnibus legibus & moribus aliis, quæ forma dat esse rei, sequitur, consuetudinem feudalium originem ab ipsis potius Longobardis ob additam formam fluxisse. Septimum argumentum, quo & Pacianus ad *tit. 1. lib. 1. feud.* vtitur, tale est: Nulla fit mentio feudorum in iure ciuili, etsi pleraque reperiri possint, quæ feudorum instituto conueniant: Sequitur igitur feudorum originem ex iure Romano repeti non posse. Denique putant defensores (Sonsbec. perpetuo sequitur Zasi) illius sententiæ sibi non aduersari, *cap. 1. lib. 1. §. & quia vidimus.* vbi dicitur: *Antiquissimo tempore quid fuisse obseruatum.* Ergo cum dicit feudista *antiquissimo tempore*, respicit ad ius Romanum, non ad ius Longobardorum, & per consequens origo feudorum est ex mero iure Romanorum, quod argumentum est Cuiacii. Hæc, inquam, putant sibi non aduersari, sed potius sententiam suam confirmare, & quidem recte ita sentiunt, quia antiquissimum illud tempus potest commodius referri ad id tempus, quo primum feuda cœperunt. Hoc dicitur † recte à 18
Girhardo Nigro tempus antiquissimū. Hi enim duo consules Mediolanenses, & Obertus de Orto diu post cœptum primum ius feudorum vixerunt, vt & Hottomann. *in d. §. quia vidimus in verb. antiquissimo tempore.* contra Cuiacium recte sentit, addens: Si illud verbum ad Romanum ius esset referendum, addendum quoque esset exemplum ex iure 19
Romano, quod non fit; vnde nunc relinqui videtur, originem feudorum esse ex mero iure Longobardorum. Secundo Zasii sententia, qui ad clientelas Romanas originem

feudorum refert, multos habet sectatores, inter quos Sonsbec. *part. 1. conf. 30.* quæ sententia probabilis, nec tamen simpliciter respicienda, vt deinceps dicetur. Habent autem pro se hæc fundamenta. Primum: Romulus primum instituit, vt plebeius quilibet patricium eligeret, qui eum in causis publicis & priuatis defenderet, & a cliente omnem iniuriam propulsaret; econtra clientes patronis dotem ad filiorum elocationem dederunt, & quoties res & necessitas postulauit, patrono affuerũt, eiq; pene omnia bona submiserunt, referente Dionysio, Halicarnasseo, *lib. 2. antiq.* Dum ergo simili pene modo vasalli dominis, & domini vasallis sunt obstricti, videtur dicendum, vasallorum conditionem, & sic rationem conferendorum feudorum ex iure Romano clientari fluxisse,
39 præsertim cum & † vasalli clientuli vocentur *in c. 13. lib. 1.* Secundum, sicut inter dominum & vasallum † est arctissima fidei obligatio, ita cliens patrono, & patronus clienti arctissime erat obligatus: patronus clienti non secus, ac pater filio consulebat; adeo ut ei in judiciis; cliens & suum patronum, tanquam patrem venerabatur. & aduersus eum testimonium non ferebat. Eodem modo constat inter vasallum & dominum non esse facile accusationem, *c. vnic. § in quibus, de consuetudine feudalium*, vel si nomine mutuæ obligationis lis inter vasallum & dominum: in ciuilibus potissimum causis oriatur, vasallus salua reuerentia competenter dominum roget, *c. vnic. c. fin. de milit. vasall. qui contumax est.*
40

41 Notanda sunt † verba: *competenter, salua reuerentia*, quæ sane indicant veniam à vasallo esse impetrandam ad id, vt dominum in ius vocet. Quod etiam gl. *in d. c. vnic. de milit. vasall.* verbum, *salua reuerentia*, amplectitur & sequitur Wesenb. *in parat. ff. de in ius voc. can. num. 6.* Vbi refert, id vsu seruari, præsertim cum in d. c. sit manifestum, quamuis tamen contrario vsu magis communiter approbatum sit, opus non esse veniæ petitione, vt testatur idem Wesenb. *d. loco.* Zasius *in § pœnales. num. 26. Institut. de act.* Mynsing. *cent. 4. obseruat. 29.* vbi tamen refert vna contrarium camera vsum. Audiatur Gayl. *libro singulari de pignorationes, obseruat. 13. num. 4.* de quo infra latius agemus. Deinde non est contrarium testimonium inter vasallum & dominum, *d. c. vnic. § in quibus de consuetudine recti feudi.* Tertio, quemadmodum omnis fraus inter clientem & patronum, *leg. 12. tab.* cessabat, quæ talis est: *Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto*, hoc est, ad supplicium rapiatur. Seruius *in commentar. ad Virgil.* Balduin. *ad l. 12. tab. c. 5.* Ita inter vasallum & dominum, mutua felonia est prohibita, ob quam & vtrinq; feudum amittitur, *c. vnic. § domino, 3. de feud. defunct. content. sit inter domin. & vasall. c. vnic. in fin. de forma fidelitat.* vt disputatione 8. infra latius dicetur. Ex his argumentis similitudinem, & conuenientiam quandam clientelæ & feudi monstrantibus videtur probabiliter dicendum, feudorum originem
42 † ex clientelis Romanorum fluxisse. Tertio, sententia eorum, qui ad militias Romanorum, vel ad militiam armatam feudorum originem referunt, refutatur a D. Borchold. *c. 2. feud. c. 5. cum seq. §.* Quatro, sententia Cuiacij videtur itidem esse probabilior, qui originem refert ad homines Romanorum, qui fuerunt actores & procuratores, & ad similitudinem vasallorum primum habuerunt ad tempus possessionem agrorum, postea in perpetuum & similitudinem feudorum, quæ antiquissimo, id est, primo Longobardorum vel consuetudinem feudalium tempore, per certos annos data sunt, postea in perpetuum, *c. vnic. de his qui feudum dare possunt § & quia vidimus.* In hac tanta sententiarum
43 varietate tutius est in hac quæstione simpliciter dicere, feuda † partim esse ex iure Romanorum, partim ex iure Longobardorum. Ex iure Romano quidem sunt quoad primam originem, primum ortum & natiuitatem. Cum enim Longobardi ex Germaniæ locis &

quidem

quidem præcipue eorum duces viri nobiles ex medio Albis, qui tractus est nunc ad diœcesin Magdeburgensem & Halberstadensem, collecti prorumperent in eam Pannoniæ partem, quæ Italiæ propior est, referente D. Philippo *in 2. parte Chron. de Longobardis.* Ex Strabon. Ptolom. & Paulo Diac. Zononas substituunt, ibi per aliquod tempus, postea vbi eos iis Narses dux belli in exercitu Imperatoris Iustiniani aduersus Gothos, Hunnos & Vandalos, ex Italia expulsos, quos Iustinianus testatur, *in §. & bellicis. in proœm. Institut. & l. 2. in princip. C. de veter. iuris enucl.* Et ita Longobardi pulcerrima Italiæ loca sunt ingressi anno Christi 568. referente Philippo *in dict. loco.* D. Borchold. *cap. 1. num. 2.* Et dum cogitamus, qua ratione splendidissimam occupatam sedem, & propriam iam factam iure belli. *§. item ea, qui ab hostibus. Institut. de rerum diuision. cap. muniirent &c.* tegerent, ibi, *aliquot feudum acceperunt*, referente Schardio *in lexico suo. in verb. feudum.* testibus vehe- 24
Erat fuerunt populi † bellicosi & milites egregii Zenon. & Paul. Diac. menter præ reliquis nationibus sunt tumultuati & dominati; in occupato loco, referente Wesenbec. *in proœm. feud. num. 5.* quo sibi odium vicinorum populorum crearunt; præsertim cum & ipsis expulsis populis admodum fuerunt inuisi. Metu igitur deiectionis & vicinorum populorum inimicitia moti Longobardi, vtile fore putarunt, remedium aliquod huic malo quærere. Et quia viderunt Romanum imperium, vel potius multo antiquius, bene esse constitutum, & seruare iura clientelæ, vel certos habere homines, para actores, quibus dederunt excolendos agros. Romani etiam putarunt simile esse faciendum, & pro ratione, vtilitate, & commoditate sui regni dederunt occupatos agros militibus propriis & aliunde collectis, etiam forte Romanis militibus in prouinciis manentibus & nomine clientelæ inuitatis, referente Zasio, 25
part. 1. num. 1. in epitom. feudalium. Et quidem dederunt eo pacto, vt quo tempore vellent, agros ita datos ipsis auferrent, *d. cap. vnic. de his, qui feud. dare poss. §. & quia* *videmus.* [illegible]

Quo sane admodum excitati sunt milites, & eo fortius & alacrius pro Longobardis pugnarunt. Vnde feuda militaria † beneficia dicuntur, quia ob militiam Longobardorum primo nata sunt, vnde etiam propter militaria seruitia Imperatori Romano præstanda hodie vt plurimum dantur *c. vnic. de prohibit. feudal. alienatione per Barbar. c. vnic. de prohibit. feudor. alienatione, per Fridericum.* Atque ita Longobardi ad exemplum Romanorum, habuerunt sibi certos obstrictos, & deuotos clientulos, hoc est, vasallos, quibus pro sua commoditate vsi sunt, aduersus incursiones expulsorum populorum. Verisimile res igitur concludimus, Longobardos morem conferendorum agrorum à Romana clientela, vel à Romanis hominibus mutuasse. Quod & lucerna iuris Bartolus & Bald. *in l. si quis* *pupill. 4. §. quod de homine. ff. qui testam. facere poss.* vbi vasallum vocat hominem, id quod etiam auditur. *in cap. vnic. de pace tenend. & eius violatione. §. si iudex, vbi sicut si duo homines.* Deinde isti homines dum fuerunt actores, (Gastaldus 26
vbi vasalli † homines dicuntur. Idque pro sententia dicitur actor) *in cap. vnic. de content. inter dominum & fidel.* Zasii, vt supra dicit. 27
Cuiacii: sic in *d. cap.* vasallus dicitur † cliente ut pro sententia Zasii, qui cum sine certa lege viuerent, expulsis regibus emiserunt tres legatos, referente Fenestella, *de magistrat. Roman.* & Liuio *lib. 3. decad. 1.* qui ex Græcis ciuitatibus Athenis & Lacedæmone attulerunt leges & consuetudines, in 12. tabulas relatas. *§. & non ineleganter, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil. 2. ff. de origine iuris.* Hinc natum est ius Romanum; itaque appella-

appellatum est eodem modo ex moribus Romanorum in clientelis seu hominibus [illegible] formatis, factum est ius feudale, quoad originem, id quod nunc satis constat. Nec [illegible]
28 quam hisce obstat, quod clientela non † per omnia conueniat feudis, Borch. [illegible]
29 Duar. cap. 1. Hottom. cap. 2. disput. feud. quia simile † non idem. Nam [illegible] istum morem conferendorum agrorum, vel sibi obligandorum clientium [illegible] id sua voluntate suam pro ratione sui regni, & praesentis rerum conditione [illegible] moribus Romanorum addiderunt alias certas leges, pacta, obligationes [illegible] fidelitatis, & pensionem, quam dederunt homines Romanorum [illegible] mutarunt in feudis, quibus ob vicinam hostilitatem [illegible] pensionibus. Et certum alias est, ius aequum in vna ciuitate, non esse statim [illegible] aliam ciuitatem. Manet igitur verum, feuda quoad originem, ad clientelas Romanorum
30 vel ad homines Romanorum referri posse. Deinde, feuda [illegible] Longobardorum, non si spectemus originem, sed si respiciamus ad rerum distinctiones, ordinationes, constitutiones, statuta, quae ex moribus & quotidiana [illegible] Longobardorum fluxerunt. Item si spectemus vocabula, quae ex vsibus Longobardorum [illegible] fossa, & distinctiones, vt plurimum iuri ciuili sunt contraria, interdum [illegible] tus cum iure ciuili, fortè ex legibus Romanis desumpta, vt fieri solet, argumento est [illegible] Guicla prius de mulis [illegible] ubi intra 10. dierum spacium citatus es [illegible] parcat quod [illegible] cum l. [illegible] §. Et siquidem ff. de iudiciis. Quamuis tamen in iure feudorum [illegible] dies sufficiant [illegible] forma addita reperiuntur ex iure Longobardorum iis, quae ex iure Romano fuerunt desumpta. Hoc iam ergo iro satis probatum [illegible] feuda partim esse ex iure Romanorum, partim ex iure Longobardorum. Nec mirum cuiquam sit, ex duplici iure diuerso respectu feuda fluere, quia id in aliis rebus iddem vide-
31 mus, puta in tutela & testamento. Tutela † iuris est gentium, seu naturalis: quia [illegible] gentium, aequum est impuberes esse in tutela §. impuberes. Instit. de Atil. tutor. Tutela
32 vero † iuris ciuilis est, quod legibus approbatur, quo & certa quaedam [illegible]
33 tur. §. 1. Instit. de tutelis. [illegible] ff. eod. tit. Sic testamentum iuris † est gentium [illegible] acceptionem, quae nos omnes aliae gentes similiter, quid in vltima [illegible] Vnde Theoph. in §. ius naturale & ciuile. Instit. de iure natur. [illegible] testamentum ad ius gentium refert, quoad formam, quam a iure ciuili [illegible] & solemnitatem [illegible] quod [illegible] Clarus [illegible] de condict. in debit. [illegible] contrario [illegible] similis est illata di- [illegible] respondetur ad argumentum [illegible] quoad originem esse ex consuetudine Longobardorum. [illegible] feudalium, quoad significationem, quia id non facit quicquam [illegible] originem, sed saltem ad probandum id, [illegible] cum vocabulis eorumque etymologiis [illegible]

Deinde secundum [illegible] rerum dispositione, nec [illegible]

Tertio [illegible] terminis de- [illegible] & tales, prout fe- [illegible] de contrario via [illegible]

Idem respondetur ad quartum argumentum, quo Wesenb. *pag. 3. procem.* vtitur, quia
hæ statuta consuetudinaria plurimum sæpe & à iure Romano & inter se discrepant, id
quod adhuc in confesso est; hoc autem originem feudorum non monstrabit.

Quintum argumentum ex rubrica seu inscriptione horum librorum sumptum, simi-
liter ad ipsas constitutiones consuetudinarias respicit, nec inde probatur, quod origine
hæ consuetudines sint ex iure Longobardorum, quia Gerhard. Niger, & Obertus de Or-
to eas † collegerant. Et Mediolani & alii obseruatas, & origine ex iure Romano pen- 34
dentes ita voluerunt eas inscribi; *Incipiunt consuetudines feudales*, quo titulo non ad ori-
ginem respexerunt, sed ad mores Longobardorum, ex quibus horum librorum disposi-
tiones sunt natæ.

Sextum argumentum, in quo Wesenb. *in procem. pag.* 4. putat se obtinuisse, specio-
sum videtur; sed respondendum est à particulari ad vniuersale non concludi; concedi-
mus quidem Salicas leges † esse Francicas, Wes. *d. loco.* Borch *c. 2. num 23.* earumq; vnam 35
forte ex Francia in memoria allatam in Longobardiam, fuisse in matrimonio ad Mor-
ganaticum contracto obseruatam. Inde tamen non sequitur, ex vnius legis obseruatio-
ne aliunde allata velle de origine statuere, cum id forte assumpta & constituta iam du-
dum origine ex Romanis clientibus vel hominibus primum constituerunt, vt & alia
multa.

Septimum argumentū Dacii leue est, quia etsi feudorum non fit mentio in iure Ro-
mano, vtpote antiquiore; cum nec vasallus ante ius feudale de iure Romano ex com-
muni sententia fuerit. Iulius Clarus *quæst. 1. lib. 4. § feudum.* Aluarot. *in præludio feudali, q. 7*
tamen Longobardi originem conferendorum agrorum pro sui tantum regni commo-
ditate mutuarunt à Romanis. Nec propterea necessitas fuit imposita Romanis, sc. standi
mores Longobardorum & eorum barbara vocabula.

Vltimum argumentum habent ex *d. c. 1. lib. 1. §. & quia vidimus.* Nam antiquissimum
tempus ad originem feudorum referunt, id quod fieri non potest: cum ibi loquatur Ger-
hardus de eo, quod fuit obseruatum in feudorum concessione primo tempore, hoc est,
illo tempore, quo feuda primum ex moribus Longobardorum vsurpati & frequentari
cœperunt; non autem dicit Gerhardus, vnde feuda nata sint: Ergo dum id Gerhardus
relinquit, eo modo vt hactenus factū fuit, ex Dd. historicis in textibus feudalibus, id pro-
babiliter asserendum & inquirendum fuit. Et tantum de origine feudorum.

INuestigata nunc satis feudorum origine, proximum erit secundo loco, de auctoribus
& authoritate consuetudinum feudalium videre. Ad auctores quod attinet, sciendum
est, duorum præsertim in hisce libris fieri mentionem, puta Gerhardi Nigri, Gagapisti, 36
& Oberti de Orto, qui dicuntur duo sapientes. *c. vnic. si de feudo vasal. ab aliquo interpellat.*
fuerit. Hiq; duo interdum quoad hasce consuetudines dissenserunt, interdum consense-
runt, vt constat ex *tot. cap. vnic. de capitan. qui curiam vendidit.* Et dum consules fuerunt
Mediolanenses, pragmatici insignes, teste Othone Frisingensi, *lib. 2 de reb. gestis Friderici*
c. 13. Hotom. *in præfat. explicat. text. feudalis*, hasce consuetudines Mediolani tempore in
Metropoli, Longobardia & alibi varie & localiter obseruatas sine ordine collegerunt,
id quod colligitur satis ex *c. vnic. de alien. feudal. & c. vnic. de feudal. cognition. in princ.* Bald.
in præludio feudali, nu. 3. Zasius *in procem. feudal. nu. 1.* Wesenb. *in procem. feudali* Hoc co-
gnito quæritur, quorumnam horum librorum auctores sint? Et hic sciendum, totum
ius feudale † commode distingui posse in quinq; libros secundum Cuiacium, quem Pa- 37
cius & Borch. sequitur. *cap. 2. num. 21. cum seq.*

Primus liber est vsque ad *c. vnic. de feud. cognit.* & communiter apud omnes ibi definit. Secundus liber est à titulo, *de feud. cognitione*, *vsque ad titul. in quibus causis feuda amittuntur.* Tertius liber est à titulo, *in quib. caus. feud. amittuntur*, vsque ad titul. *si de feud. vasall. ab aliquo interpellat. fuerit.* Quartus liber est à titulo *si de feud. vasall. ab aliquo interpellat. fuerit*, vsque ad finem *textus feudalium.* Quintus liber constitutiones Imperatori. Conradi Lotharii & Friderici *libr. 4.* mixtas, & in calce quorundam exemplatium re-
38 petitas, capit; & huius quinti libri author † est Hugolinus antiquus glossator & professor Bononiensis. qui res interseruit ex mandato Imperatorum, vt placet Odofredo & Bald. quos sequitur Cuiacius *in procemio feudalium.* De autoribus priorum quatuor librorum magis controuertitur, Iason. *in præludio feud.* qui secundum vulgaram distributionem indicat, existimans totius iuris feudalis præter constitutiones autorem esse Obertum de Orto; cum in titulo *de feudi cognitione*, *in princ.* Obertus de Orto filio suo Ansh. Imo salutem dicens, librum secundum trausmittat à se compositum; & in *capit. vnic. qua fuit prima causa beneficii amittendi. §. porro.* habet hæc verba: *Sicut in alio libello tibi scripsisse hoc credo.* Quibus verbis putat Iason Obertum de Orto ad primum librum feudorum respicere; & per consequens Obertum de Orto libri primi & secundi esse autorem, hoc est, totius iuris feudalis. Et quamuis, inquit Iason, Obertus de Orto nomen suum præponat, tamen inde non sequitur, eum librum Oberti non esse, propter id, quod *in d. loco* repudiator fuerit iactantiæ & ambitus, hoc est, non adeo fuerit gloriosus & sollicitus de nomine suo præponendo; id quod tamen ab aliis omnibus diligentius obseruari solet. Iasonis senteuriam Wesenbecius in *proœmio tractat. feudal.* sequitur, & Æquinecius Baro *in titul. e. in princip.* Iacob. Cuiacius *in prolegomen.* quem sequitur
39 Borchold. *cap 2 num.* 28. affirmat primi libri † authorem esse Gerhardum Nigrum, ex eo, quod *in cap. vnic. §. fin. de success. feud.* disponitur, vt si in inuestitura talis fuerit facta conuentio, vt masculi & fœminæ in feudo succederent, masculi præferantur fœminis; quæ sententia Gerhardo Nigro tribuitur, *in cap. vnico. §. similiter, de Capitan. qui curiam vendidit.* Secundo, lex commissoria *in cap. vnic. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* id quod similiter asscribitur Gerhardo Nigro *in dict. cap. vnic. § penult. de Capitan. qui curiam vendidit.* Vnde probabiliter relinquitur, Gerhardum libri primi esse autho-
40 rem & collectorem. Deinde dicit Cuiacius libri secundi & tertii † authorem esse Obertum de Orto, quia vtrobiq; nomen Oberti est adiectum, cum salutatione ad filium Anshelmum. Deinde duos libros Obertum scripsisse ipse fatetur *in cap. vnic. §. porro, qua fuit*
41 *prior causa benefic. amittend.* Deniq; asserit Cuiacius, quarti libri † incertos esse authores, quod vel inde patet, dum *in c. 1. si de feudo vasall. ab aliquo interpell. fuerit*, hi duo consules duo sapientes vocentur; nec est verisimile eos ipsos tam arrogantes fuisse, seq; sapientes appellitasse.

42 Ex quo nunc probabiliter sequitur, Gerhardum Nigrum & Obertum de Orto † trium priorum librorum esse compilatores; quæ sententia cum verisimilis fit, nec à nobis erit reiicienda; quam etiam Zasius sequi videtur *in proœm. feudor. num.* 1. non obstante sententia Iasonis & aliorum, qui duorum librorum distinctionem vulgarem simpliciter retinent, & tam primi libri quam secundi, Obertum de Orto authorem esse affirmant; quod est per dictas rationes ex collatione textuum lib 2. & 4. deinde etiam contra *dict. cap 1. si de feudo vasall.* vbi dici non potest, Obertum seipsum sapientem nominasse. Deinde non adeo videtur nobis aduersari sententia Duareni, *cap 1. num. 4. tractat. feud.* & Hottomanni *in præfatione super explicationem textuum feudalium.* & in ipsis

in ipsa textus explicatione; vbi nolunt hosce libros esse à variis, & quidem forte Studiosis & aliis, puta Gerhardo & Oberto in foro Mediolanensi versantibus tumultuarie consarcinatos & compilatos; ita vt varius dici possit hic liber, quædam vartago & rapsodia. Hæc inquam, sententia non adeo obstat; cum ad eorum argumenta responderi possit.

Pimum argumentum est, quod Oberti de Orto nomen præponatur in duobus capitulis *lib.* 2. & 3. & Gerhardi nomen in primo libro omittatur; quod sane argumento est, aliqua ex Gerhardo, vt ex libro 4 constat, aliqua ex Oberto, aliqua ex aliis etiam in libris 1. 2. 3. esse desumpta atq; ita suffarcinata: quemadmodum videmus in ff etiamsi ibi sint variorum autorum responsa tamen inde non sequitur, illos ICtos pandectarum esse cōpilatores. Resp. Quod omissioni nominis authoris Gerhardi in lib. 1 factæ, forte ex incuria deest, illud aliarum firmiorum rationum demonstratio & repræsentatio suppeditat, vt supra visum; id ita de Vlpiano & aliis Iurisconsultis probari minime potest.

Secundum argumentum est ex odiosa & crebra repetitione verborum & rubricarum, tam primi, quam reliquorum; id quod tamen *tit.* 5. & *tit.* 17. *lib* 1. indicant, qui sunt hoc modo concepti: *quibus modis feudum amittatur.* Etsi Gerhardus eius libri esset author, non sui adeo immemor & ignarus repetitionis odiosæ post paucas lineas fuisset. Deinde nec Obertus adeo sui fuisset oblitus, vt sæpius in discursu libri 2. & 3. eadem & in verbis, sententiis & rubricis repetat. Vnde verisimiliter affirmatur, nec Gerhardum primi libri, nec Obertum secundi & tertii esse authores. Resp. Verum est, sæpe tautologias in verbis & titulis committi, quod inde factum est, quod prout acciderunt super hisce consuetudinibus quæstiones, eas viri consulares annotarunt, & sine ordine congestas studio forte in publicum prodire noluerunt; præsertim cum & hæ consuetudines non eodem modo, sed varie fuerint obscuratæ; vt Obertus ipse testatur, *in d. c. vnic. in princ. de feud. cognit.*

Tertium argumentum contra Gerhardum authorem libri 1. est tale: Gerhardus irrationabilitatis accusat Mediolanenses, *lib.* 1. *cap.* 13. id quod fieri facile non solet; inde
non est verisimile, Gerhardum esse libri 1. authorem. Resp. Æquus & iustus animus † ne 43
minem timet. Deinde accusat forte mores Mediolanensium superiores: quamuis etiam concessum sit personæ in tanta consulari dignitate constitutæ præsentes mores irrationabiles leuiter accusare.

Quartum argumentum est ex collatione *cap.* 1. *lib.* 1. *in princ.* & *cap. Episcopum vel*
Abbatem. In *dict. cap.* 1. *lib.* 1. *in princ.* affirmatur, Clericos feudum † dare posse; sed nega- 44
tur *in dict. cap. Episcopum.* Ergo cum vtrumq; caput sit in primo libro, nec verisimile sit, vnum authorem sibi in locis admodum vicinis esse contrarium; sequitur Gerhardum libri primi non esse authorem. Respon. Gloss. pro conciliatione horum textuum, *dict. cap.* 1. *lib.* 1. loqui in eo casu, quoniam antiquitus consuetudo fuit, vt ecclesiasticæ personæ in feudum quid dare possint: secus autem esse, si consuetudinem dandi non habuerint: secundum *d. c. Episcopum.* Et hanc glossæ solutionem sequitur Wesenb. *in tractat.*
feudalium, mihi pag 137. Quamuis D. Borchold. *c.* 5. *feud. num.* 10. dicat, *d. c Episcopum,* † ac- 45
cipiendum esse de titulis, hoc est, rebus, quæ solebant Episcopis & Abbatibus assignari & ascribi, cum ordinarentur, vnde se alerent; quæ in feudum dari non poterant, ex de-
creto Vrbani Papæ, idq; *in d. c. Episcopum,* satis innuitur. Dictum autem *c.* 1. loqui † de ve- 46
ris feudis, non de titulis.

Quintum argumentum est tale: Frater fratri † in nouo feudo non succedit, quam- 47

uis communiter, hoc eſt, coniunctim acceperint. *c. vnic* § *cum autem Cunradus. in fin. qui*
feud. dare & accipere poſſunt. id autem conceditur *lib. 1. tit.* 20. Ergo primi libri vnus idem-
que author non eſt. Reſpon. Certum eſt, ex multis iuris feudalis textibus fratrem in no-
uo feudo fratri non ſuccedere; quamuis communiter fuerint inueſtiti. Et ſic. *c.* 7. §. *cum*
autem Cunradus, lib. 1. procedit. Ad *cap.* 20. *lib.* 1. quod attinet, certum eſt, ibi quatuor re-
48 cenſeri caſus † ſpeciales, quibus frater fratri in feudo ſuccedit. Primus eſt: ſi pacto id fue-
rit ordinatum, vt frater fratri ſuccedat. Pactum enim illud valet, vt & pactum de ſucceſ-
ſione cognatorum, fœminarum. Secundus: Si beneficium de communibus bonis fue-
rit emptum. Tertius: ſi ſimul ſteterint, hoc eſt, in vna domo habitauerint, vt Cuiacius
ibidem explicat. Quartus, ſi id in militia ſimul acquiſiuerint. Alia ſolutio oritur ex *cap.*
12. *lib.* 2. vt ſcilic. fructus tantum ſint communes, ſi ſimul habitent, vel ſi ſimul armis & e-
quis militent.

49 Sextum argumentum eſt tale. Mutus ſi loqui non poteſt, nec † retinere feudum po-
terit: feudumque ad dominum reuertitur, idque dicit Gerhardus. *lib. 1. tit.* 6 §. *Vlt* Sed in
tit. *an mutus vel alias imperfectus. lib.* 4 dicitur, mutum, etſi ſic natus fuerit, feudum tamen
retinere poſſe, eaq; ſententia *in d. c. an mutus*, aſſeribitur Gerhardo & Oberto. Ergo dum
non eſt veriſimile, contrarium ſibi eum eſſe in primo libro ex aliorum teſtimonio; ſe-
50 quitur, eum libri primi non eſſe authorem. Reſpon *d. c.* 6 § *Vlt. lib.* 1. loquitur † de nouo
feudo, in quo ex accidente ſuperuenit ille caſus, loquelæ ſcil. priuatio, tum retinere feu-
dum nouum non poteſt, quia ceſſat ratio feudi. Non enim poſſunt à vaſallo præſtari ſer-
uitia, nec poteſt is ſtare cum honore in curte domini, & ibi pro domino loqui: Si tamen
dominus voluerit, poterit iis perſonis imperfectis & vitio laborantibus feudum relin-
quere; & tum ſibi hoc imputet dominus, qui nouit perſonæ defectum, puta concitatam
51 amentiam, & tamen contulit: tum enim volenti † non fit iniuria, *c. ſcienti, de reg. iur. in*
52 *6.* cum quilibet ſuarum rerum ſit † liber moderator, *l. in re mandata, C. mand.* Dictum
53 autem cap. *an mutus* loquitur † de feudo paterno, in quo, ſi caſus furoris ex accidente
ſuperuenit, feudum nihilominus retinetur. Schuiph *conſil* 91. *centur.* 1. Bald. *in d. c. an*
54 *mutus*, vbi affirmat idem in regalibus feudis procedere, quoniam primogenitus † ex ac-
cidente fit furioſus, cui curator adiungi ſolet: ſi vero tales naſcuntur, in feudo paterno
non ſuccedunt; ſed tantum illis relinquitur, vnde ſe alere poſſint. *dict. c. epiſcopum*. §. *Vlt.*
atq; ita ſentit gloſſ. *in d. c. an mutus*. cuius ſententiam etiam amplectitur D. Borcholt. *c.* 7.
feud part. 2. *num.* 64.

55 Septimum argumentum tale eſt: In *tit.* 8. *lib.* 1. *in princ* dicitur, filias non † ſuccedere in
feudo; cum tamen dicatur contrarium in *tit.* 14 *lib.* 1 *in fin.* §. *Vlt* Ergo non eſt veriſimile,
56 vnum eſſe primi libri authorem. Reſp. in *d. tit.* 8. agitur † de filiabus, quæ regulariter non
57 ſuccedunt in feudis, quia militaria ſeruitia † non poſſunt præſtare: ſed in *tit.* 14. *lib.* 1. dici-
58 tur † pacto effici poſſe, vt filia ſuccedat: & hoc pactum admittitur, ſicut pactum illud, vt
frater fratri in nouo feudo ſuccedat, vt iam dictum eſt.

Octauum argumentum eſt tale. In *tit.* 5. *lib.* 1. §. 1. dicitur, quod ſi dominus in bello
campeſtri deſeratur, vaſallus feudo cadat; ſed in *tit.* 17. *in princ. lib.* 1. dicitur: ſi vaſallus
dominum in bello dimiſerit, tum feudo cadit: Ergo dum in vno loco bellum campe-
ſtre, in altero loco bellum militare amiſſionem feudi ſuadet, non vnus author libri 1. e-
rit. Reſpon. Hinc non facile diuerſus author arguitur, cum facile ex vno loco ſuppleri
poſſit, id quod in altero deſideratur; ſecundū *l. non eſſe nouum. ff. de legibus*. Ergo quod iiſ-
dem

dem verbis in vno loco de campestri bello, in altero loco de militari bello proponitur,
de campestri bello vtrinq. intelli g' potest.

Nonum argumentum tale est. In *tit. 18. §. si aliquis, de capitaneis*, lib. 1. dicitur † si ali- 59
quis beneficium vel totum, vel partem alienauerit, feudo cadit: in *tit. 55. lib. 2. & in tit. 5.*
in princ. lib. 1. dicitur licitam † esse partis alienationem: Ergo non est vnus idemq. autor 60
libri primi, propter talem textuum pugnam. Respo. glossa *in d. c. 18 § si aliquis*, existimat, 61
quod *d.* §. agat de alienatione licita, quæ fiat cum consensu domini; cum ibi de causis a-
mittendi feudum non agatur. Dicitur tamen, quod respectu hæredis defuncti ad domi-
num reuertatur, vt in feudis obtinet omnibus, defunctis scil. masculis omnibus. In *tit.*
13. lib. 1. agitur † de alienatione partis feudi, quæ fuit licita non vltra partem, quod ta- 62
men mutatum est constitutione Friderici *tit. 55. lib.* 2. In *tit. 5. lib.* 1. agitur † de illicita alie- 63
natione vltra medietatem: id quod textus ipse indicat.

Decimum argumentum ex collat. *cap 15. lib 1. §. an maritus † succedat in princ.* & ex *cap.* 64
vnic. de feudo fœmineo lib. 2. tit. 30. in d. cap. 15. dicitur, quod in feudo fœmineo filius succe-
dat potius ex æquitate, quam ex consuetudine feudi fœminei communi, non autem fi-
lia. Et *in d. cap. vnic de feudo fœmin.* dicitur, quod simpliciter † ex consuetudine feudum 65
fœmineum in filios transeat, & his deficientibus ad filias: vbi tamen id Gerhardo asseri-
bitur. Ergo libri primi author non est. Respon. Verum est, illa capitula prima fronte dis-
sidere, sed respondendum est ex *d. cap. 1. de feud. fœm.* addendum esse ad *d. c. 15. lib* 1. id quod
deest, nimirum non tantum masculos succedere in feudo fœmineo ex communi feudi
consuetudine, sed potius etiam fœminas, quia originem per fœminam, & durat semper:
vnde & fœmineum seu maternum dicitur. Et huius rei est expressus textus *in cap. vnic. de*
natura successionis feudi, in princ. vbi dicitur, quod filio succedat, si feudum est fœmineum,
vel si pacto id ita sit effectum. Deinde est hic communis intellectus: vt Zasius loquitur
per *tit. 8. num. 39.* & Iulius Clarus *in § feudum, lib. 4 sent. quæst. 73. num. 5.* Borchol. *c. 7. part.*
2. num. 69.

Vndecimum argumentum est tale. Probatum fuit ante 4. capitulorum iuris feudalis
Gerhardum esse primi libri authorem; idque ex sententia Cuiacii, quam leuem conie-
cturam esse putat Hottom. nec adeo firmiter probare illam sententiam. Resp. Verum est,
non firmiter probat, sed verisimiliter. & talia sunt ea fundamenta duo, quæ per omnia
conueniunt. Dum igitur in 1. libro Gerhard. eius est sententiæ, idq; eidem asscribatur, in
4. libro adhuc manet verum, eum primi libri authorem esse.

Duodecimum & vltimum argumentum vult, nec Obertum de Orto, *lib. 2 & 3.* esse au-
thorem, sed eos libros etiam esse variorum; idque probatur ex collatione duorum ca-
pitulorum, & quidem, *cap. 27, de eo qui sibi vel hæredibus, lib. 2.* & *cap. vnic. § similiter. de ca-*
pitaneo, qui cur. vendidit, lib 2 quæ sibi admodum videntur aduersari. Et *d c. vn de capitan.*
tribuitur ea sententia Oberto, quam *lib. 2. in d c. 12* ipse negat. Resp. Diuersitas est in ca-
sibus magna. In *d c. 17. lib.* 2 aliquis accepit inuestituram feudi sub hoc pacto, vt mascu-
li in eo succedant, ac deinde his deficientibus fœminæ & respondit Obertus sæpius hac
de re quæsitum fuisse in foro Mediolanensi, & affirmat non patere locum fœminæ, in
hoc casu ex vi & materia illius conuentionis, quæ dat † legem contractibus *l. contractus.* 66
ff. de reg. iuris donec masculus superest ex eo, qui primus de eo feudo fuit inuestitus Nam
masculis demum deficientibus locus erat fœminæ, & ita etiam sentit Sonsbec *part. 9.*
num. 141. vbi addit, illud capitulum continere singularem commentionem; quem sequi-
tur Borchold. *cap. 7. part. 2. num. 751. d. cap. vnic. §. similiter. de capitan. qui curtam vendidit,*

 conti-

continet alium casum, qui non habet talem conuentionem, sed dicit, si quis inuestitus fuerit de feudo, ita vt etiam ad fœminas transiret, & is duas filias reliquerit, earumq; vna filium, altera filiam habeat, ad filium tantum pertinebit feudum, non ad filiam, secundum Gerhardi sententiam, qui obtinuit: & illa sententia Gerhardi extat *in d. c. episcopum, vel abbatem. § quin imo. lib.* 1. vbi dicit, quod si defunctus masculum retinuerit, eo casu vlterius fœminæ non admittantur, quæ sententia expressis textibus feudalibus nititur, quamuis æquius videatur Doctoribus, vt & fœminæ admittantur, Sonsb *part. 9. nu.* 131. Myns. *centur. 4. obseru. 74. num.* 8. Wesenb. *in tract. feud cap. 6. num* 23. Hartm. Pistor. *quæst. 36. part. 6.* Duo ergo capitula hæc non pugnant monstrata casuum diuersitate, qui ex diuersa coniunctione pendēt, ex superioribus fundamentis, iisq; obstantibus argumentis refutatis, nunc verisimiliter relinquitur, Gerhardum primi libri, Obertum de Orto secundi esse authores.

Nunc secundo loco do authoritate iuris feudalis videbimus. Ad autoritatum harum consuetudinum feudalium quod attinet, dubitari posset, an in foro ad decisionem earum pro legibus allegari possint? Et quidem prima ratio dubitandi summa hæc est, quod vt supra est dictum, hæ consuetudines à priuatis hominibus, & quidem duobus Consulibus Gerhardo & Oberto magna ex parte compositæ, conscriptæ & compilatæ:
67 cum tamen certum sit, neminem habere authoritatem † condendi vel mutandi leges, nisi solum Principem, *l* 1 *& leg vltim. C de legib.* quia vnum est ex regalibus seu reseruatis Principum, *l*, 2. *§. penult ff. de origine iuris.* referente Curtio, *part.* 1 *feud. quæst.* 1. *numer.* 5. Wesenb. *in procem feud pag.* 7.

II. Ratio dubitandi hæc est, quod consuetudinis vsusq; longæui non vilis sit authoritas, nec tamen vsq; adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem, vt Constantinus Imperator affirmat, *in l.* 2. *C quæ sit longa consuetudo.* Iam autē certum est, instituta feudalia esse consuetudines moribus obseruatas in regno Longobardico, & ab aliis vicinis assumptas & frequentatas, id quod etiā titulus feudaliū indicat, qui talis est: *Incipiunt consuetudines feudales* Dum igitur tacitus consensus Longobardorum hæc instituta approbauit, leges non sunt, sed consuetudines manent vsu receptæ, quæ tamen pro
68 † legibus & iure obseruantur. *§. ex non scripto. Instit. de iur nat gent. & ciuil. l de quib.* 32. *§. fi. ff. de legibus.* Non obstante eo, quod hæ consuetudines in scripturam sunt redactæ, quia hoc ob perpetuam rei memoriam, & durabilitatem est factum: non quod sit necessarium, vel de substantia consuetudinis, secundum Iurisconsultum Paulum *in leg imo magna. ff. de legibus.* Manent igitur consuetudines, vt dictum est inspecto earum initio, quæ tacito consensu sunt approbatæ à Longobardis. Et hæc sententia communi obseruantia Iurisperitorum approbata, secundum Iulium Clarum *in §. feudum, quæst.* 2. Idemque sentit Sonsbeecius *part.* 1. *numer.* 3. *& part* 9. *numer.* 24 *cum sequentibus.* Non obstante etiam eo, quod Imperatores videantur eas leges fecisse, cum formam huic iuri suis constitutionibus adiecerint, quia id formam non ingreditur, sed saltem quandam correctio
69 nem respicit, cum consensus † tacitus potius consuetudinis sit forma, vt paulo ante etiam dictum.

III. Ratio dubitandi est ex *cap. vnic § filij. si de feudo defunct. contentio*, vbi dicitur: Si pactum est in matrimonio, ne filii ex eo succedant pactum illud esse seruandum, filiosque non succedere ratione eius commentionis (nam negatiuam ibi postulat ipse textus, quod etiam Baro ibi annotat. Et D. Borchold. sequitur. *cap. 7. part. 2. num.* 5. 6.) dicitur ibidem vsu seruari talem commentionem, quamuis sit contra rationem. Cum autem

certum

certum sit, consuetudinem esse rationabilem *l. quod non ratione. ff. de legib. c. cum tanto n. extra de consuetud.* sequitur, hasce consuetudines vere consuetudines dici non posse, nec iure ciuili præiudicare.

IV. Dubitandi ratio est, quia potius hæ consuetudines sunt locales, non vniuersales, *capit. vnic. § fin. de his qui feuda dare possunt, c. vnic. §. non est consuetud. de alienat. feudi paterni.* Bald. *in proœm. n.* 4. Ergo vniuersos ligare non possunt, & per consequens non habent authoritatem, in decisionibus & consultationibus causarum.

1 V. Dubitandi ratio est hæc, quod ex cursu temporis, quantumcunq; longissimi nunquam præsumatur interuenisse potestas seu mandatum, vt pro lege hæ consuetudines obseruentur, *l. fin. ff. de vsu cap. pro em ptore.* Curtius *part. 1. num. 4. quæst. 1.* His dubitandi causis non obstantibus asserimus, hæc instituta † feudalia esse authentica, & ad causarum decisiones optime allegari & citari posse, cum authoritatem habeant legalem & iudicialem ex communi opinione, vt Zasius loquitur, *in proœm. epitom. n. 3.* & ab omnib. obseruetur. Curtius *part. 1. feud num. 5. quæst. 1.* Idem testatur Iulius Clar. *in dict. §. feudorum, quæstion. 3. numer 1.* & Iacob. de Ardizone *capit. 2. tractat feudal.* Et Iason dicit ex communi sententia allegabiles hasce consuetudines, id quod etiam sentit Duaren. *capitul. 1. tractat feudal* vbi affirmat, eas seruari non tantum Mediolani, sed in toto Romano Imperio cum omnium consensu: cui & Wesenbec. *in proœm. tractat. feudalium* adstipulatur, quoniam dicit, iure gentium inualuisse hasce consuetudines, & ab omnibus esse approbatas. Et Sonsbeccius *part. 1 numer. 22.* Hæc cum communis sit opinio, prædictæ rationes non obtinent. Et prima ideo vacillat, quia licet à priuatis, puta, Consulibus, vel Doctoribus velut interpretibus hæ consuetudines sint collectæ: & Doctorum dicta non † necessitent, ad decisiones causarum, sed aliquam tantum probationem faciant, quatenus bona ratione mouentur, gloss. notab. *in leg. 1. Cod. de legibus.* Schneidevv. *in præludio numer. 7.* Tamen approbationem à Principibus, qui soli habent † potestatem legis condendæ, progressu temporis acceperunt. Nec quicquam refert, vtrum statim in continenti, an vero post aliquod tempus robur legum illis sit tributum, quod perinde est, atque si iussu expresso imperatorio ab initio essent collecta, quod in collectura nostri iuris ciuilis factum esse constitutio. *omnibus ff. præfixa*, respondit. Sufficit autem ad authoritatem harum consuetudinum eas tacito Imperatoris consensu, patientia & permissione esse confirmatas; cum tacitus † consensus legem imitetur, *dict. §. ex non scripto dict. l. de quibus.* Id quod etiam factum, quoniam Imperatores passi sunt eas Bononiæ & aliis in Scholis publice proponi & explicari, cum quod publice † fit, eius causam nemo ignorare debet, *l sed etsi pupillus. 11. §. proscribere. ff de institor act.* Duaren. *capitulo primo feudal.* Et Imperator notitiam habens alicuius rei non improbando tacite videtur id approbare, gloss. *in leg. quo enim. & ibi Doctores, ff. rem ratam haberi.* Quamuis alii secuti sententiam Odofredi, *in auth. Cassa. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Velint Fridericum Tertium Imperatorem misisse hasce consuetudines & decisiones consuetudinarias, ad ciuitates Ticinensem & Bononiensem, ad Collegiorum earundem ciuitatum petitionem, iisque robur legis addidisse, quod sequitur Curt. *in tract. feud part 1 quæst 1 nu. 6.* Et Sonsb *part. 1. n. 24.* Schneidevv. *in præludio, nu. 3* refert, iussu imperatoris Friderici per Dd. Bononienses in ordinem iustum aliquorum titulorum redactum esse librum. Aluarot. *in præludio*: de quo tamen non satis dicit Duar. *d. c. 1 num 5* idq; potius ridiculum & placitum confectum esse secundum Carolum Molinæum *in consu. Parisianis, in princ.* Deinde, quod hæ consuetudines

The right margin numbers (70–74) appear beside lines: 70 beside "di causis non obstantibus...", 71 beside "ctæ: & Doctorum...", 72 beside "habent † potestatem...", 73 beside "Imperatoris consensu...", 74 beside "cari, cum quod publice...".

75 nes † habeant vim legũ, inde colligitur, quod Imp. e atores Conradus Lotharius & Fridericus quædã, præsertim de alienatione feudi, in hisce consuetudinib. mutarint & correxerint, ac interdum quædam adiecerint, vt constat ex *tit. de capitulis Conradi.* item *de prohibitione alienationis per Lotharium.* item *de prohib. it. feudi alienat. per Fridericum*, quod satis argumento est magno, de harum consuetudinum firmitate amplius non esse dubitandum. Sonsbeccius *d. part. 1. n. 22.* Denique hinc harum consuetudinum corroboratio
76 † pendet, quod pontificum seniorum epistolæ decretales sequantur æquitatem institutorum feudalium. *c. cæterum. extra de iudic. c. Verum, & c. extra transmissa, extra de foro competenti.* Sonsbec *part. 12 num. 86.* Curtius *d. part 1. quæst. 1 num. 6.* Ex quibus satis nunc constat, hasce consuetudines vim legis habere, non minus, quam leges & constitutiones imperiales, eo non obstante, quod à priuatis hominibus sint collectæ.

II. Dubitandi ratio ex *d. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo*, similiter non obtinet, quia variè à Dd. conciliatur, cum *d. l. de quibus ff. de legibus* & cum *cap. Vnic. de feud. cognit.* vbi dicitur iisdem pene verbis contrarium, scil. legum Romanorum non esse vilem autoritatem; sed non adeo tamen eas vim suam extendere, vt vsum vincant, aut mores, hoc est, vt vincant Longobardorum hasce consuetudines. Accursius putat *in d. l. 2.* consuetudinem fuisse irrationabilem, vnde legem non vincat. In *d. l. de quibus.* rationabilem fuisse consuetudinem; & ideirco legem vincere, id quod etiam de *d. cap. Vnico* dicere possumus. Cuiacius *in tract. feudi mihi pag. 173.* dicit inspiciendum esse, an consuetudo sit firmata, & an iudicio conualuerit, & *d. l. de quibus.* loqui de consuetudine confirmata actibus ad minimum duobus, *l. 1. C. quæ sit longa consuetudo:* & etiam *d. c. Vnico.* Dictam vero legem 2. loqui de consuetudine nondum firmata. Duar. *lib. 2. anniuersf. disp. cap. 31.* putat *d. l. 2.* ita esse intelligendam, vt consuetudo non vincat quidem legem, hoc est, præstantior habeatur, vel potior, sed eandem vim obtineat. Tandem Bart. *in d. l. de quibus.* affirmat, *d. l. 2.* loqui de speciali consuetudine alicuius loci; ex quo fuit Imperator Constantinus consultus à
77 Proculo quodam, & rescripsisse Imperatorem eam specialem consuetudinem † non vincere legem generalem; vbiq; dictam vero *l. de quibus* loqui de generali consuetudine, quæ vincit legem, id quod etiam *d. c. Vnicum*, satis ostendit.

III. Ratio dubitandi est ex *d. c. Vnic. §. filii. s. de feudo defuncti.* Et largimur quidem ibi irrationabile quid statui, cum rationabilis liberis adiiciat parentum hæreditatem, quemadmodum ICtus Paulus eleganter loquitur, *in l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bonis damnat.* Ex quo etiam facta est elegans & in praxi occurrens decisio, statuto vel pacto legitimam
78 liberorum † tolli non posse, per *l. iura sanguinis ff. de reg. iuris.* & ibi Decius, & Wesenbec. *toto consilio 24.* eaque sententia in Camera est recepta. Mynsi. *cent. 5. obs. 43* Gayl. *lib. 2. obs.*
79 *122 num. 11. & 12.* Minui quidem † potest legitima, id quod iuris ciuilis proprium est. *l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. §. Vltim. Instit. de legit. agnat. tutel. in fin. in verb. non Vtique*, hoc est, vt Theophilus vertit, *non omnino*, contra hoc, inquam, dispositum esse, *in d. c. Vnico.* vt ipse textus indicat. Inde tamen non sequitur, totum ius feudale esse irrationabile, cum sæpe æquum sit, pro sua tamen natura & proprietate. Et Aristoteles *in l. 1. Ethicorum cap. 3.* dicat, vnam hirundinem non facere ver.

IV. Dubitandi ratio est, quod hæ consuetudines potius sunt locales, idq; eatenus est concedendum, fuisse nimirum hasce consuetudines locales sub initio per aliquod tempus: deinde accedente Imperatoris approbatione, factas esse communes, id quod nunc etiam communis Dd. assertio & res ipsa docet, secundum Sonsbeccium, *part. 1. numer. 25.*

V. Dubi-

V. Dubitandi ratio est, quod diuturnitas temporis non inducat † mandatum vel 80
iussum Sed facile est respondere diuturnitatem temporis potius hoc ius confirmasse,
conseruasse & priuilegiatum illud effecisse, secundum l. hoc iure. 3. §. aquaductus. ff. de aqua
quotidian. & æstiu. Iulius Clarus in § feudum, quæst. 1 num. 1. in fin. & tolerabile esse, quod
vetus consuetudo comprobat. l. Imperatores. 13. §. fin. ff. de pollicitat. & alias ad consuetudi-
nem introducendam necessario requiritur, vt sit diuturna, l. diuturna, 33 ff. de legibus; vt
sit longa ac inueterata, d. l. de quibus §. 1. & l. sed & ea. 35 ff. de legib. Vnde amplius de con-
suetudinum harum robore dubitandum non est, sed omnino putandum, hasce consue-
tudines comprehendere & ligare omnes populos, Imperio Romano subiectos, propter
consensum & auctoritatem Imper. expresse vel tacite datum, Schneidevv. in præludio nu.
5. Imo etiam tantum hæ consuetudines allegabiles sunt, vt etiam Ecclesias & personas
ecclesiasticas obligent, id quod satis constat ex c. vnico. § fin. de capitulis Conradi, & est
communi opinione id obtentum, secundum Zasium, part. 5. num. 71. & part. 5. numer. 65.
Sonsbec, parte 1. num. 26. Curt. part. 1. quæst 2. Iul. Clar. quæst. 3. num. 3 Schneidevv. in prælu-
dio num. 6. Borcholt. cap. 5. vers. 49. Quamuis in feudo ecclesiasticæ personæ non ita suc-
cedant, Zasius part. 5. num. 71. Sonsbeccius, part. 7. num. 2. eamq; sententiam Camera Im-
perialis sequendo approbauit, vt testatur Mynsi. cent. 5. obs. 48. n. vlt. vt infra dicetur. Dein-
de Ecclesias obligari hisce † consuetudinibus satis iuris Canonici loca ostendunt, puta 81
c, cæterum. extra de iudic. vbi Canonistæ & Panormitanus in cap ad aures. c. cum quibusdam
exemplis de pœnit. & Zasius in proœm feud. num. 3. affirmat vsus † feudorum legis vim ha- 82
bere non solum in foro seculari, verum etiam ecclesiastico. Cum autem hæ vim legis ha-
beant, videndum nunc erit, quo modo, quo ordine, quaq; via ad decisiones caussarum al-
legentur, quo auctoritas iuris feudalis magis elucescat. Et sciendum est in controuersiis
feudalibus primum recurrendum ad textus feudales expressos, qui quamuis iuri ciuili
sint contrarii, præualent tamen & præponderant, id quod testatur Obertus de Orto, in
d. cap. vnic. de feudi cognitione, his verbis: *Legum Romanarum non est vilis authoritas, sed non
adeo vim suam extendunt, vt vsum vincant aut mores.* Dum igitur ius ciuile mores, hoc
est, consuetudines feudales non vincit, sequitur, ius feudale in caussis feudalibus præua-
lere; & constat alias ex constitutione Iustiniani, in l. 1. § sed si quæ leges, C de vet. iur. enucl.
& ex d. l. de quibus in princ. ff. de legib. longam consuetudinem esse sequendam in iis, in qui-
bus scriptis legibus non vtimur; scriptas autem leges in caussa Feudali nullas alias habe-
mus nisi hasce consuetudines, cum iura ciuilia de feudis nihil habeant, vt supra dictum
fuit. Deinde si expressi textus non extant feudales, ex consequentiis textuum feudalium
ratiocinando, ad similia procedendo aliquid inueniendum est, & pro confirmatione
sententiæ adferendum, id quod dict. l. 1. § sed si quæ leges, & dict. l. de quibus, præscribunt: &
alias bona occasio est, addere interpretationem ad ea, quæ eadem facilitate etui pos-
sunt, & ad eundem finem atque vtilitatem tendunt, l. non possunt. 12. cum seq. ff. de legibus.
cum omnes casus † legibus includi non possint, l. neque. d. l non possunt ff. de legib. Iac. de 83
Ardizone cap. 1 feudal. 3. Si nec expressi textus feudales adsunt, nec quicquam in eiusmo-
di ratiocinatione inueniri potest. præceptum Oberti sequemur, in dict. cap. vnic. de feud.
cognit. Strenuum scilic. legisperitum † absque calumnia vti posse lege scripta, sicubi ca- 84
sus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, id quod etiam in d. l. 1. §. sed
si quæ leges, & in dict. l. de quibus, expresse affirmatur. Denique si nec illud est; argumen-
tatio vel ratiocinatio vndiquaq; collecta vel arrepta locum habet. Iacob. de Ardizone,
d. c. 1. Wesenb. in proœm hic. Extra materiā videlicet feudalem textus feudales allegari nō

75 nes † habeant vim legũ, inde colligitur, quod Imperatores Conradus Lotharius & Fridericus quædã, præsertim de alienatione feudi, in hasce consuetudinib. mutarint & correxerint, ac interdum quædam adiecerint, vt constat ex *tit de capitulis Conradi.* Item *de prohibitione alienationis per Lotharium.* item *de prohibit. feudi alienat. per Fridericum*, quod satis argumento est magno, de harum consuetudinum firmitate amplius non esse dubitandum. Sonsbeccius *d part 1.n 22.* Denique hinc harum consuetudinum corroboratio
76 † pendet, quod pontificum seniorum epistolæ decretales sequantur æquitatem institutorum feudalium. *c. cæterum. extra de iudic. c. Verum, & c. extra transmissa, extra de foro competenti.* Sonsbec. *part. 12 num. 86.* Curtius *d part 1. quæst. 1 num. 6.* Ex quibus satis nunc constat, hasce consuetudines vim legis habere, non minus, quam leges & constitutiones imperiales eo non obstante, quod à priuatis hominibus sint collectæ.

II. Dubitandi ratio ex *d. l. 2 C quæ sit longa consuetudo*, similiter non obtinet, quia variè à Dd. conciliatur, cum *d. l. de quibus ff de legibus.* & cum *cap. Vnic. de feud. cognit.* vbi dicitur iisdem pene verbis contrarium, scil. legum Romanorum non esse vilem autoritatem; sed non adeo tamen eas vim suam extendere, vt vsum vincant, aut mores, hoc est, vt vincant Longobardorum hasce consuetudines. Accursius putat *in d l. 2.* consuetudinem fuisse irrationabilem, vnde legem non vincat. In *d. l de quibus.* rationabilem fuisse consuetudinem; & ideireo legem vincere, id quod etiam de *d. cap. Vnico* dicere possumus. Cuiacius *in tract. feudi mihi pag 173* dicit inspiciendum esse, an consuetudo sit firmata, & an iudicio conualuerit, & *d l. de quibus.* loqui de consuetudine confirmata actibus ad minimum duobus, *l. 1. C. quæ sit longa consuetudo*: & etiam *d c. Vnico.* Dictam vero legem 2. loqui de consuetudine nondum firmata Duar *lib. 2. anniuers. disp cap. 32.* putat *d. l. 2.* ita esse intelligendam, vt consuetudo non vincat quidem legem, hoc est, præstantior habeatur, vel potior, sed eandem vim obtineat. Tandem Bart. *in d. l. de quibus.* affirmat, *d. l. 2.* loqui de speciali consuetudine alicuius loci; ex quo fuit Imperator Constantinus consultus à
77 Proculo quodam, & rescripsisse Imperatorem eam specialem consuetudinem † non vincere legem generalem; vbiq; dictam vero *l. de quibus* loqui de generali consuetudine, quę vincit legem, id quod etiam *d c. Vnicum*, satis ostendit.

III. Ratio dubitandi est ex *d. c. Vnic. §. filii. s. de feudo defuncti.* Et largimur quidem ibi irrationabile quid statui, cum rationabilis liberis adiiciat parentum hæreditatem, quemadmodum ICtus Paulus eleganter loquitur, *in l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bonis damnat.* Ex quo etiam facta est elegans & in praxi occurrens decisio, statuto vel pacto legitimam
78 liberorum † tolli non posse, per *l iura sanguinis ff. de reg. iuris.* & ibi Decius, & Wesenbec. *toto consilio 24.* eaque sententia in Camera est recepta Myns. *cent 5. obs. 43* Gayl. *lib. 2. obs.*
79 *122 num. 11. & 12.* Minui quidem † potest legitima, id quod iuris ciuilis proprium est. *l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. §. Vltim. Instit. de legit. agnat. tutel. in fin. in verb. non vtique*, hoc est, vt Theophilus vertit, *non omnino*, contra hoc, inquam, dispositum esse, *in d. c. Vnico.* vt ipse textus indicat. Inde tamen non sequitur, totum ius feudale esse irrationabile, cum sæpe æquum sit, pro sua tamen natura & proprietate. Et Aristoteles *in l. 1. Ethicorum cap 3.* dicat, vnam hirundinem non facere ver.

IV. Dubitandi ratio est, quod hæ consuetudines potius sunt locales, idq; eatenus est concedendum, fuisse nimirum hasce consuetudines locales sub initio per aliquod tempus: deinde accedente Imperatoris approbatione, factas esse communes, id quod nunc etiam communis Dd. assertio & res ipsa docet, secundum Sonsbeccium, *part. 1. numer. 25.*

V. Dubi-

V. Dubitandi ratio est, quod diuturnitas temporis non inducat † mandatum vel 80
iussum Sed facile est respondere diuturnitatem temporis potius hoc ius confirmasse,
conseruasse & priuilegiarum illud effecisse, secundum *l. hoc iure.3.§.aquæductus.ff.de aqua quotidian. & æstiu.* Iulius Clarus *in §.feudum,quæst.1 num.1.in fin.* & tolerabile esse, quod vetus consuetudo comprobat *l.Imperatores.13.§.fin.ff. de pollicitat.* & alias ad consuetudinem introducendam necessario requiritur, vt sit diuturna, *l. diuturna,33 ff. de legibus*; vt sit longa ac inueterata, *d.l. de quibus §.1.& l sed & ea.35 ff.de legib.* Vnde amplius de consuetudinum harum robore dubitandum non est, sed omnino putandum, hasce consuetudines comprehendere & ligare omnes populos, Imperio Romano subiectos, propter consensum & auctoritatem Imper. expresse vel tacite datum, Schneidevv. *in præludio nu.5.* Imo etiam tantum hæ consuetudines allegabiles sunt, vt etiam Ecclesias & personas ecclesiasticas obligent, id quod satis constat ex *c.vnico.§ fin. de capitibus Conradi*, & est communi opinione id obtentum, secundum Zasium, *part.5.num.71. & part.5.num.tr.65.* Sonsbec.*parte 1.num.26.* Curt.*part.1.quæst 2.* Iul. Clar.*quæst.3.num.3* Schneidevv. *in præludio num.6.* Borcholt.*cap.5.vers.49.* Quamuis in feudo ecclesiasticæ personæ non ita succedant, Zasius *part.5.num.71.* Sonsbeccius, *part.7.num.2.* eamq; sententiam Camera Imperialis sequendo approbauit, vt testatur Mynf.*cent.5.obs.48.n.solt.* vt infra dicetur. Deinde Ecclesias obligari hisce † consuetudinibus satis iuris Canonici loca ostendunt, puta 81
c.ceterum.extra de iudic. vbi Canonistæ & Panormitanus *in cap ad aures.c. cum quibusdam exemplis de pœnit.* & Zasius *in proœm feud.num.3.* affirmat vsus † feudorum legis vim ha- 82
bere non solum in foro seculari, verum etiam ecclesiastico. Cum autem hæ vim legis habeant, videndum nunc erit, quo modo, quo ordine, quaq; via ad decisiones causarum allegentur, quo auctoritas iuris feudalis magis elucescat. Et sciendum est in controuersiis feudalibus primum recurrendum ad textus feudales expressos, qui quamuis iuri ciuili sint contrarii, præualent tamen & præponderant, id quod testatur Obertus de Orto, *in d.cap.vnic. de feudi cognitione*, his verbis: *Legum Romanarum non est vilis authoritas, sed non adeo vim suam extendunt, vt vsum vincant aut mores.* Dum igitur ius ciuile mores, hoc est, consuetudines feudales non vincit, sequitur, ius feudale in causis feudalibus præualere; & constat alias ex constitutione Iustiniani, *in l.1.§ sed si qua leges, C de vet. iur. enucl.* & ex *d.l.de quibus in princ.ff.de legib.* longam consuetudinem esse sequendam in iis, in quibus scriptis legibus non vtimur; scriptas autem leges in causa feudali nullas alias habemus nisi hasce consuetudines, cum iura ciuilia de feudis nihil habeant, vt supra dictum fuit. Deinde si expressi textus non extant feudales, ex consequentiis textuum feudalium ratiocinando, ad similia procedendo aliquid inueniendum est, & pro confirmatione sententiæ adferendum, id quod *dict.l.1.§.sed si qua leges, & dict.l de quibus.* præscribunt: & alias bona occasio est, addere interpretationem ad ea, quæ eadem facilitate erui possunt, & ad eundem finem atque vtilitatem tendunt, *l.non possunt.12. cum seq. ff. de legibus.* cum omnes casus † legibus includi non possint, *l.neque.d.l non possunt ff. de legib.* Iac. de 83
Ardizone *cap.1 feudal.3.* Si nec expressi textus feudales adsunt, nec quicquam in eiusmodi ratiocinatione inueniri potest, præceptum Oberti sequemur, *in dict. cap. vnic. de feud. cognit.* Strenuum scilic. legisperitum † absque calumnia vti posse lege scripta, sicubi ca- 84
sus emerserit, qui consuetudine feudi non sit comprehensus, id quod etiam *in d.l.1.§.sed si qua leges, & in dict. l. de quibus*, expresse affirmatur. Denique si nec illud est, argumentatio vel ratiocinatio vndiquaq; collecta vel arrepta locum habet. Iacob. de Ardizone, *d.c.1.* Wesenb.*in proœm.hic.* Extra materiã videlicet feudalem textus feudales allegari nõ

debent nec possunt. Sæpe enim in textibus feudalibus contrarium occurrit, quod in ciuilibus textibus aliter sese habet, *d.c. vn. de feud. cognit.* Et hæc receptior & verior est opinio, Iulius Clarus *in §. feudum. quæst. 3. num. 2.* Curt. *part. 1. q. 3.* Et hoc procedit quoad contrarietas est in iure ciuili & feudali, quoad ipsas rerum dispositiones, alias si forte ratio naturalis alicuius rei reperiatur in textibus absq; omni iniuria, illa ratio ad alias causas etiam non feudales, trahi potest, puta, quomodo vasallus tenetur fidelis esse in dominũ, ideo quia accipit beneficium, quæ obligatio ad antidora iure naturali continetur. *l. sed etsi, 25. §. consulum, ff. de petit. hæredit.* Vnde ad multa alia extra materiam feudalem illa ratio confirmationis gratia adduci potest, secundum *d. l. non possunt, ff. de legib.* cuius rei exempla D. Borch. *in d. c. 2 nu. 32.* refert. Et tantum de compilatoribus, &c.

DEfinitione feudi explicata, deducimur ordine ad diuisiones feudorum, in quib. rectius versari possumus, cognitio iam summatim iure isto, quod inter vasallũ & dominum consistit. Hoc ius, dum non vno eodemq; modo obseruetur, sed vel sua natura variet, vel ex pacto alterationem accipiat, merito diuisiones præcipuæ præponẽdæ sunt, vt ita plenius illius iuris varietas, & propria eiusdem feudi effecta sciri possint. Variant
85 autem plurimum Doctores † in numero diuisionum: alii plures, alii pauciores constituunt. Bald. *in proœm feud. n. 28. cum seqq.* Petrus Rebuffus *in tractat arboris feudalis per tot.* Zasius *part. 2 num. 3.* Curt. *part. 1. quæst. 8.* Iulius Clarus *quæst. 7. § feudum.* Wesenbec. *cap. 5.*
86 Præcipuæ autem diuisiones † hæ sunt. 1. Feudum aliud est proprium, aliud improprium. 2. Feudum aliud est paternum, aliud antiquum, aliud nouum. 3. Feudum aliud est hæreditarium, aliud de pacto & prouidentia, aliud mixtum. 4 Feudum aliud est regale, aliud non regale 5. Feudum aliud est nobile, aliud ignobile. 6 Feudum aliud est ligium, aliud non ligium.

DE PRIMA DIVISIONE.

87 FEudum aliud est proprium † aliud improprium: Feudum proprium est, quod habet
88 propriam & † regularem feudi naturam & qualitatem, ex propria feudi natura & virtute existentem & innatam, Zasius *part. 1. epit feud. num. 6.* Wesenb. *d c 3* Curt *part. 1. q. 8. per tot.* Borch. *cap. 4. num. 25.* Et hoc satis exprimitur, *in c. vn de feud non hab prop feud naturam, & in cap. Vnic. fin de his, qui feudum dare possunt.* vbi dicitur, quod eiusmodi feuda,
89 proprie iure feudi censeantur, vnde & simplicia † pura, recta dicuntur. Zasius *d. part. 2. num. 7.* Tale feudum est masculinum, quod ad masculos transit in perpetuum *d. c. vnic §. fin. in quibus caus. feud. amitt.* Tale feudum est non Francum, hoc est, non liberum à seruitiorum præstatione, quod datur, vt fides præstetur, qua veniunt seruitia, & omnia, quæ in *cap. Vnico de forma fid. & in cap. vnic. de noua form. fidel* exprimuntur: Tale feudum est, quod ad descendentes transit, non ad ascendentes vel collaterales, *cap. Vnic. de natur. success. feudi.*

90 Feudum improprium seu degenerans † quod propriam & communem naturam feudi non habet, sed in iis, quæ feudis naturaliter insunt, & aute in definitione explicata reperitur mutatum & alteratum. *dict capit. Vnico, de feud non hab propr feud naturam.* Vel quod proprie iure feudi non censetur, *dict. capitul. vnic. § fin. de his, qui feudum dare possunt:* vel cui aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura adiicitur.

Tale

Tale feudum est fœmineum, vel fœmininum, quod per fœminam acquiritur. *cap. vnic. de feudis fœmina*, vel quod pacto pro fœminis accipitur, *capit. vnic. de eo qui sibi & hered.* & *vnic. de natura success. feudi.* Fœminæ enim seruitia militaria præstare non possunt †, ex 91
quo feudorum dandorum consuetudo primum nata & introducta est, vt supra hac 2. disputatione fuit dictum.

Deinde, quia vasallus debet † credentiam præstare domino, hoc est, non reuelare domini negotia, quæ scit, *capit. vnic. quibus modis feud. amitt.* Et alias ea omnia facere 92
tenetur, quæ præscribuntur *in dict. capit. vnic. de forma fidelit.* & *dict. capit. vnic. de noua forma fidelitatis.* Mulieres autem sunt † lubrici consilii, loquaces & mutabiles, vnde 93
etiam fœminæ in iure ciuili † ab omnibus officiis publicis & ciuilibus sunt remotæ. 94
l. fœminæ ff. de reg. iur. l. 4. § in eum. versic. postulare ff. de iudic. Et hæ duæ sunt causæ præcipuæ, quare † fœmineum feudum sit improprium, cum propria natura & definitio 95
feudi non admittat feudum fœminæ dari. Sibi autem imputet dominus, qui feudum confert inuestitura nota in talem personam, quæ est inhabilis ad seruitia præstanda, vt supra dictum.

Deinde feudum improprium est feudum francum, hoc est, liberum ab omnibus seruitiis ex conuentione, quæ dat legem contractui *l. contractus, ff. de reg. iur.* Potest enim dominus ad petitionem vasalli, vel ex propria voluntate seruitia remittere, & iuri pro se introducto ex propria feudi natura renunciare *l. penult. C. de pact.* id quod tum literis inuestituræ expresse est insinuandum, quæ est communis mens Dd. vt refert Iulius Clarus *in quæstione 12. § feudum.* Curtius *part. 1. quæst. 8.* Porro, feudum improprium est, quod à Dd. vocatur † conditionatum, Bald. *in proœmio feud. num. 38.* Iul. Clarus *quæst. 7. § feudum.* in quo seruitiorum est certa conditio, expressio, specificatio, qualificatio & determinatio, puta, vt vasallus in festiuis diebus vadat cum vxore sua ad ecclesiam, vel vt domino ad mensam certis diebus vel festis seruiat, *c. vnic. § vlt. quid sit inuestitura.* Et certum est posse dari feudum ad certum seruitium, *c. vnic. § vlt. de capitan. qui curiam vendidit. d. cap. vnic in fin. in quibus caus. feudum amitt.* 96

Hoc feudum sub illa specificatione datum improprium esse ex eo colligitur, quod in feudis ex natura propria omnia ea præstentur, *in dict. capit. vnic. de noua forma fidelit.* & contineantur vocabulo *fidei*. Nam hæc conuentio generalis & propria in feudi obligatione (vt sis mihi fidelis) nulla indiget adiectione vlteriori, dum continet integram & perfectam fidelitatem, vt loquitur Obertus, *in dict. cap. vnico, de noua forma fidelitat.* constat etiam id ex *d. cap. vnic. § fin. de capitan qui curiam vendidit*, vbi sic dicitur: *similiter potest feudum dari ad certum seruitium*, quasi dicat textus, potest feudi propria natura mutari, alterari & impropriari per pacta, in eo quod certa seruitia dominus specificet in inuestitura: & in hac sententia est quoque Curt *part. 1. quæst 8. num. 18.* quem sequitur Wesenb. *d. c 3. tract. feud.* de quo etiam videatur gloss. *in d. cap. vnic § fin. de capitan. qui curiam vendidit.*

Sed huic sententiæ, quod feudum conditionatum cum specificatione certorum seruitiorum datum, feudum sit non rectum seu improprium, obiicitur *dict. capit. vnic. § præterea, quid sit inuestitura*, vbi per particulam, VEL, disiunctiuam distinguitur feudum improprium, habens tenorem præter communem feudi rationem, à feudo conditionato; quod si verum est, sequitur feudum conditionatum propriam feudi naturam habere. Respondetur: Illud caput non obstat, quia, etiamsi illa particula

vet, adiiciatur: tamen non ingerit hunc sensum, feudum scilicet conditionatum improprium dici non posse. Nam sic textus inquit: *si aliquis tenor præter communem feudi rationem in inuestitura à domino dicatur*, puta quoniam feudum datur fœminæ, omni legitima probatione adempta, vasallus habeat potestatem defendendi se per sacramentum, hoc est, iuramentum litis decisorium; quam facultatem etiam habet tum vasallus, quando sub certa conditione seu specificatione seruitiorum feudum accepit: nec ibi agit de eo, an sit feudum illud proprium vel improprium, nec adeo disiunguntur, sed vt saltem demonstretur in iis duabus speciebus, sub genere vno, puta sub improprio feudo contentis vasallo singularem probationem incumbere. Magis igitur nostram sententiam eatenus concedit.

LII Opponitur *d. c. Vnic. § fin. in quib. causis feud. amitt.* Vbi Obertus in definitione sua dicit, in feudo seruitia vel nominatim præstari, vel indefinite & indeterminate. Ergo dum hoc Obertus affirmat in definitione, merito proprium est feudum id, quoniam nominatim ita conuenit, & in determinatione seruitium promittitur.

Respon. Hoc caput mouet Wesenb. *c. 3. feud.* secutus Curtium *part. 1. q* 8. *n.* 28. vt dicat rectum seu proprium feudum tum esse, quando præter expressa seruitia vasallus debet aliqua genere, hoc est, ex inuestitura & propria feudi forma & natura: sed sciendum est feudum tum esse degenerans & improprium, nec probari contrarium ex definitione Oberti *in d. c. vnic. in quibus causis feudum amitt.* quia illa definitio propriis & impropriis feudis conuenit, id quod ex eo apparet, quod *in d. c. Vnic.* etiam fœminei feudi fiat mentio, id quod improprium esse, supra ex textibus feudalibus fuit monstratum. Seruitia igitur, si indeterminate præstantur, rectum & proprium est feudum; si vero nominatim præstantur aliqua certa seruitia, improprium est feudum. Sed propria feudorum natura debet in definitione exprimi, hoc est id, quod ex propria feudi virtute proficiscitur; vnde à multis definitio Oberti reiicitur.

97 Quamuis tamen vasallus etiam in feudo † Franco, hoc est, libro à seruitiis, teneatur nihilominus ea præstare, quæ fides requirit; puta non reuelare ea, quæ sunt de arcanis domini, admonere dominum de iis, quæ ipsi potuissent esse nocitura; & famam, honorem, ac vitam domini vbique defendere, *dict. cap. vnic. de form. fidel. d. cap. vnic. de noua forma fidel.* Curtius, *dict. part. 1. quæst.* 8. *num.* 28. Zasius *part.* 12. *num.* 30. Et hæc etiam non requisitus vasallus præstare domino tenetur, alias feudo priuatur, quamuis alia seruitia nominata vel innominata nō nisi requisitus vasallus præstet, *c. Vn. § ad hoc, hic finitur. lex.*
98 *c. vn. § licet vasallus, si de feudo defuncti content. sit.* Feudū † etiam habitationis est improprium, cum morte vasalli finiatur. *cap. Vn. § 1. extraordinario: de feud. habitatione.* Curtius *part. 1. quæst.* 8. *num.* 33. Alias regularia, recta & propria feuda in perpetuum dantur, *d. cap. Vnic. § vlt. in quib. caus. feud. amitt.* Zasius *part. vltim. num.* 25. 26. Feudum etiam sine inue-
99 stitura † concessum, est feudum improprium vel quasi feudum, non rectum: quia inuestitura in feudo proprio fieri debet, *toto tit. per quos fiat inuestitura. toto tit. de form. fidel.* pro simplici igitur vsufructu constituto id habetur; & morte dantis finitur more vsus-
100 fructus simplicis. *§ finitur. Instit. de Vsufruct.* Feuda etiam † soldatæ, vt sunt feudum de ca-
101 mera & cauena, impropria feuda sunt: Nam soldata est præstatio † quædam annua, gra-
102 tuita, quæ à neutra parte transit in hæredem: morte enim dantis † vel accipientis interueniente finitur, vt inquit Obertus de Orto *in capit. vnic. quis dicatur Dux, Marchio, Comes.* Et hæc feuda etiam dicuntur feuda in curte domini, *cap. vnic. § penult. quibus modis feud. amitt. & cap. Vnic. § fin. de feud. cognit.* in domo, palatio, vel castro domini, in quo consistunt.

sistunt. Feudum vero de camera † tum dicitur, quando dominus ex ærario vasallo cer- 103
tum assignat stipendium, vnde se alat. Feudum de cauena † dicitur, quoniam dominus 104
excellario præbet vasallo annonas, vinum, vnde se sustentet, *c. vn. in princ. de notu feudor.*
Zas. *d part. vlt. nu.* 31. Wes. *c.* 2. *feudor nu. vlt.* Borch. *c* 4. *nu.* 29.

Sed obiicitur *d. c. vnic. §. si ver. quid sit inuestitura:* vbi dicitur, quod feudum cameræ &
cauenæ sit rectum feudum, hoc est proprium feudum. Non igitur verum est, talia feuda
esse impropria feuda.

Resp. Vocantur ibi feuda recta ideo, quia vasallus iurat esse sua recta feuda, se recte &
iuste ea possidere, Cuiac. *in c. vnic. per quos fiat inuestitura.* Borcholt. *d c.* 4. *num.* 29. Deinde,
quia sequitur naturā feudi in seruitiis præstandis, in faciēda & petenda inuestitura, in nō
alienando, licet quoad successoriam feudi naturam alterentur, & eatenus impropria di-
cantur, vt affirmat Zas. *d. par. vlt. num.* 32. ex quo relinquitur, feudum degenerans seu im-
proprium, naturam amittere tantum in iis, quæ pacto ita variantur, non in reliquis,
quorum nulla fit mentio in inuestitura, & quæ alias ex propria feudi natura veniunt.
Zasius *d. loco.* Iul. Clar. *in § feudum, quæst.* 16. *nu.* 2.

Deinde obiicitur authoritas Zasii *d. par.* 12. *num.* 32. vbi secutus Bald. *in 6. diuisione præ-
lud. feud.* affirmat, feudum de camera & cauena non posse dici feuda soldatæ. Feudum
enim, inquit, soldatæ † tunc est, quando Nobili cuidam, de annua præstatione pro 105
alimento titulo feudali prouisio fit. Respon. Feudum soldatæ huic casui optime con-
uenit, vt & feuda de camera & cauena. Nam in feudis cameræ & cauenæ simili-
ter fit præstatio seu prouisio annua tam Priuato, quam Nobili, & tam in pecunia,
quam in vino, annona vel alia materia. Vnde adhuc is casus feudis cameræ & cauenæ
optime conuenit. Feuda deniq; † impropria sunt feuda, Guardiæ & Gastaldiæ, quia ela- 106
pso anno auferri possunt, *cap. vnic. de feud. Guard. & Gastald. cap. vnic. extraord. de feudo
Guardiæ & Gastald.* cum alias feuda propria in perpetuum dantur. *cap. vnic. §. fin. in qui-
bus caus. feud. amit.* Est autem † feudum Guardiæ, quando dominus curti seu domui cu- 107
stodem præficit, nomine feudi, qui seruet curtem absens vel præsens, cum Guardia † cu- 108
stodiam significet. Feudum Castaldiæ est, quando † aliquem authorem seu præfectum 109
domui nomine feudi inuestitum, dominus apponit. Nam Castaldia † domum Lon- 110
gobardis significat, vnde is vasallus Gastaldus dicitur, *dict. cap. vnico. §. fin. de feud.
Gastald.*

PRIMA diuisio fuit, hæc feuda aliqua esse propria, aliqua impropria. Feuda † propria, 111
quæ regularem & propriam materiam habent, de quibus tantum generaliter est
dictum: Nunc vero in specie in reliquis diuisionibus de his diligentius videndum. Feu-
dum igitur proprium est vel paternum, † vel antiquum, vel nouum; quæ diuisio summa 112
& principalis respectū propriorum feudorum dicitur à Schneidv. *in præludio feudali,
num.* 63. Feudum paternum est; quod † ab auo, proauo, vel ab aliquo descendentium 113
est acquisitum, vsque ad quartum gradum inclusiue, *cap. vnic. §. 1. in fin. de feud. success.*
Zas. *part. 3. num. 1.* Schneidev. *in præludio feud. num.* 63. Mynsing. *centur. 4. obseruat.* 84. Feu-
dum antiquum est, quod † & auitum dicitur, vel proauitum, quod ab aliquo ascenden- 114
tium, vltra quartum gradum est acquisitum, *c. vnic. § hoc autem notandum de his, qui feud.
dare poss. cap. vnic. in princ. per quos fiat inuestitura. cap. vnic. de successione fratrum, cap. vnic.
in fine, qui testes sint necessarii.* Feudum nouum est, quod † de nouo quæsitum est; quod 115
fundamentum & initium habet, in ea persona, cui id primum conceditur, *d. cap. vnic.*

in fin qui testes sint necessarii. dict. cap. vnico. in princ. per quos fiat inuestitura. Et hanc distin-
ctionem communiter Dd approbant, Bald. *in praeludio feudal. nu 49.* Zas. *part. 3. nu. 1.* Iul.
Clar. *in §. feudum, quaest. 8.* Curt. *part. 1. nu. 6 quaest. 8* Myns. *cent. 4. obseru. 18 num. 1. cum seqq.*
Schneidv. *in praelud. feud nu. 63. cum seq.* Wes. *c. 1. feud. nu. 6.* Botch. *c 4. nu 2.*

Sed obiicitur contra datam solutionem, *dict. c. Vnic. in princ. per quos fiat inuestitura, &*
116 *dict. c. Vnic. in fin. qui testes sint necessarii,* vbi dicitur: quod feudum sit duplex. verus & † no-
uum. Falsa est igitur *τριχοτομία*; dum dichotomia (quae semper est fortior ac firmior, se-
cundum Dialecticos) ex textibus iuris feudalis haberi potest, quo moti Aeguinar. Baro,
Hottoman. & Cuiacius *in dict. c. Vnico. per quos fiat inuestitura*, hanc diuisionem ample-
ctuntur, & Duar. *c 4. feud nu.* 10. vbi tamen vna feudum antiquum, paternum & nouum
explicat fere secundum Dd. communem sententiam.
117 Resp Feudum antiquum & paternum † eiusdem sunt efficaciae & naturae, Curt. *part. 1.*
quaest. 8. num. 7. Mynsing. *cent. 6. obseru. 18.* Schneidev. *in praeludio feudali, d. nu. 63.* In hoc
tamen differunt, quoad formam quandam, quod plures personae sint in feudo antiquo;
pauciores in feudo paterno. Boreholt. *c. 4. nu. 2.* Vnde si quis in inuestitura dicat: *Concedo*
tibi feudum paternum: effectu inspecto, idem est, ac si dixisset: *Concedo tibi feudum anti-*
quum. Et in dubio hodie antiquum semper praesumitur ex voluntate dantis, & propria
natura feudi, qua (scilicet natura) feudum datur in perpetuum vasallo, eiusq; haeredibus
masculis, *dict. cap vnic. in fin §. fin. in quib. causis feud. amitt.* licet in persona, quae de eo pri-
mum est inuestita, nouum sit. Vnde dubitationis tollendae gratia suadet Zasius *part. 3.*
num. 1. in inuestitura scribendum esse ita: *Concedo tibi feudum vel antiquum*: Id quod etiã
consuetudine communi ita obseruatur, vt ex antiquis inuestituris latine & germanice
scriptis apparet, praesertim cum saepe feudum paternum pro antiquo ponatur, *dict. cap.*
vnico in princip de success. fratrum, vbi feudum paternum dicitur, quod fuit eius parentis,
qui communis fuit cognationis (vltra 4 gradum) respectũ collateralium. Vnde nihil ob-
stat, quo minus dicamus feudum aliud esse vetus, aliud nouum, *d. c. in princ per quos fiat in-*
118 *uestitura, dict. c. Vnic. qui testes sint necessarii,* vel quod idem est, feudum aliud † esse pater-
num, aliud nouum, per *dict. c. Vnic. in fin. de success. fratr.* in qua sententia est quoq; Zasius
d part. 3 num. 1 Hottoman. & Cuiac. *in cap. vnic. de alienat feud. paterni*; Et dum paternum
119 † extento vocabulo est generationis nomen, vt adoptio, continens sub se feudum pater-
num, in specie ita dictum, & feudum antiquum alteram speciem, quemadmodum hae
duae species à nobis sunt definitae, secundum communem Dd. sententiam, eiusq; diuisio-
nis fundamentum habetur, *in d. c. vnic. §. 1. de feud. cognit.* vbi dicitur: *Vsq; ad quartum gra-*
dum; quia postea non vocatur feudum paternum.

Notanda sunt verba: *postea non vocatur feudum paternum.* Ergo feudum antiquum est
120 tum, quando est † acquisitum ab aliquo ascendentium vltra quartum gradum exclusiue:
postremum feudum, quod ab aliquo ascendentium intra quartum gradum inclusiue est
acquisitum, puta, à patre, auo, proauo, abauo; vnde Hottom. horum quatuor graduum
121 personas † vocat parentes, vlteriorum graduum † personas vocat maiores, *d. cap. vnic. in*
122 *princ per quos fiat inuest.*
123 Nouum autem feudum plurimum à paterno † vel antiquo differt in effectu. Nam
124 feudum antiquum & paternum † alienari non potest, etiam cum consensu domini, sine
consensu agnatorum, proximorum in gradu, qui habent ius prothomyseos & praeroga-
tiuam. ad quos feudum reuertitur. *dict. cap. vnic. in princip. de alien. feud paterni, dict. cap.*
Vnic. in princip. §. sed etiam. per quos fiat inuestitura, Zas. *part. 1. num. 51.* Wesenbec. *part. 2.*
consil.

consil. 66. num. 21. Curt. *part. 4. num.* 146. Sonsbec. *part.* 13 *num.* 170. Ratio huius rei
vera hæc eſt, quod feudum antiquum ſeu paternum munus † ſit generationis, non do- 125
num patris vel agnati, Bald. *in cap. Vnic. §. inſuper. num. 5. de prohib. feud. alienat. per Fri-*
dericum. Andr. Gayl. *lib. 2. de pace publica. cap. 19. num. vlt.* Et primus acquirens † conſi- 126
deratur in ſucceſſione feudi, eique acquiſitio accepta ferri ſolet, in hunc ſucceſſores
omnes habent oculum fixum, etiamſi feudum per mille manus ambularit. Non autem
conſideratur vaſalli perſona, qui proxime illud feudum habuit iure ſanguinis, & iure
proprio: quemadmodum & ſemper ſequens vaſallus eodem iure illud accipit. *d. c. Vnic.*
§. 1. de ſucceſſ. feud. c. Vnic. de Vaſallo decrepitæ ætatis c. Vnic. § è contrario. de inueſt. de re alien. fa-
cta. Zaſ. *part. 8. nu* 5 Gayl. *lib. 2. de pace publica. c. 13. nu. 10. & 11.* Hinc Theorici, puta, Cuiac.
& Hottom. præcipue tale feudum vocant Genearchicum, quaſi reſpiciens τὴν ἀρχὴν τῆ
γονῆς, hoc eſt, ad principium generationis, ſucceſſionis illius feudalis vel familiæ, *in dict.*
cap. vnic. de alienat. feud. paterni, quia in iis potiſſimum attenditur, qui eſt author & prin-
cipium eius feudi, illudq; primum acquiſiuit.

Feudum autem nouum † cum conſenſu domini, ſine agnatis recte alienari poteſt, 127
dict. cap. vnic. de alienat. feud. paterni. Mynſing *centur 4 obſeru.* 8. Schneidv. *in prælud. Ver-*
ſic. 65. Si autem ſine conſenſu † domini alienatur nouum feudum, vel ſi moritur vaſal- 128
lus abſque liberis maſculis, ad dominum ſtatim reuertitur feudum, non ad agnatos pu-
ta, fratrem: quia frater in nouo feudo † fratri non ſuccedit, per expreſſum textum *in* 129
cap. vnic. in princ. de benefic. fratr. Gayl. *libr. 2. obſeruat. obſeru.* 50 *num.* 11. *& d. l. 2 de pace publ.*
cap. 13. *num.* 2. Iulius Clar. §. *feudum, quæſt. 8. num.* 3. Satis igitur nunc conſtat feudum
antiquum ſeu paternum alienari † non poſſe, niſi conſentientibus agnatis, ad quos 130
feudum tandem per ſucceſſionem eſt reuerſurum. Feudum autem nouum alienari po-
teſt, ſine agnatorum voluntate, accedente tamen conſenſu domini. Ex quo nunc optime
ſequitur deciſio quæſtionis pulchræ & quotidianæ, vt eam Schneidv. vocat *in præludio*
feudali, num. 66. anne feudum paternum vel antiquum, non conſentientibus agna-
tis, qui ſucceſſionem ſperant, vt nouum alicui per nouam inueſtituram concedi, & ſe-
cundum propriam feudi naturam regulari poſſit? Et dicitur quod non per expreſſum
textum *in cap. Vnic. in fin. fere, an agnatus vel filius defuncti poſſit retinere feudum, repud.*
hæred. vbi affirmatur aliquem de beneficio, hoc eſt, feudo de nouo poſſe inueſtiri no-
ua inueſtitura conſentientibus, vel ratum habentibus agnatis. Nam tunc conſentien- 131
tibus non † ſit iniuria, *cap. ſcienti, de regul. iur. in 6.* Cum & quilibet iuri pro † ſe introdu- 132
cto poſſit renunciare, *l. penult. C. de pact.* & ratihabitio † mandato comparetur. *cap. rati-* 133
habitionem. de reg. iur. in 6. Præterea *in cap. vnic. de Vaſallis decrep. ætat.* dicitur, feudum anti-
quum refutatum ad id, vt Seius & Sempronius filii de eo de nouo inueſtirentur, non al-
terari, ſed paternum manere. Nam alteratio ſeu mutatio feudi non præiudicat agnatis,
nihilq; eis nocet, nec tale feudum, vt nouum conceſſum, antiqui feudi naturam & qua-
litatem amittit, & noui feudi naturam aſſumit. Zaſius *part. 3. num. 5. & part. Vlt. num.* 44.
Mynſ. *centur 4. obſeru.* 83 Gayl. *lib 2 obſeruat. obſ.* 49. Schneidv. *in præludio. d. num.* 66. Iulius
Clar. § *feudum. quæſt. 8. num.* 2. Borch *cap. 4. num.* 10. Et huius rei rationes hæ quoq; dari
poſſunt, quod fauore alicuius † introductum, non debet in eius detrimentũ trahi. *l. nulla* 134
iuris. 25. *ff. de leg.* Deinde factum cuiq; † ſuum ſibi, non alteri noceat. *l. factum cuiq. ff. de reg.* 135
iuris. Deinde vt ex primordio tituli † poſterior formatur euentus, *l. vnic. § fin C. de im-* 136
pon lucrat. deſcript. lib 10 *& ibi gloſſ. in Verb. primordium.* Et vt vniuſcuiuſque iudicium &
cauſa ſpectatur, *l. ſi procuratorem.* 8. *in fin. pr. ff. mandati.* Ita in feudo prima inueſtitura
ſpe-

spectatur, & ad eam, tanquam scopum & metam collimatur, vnde conditio feudi pater-
ni per alterationem hanc deterior fieri non potest, ne quidem Principis confirmatione
accedente, Gayl. *d. l. obseru. 49. lib 2.*
Sed obiicitur, feudum nouum nomine vel iure antiqui feudi concedi posse, pater, in-
quam, feudi naturam & qualitatẽ assumere, Zas *d part. vlt. nu* 43. Gayl. *lib. 2. obseru obs. 50.*
in princ. Myns. *centur. 6. obseru. 18. & cent. 4 obseru* 84. Iulius Clar. *in §. feudum. q. 8. num. 5.* Et
hæc sententia cõmuniori Dd calculo est recepta, cõmunior ac de iure verior, Schneidv.
137 *nu. 68. in prãludio* Borchol. *c. 4. num. 6.* Dum igitur contrariorum eadem † est ratio & disci-
plina, *l. 1. ff. de his, quæ sunt sui vel alieni iuris.* Aristot. *lib. 1. Ethic. in princ.* videtur dicendum,
feudum est antiquum concessum, vt nouum feudi nouam naturam sortiri posset. Et sic
Oldrad. sentit. *cons.* 178. referente Myns. *d. obseru.* 84 *cent.* 4. Iul. Clar. *§. feudum, quæst. 8. nu. 2.*
& Schneidv. *in prælud. nu. 67. & 68.*
Resp. Magna est inter has duas quæstiones differentia. Nam si antiquum; vt nouum,
inuestitura datur, generatur magnum præiudicium agnatis, id quod potius auertendũ,
non iurandum erit, cum odiosum sit. *c. odia de regulis iuris in 6 argumente. l. cum quidam. 19.*
in fin. ff. de lib. & posthum. hæred instit. vel exhæred. In altero autem casu, quando feudum
nouum iure antiqui feudi conceditur, fit hoc pacto & voluntate domini, in fauorem
138 potius agnatorum; vnde cum volens dominus † suo iuri renunciare possit, *d. l. penult. C.*
139 *de pact.* & de suis rebus † disponere pro arbitrio. *l. in vi mandata C. mandati*, feudum no-
uum iure antiqui feudi dare potest, Gayl *d. obs. 49.* Myns. *cent. 4 obs. 84.* Curt *part. 1 q 8. nu.*
10. Schneidv. *in prælud num. 68.* Zas *part. 3. num. 7.*
140 Dicta autem regula, contrariorum † eandem esse rationem; tum militat & procedit,
quando ratio est eadem, quæ tamen hic est diuersa. Hic etiam concidit altera Oldradi
ratio, quæ est, verba illa: *Iure feudi paterni nouum tibi concedo feudum, non immutata rei ve-*
ritate, per *l. si forte, 8. ff. de castrens. pecul.* Vnde videtur dicendum, feudum nouum paterni
feudi naturam assumere non posse. Hoc, inquam, concedit, quia, vt dictum est, pacto
nouum feudum fieri potest antiquum, quemadmodum fit, quando fœmina succedit,
c. vnic. in princ. de natura success. feud. & quando frater fratri in nouo feudo succedit, *d. c. vn.*
in princ. de benefic. fratr. Dominus igitur volens feudum nouum paternum facere potest,
sibiq; id imputet, nec alium accuset, qui vt liber suarum rerum moderator alterationem
hanc sine incommodo & præiudicio agnatorum induxit. Maior igitur est fauor feudo-
rum antiquorum, quam nouorum: quo fit, vt in dubium feudum magis præsumatur
antiquum, quam nouum, Zas. *part. 3. nu. 7.* Wes. *consil. 82 nu. 1.* Et agnato dicente feudum
paternum esse, & domino dicente feudum nouum esse; domino potius probandi onus
incumbit, si non est in possessione feudi. Et interim vasallus ex propensiore feudorum
natura ac fauore in possessionem feudi mittitur, *c. vn. §. si vero dominus de success. frat. c. vn.*
in princ. fin si de feud. defunct. contentio sit. Borch. *d c. 4. n. 304.*
141 Deniq; huic obstare videtur † *d. c. vn. §. de success. feud.* vbi dicitur, quod feudum pater-
num sit vsq; ad 7. gradum; non igitur vsq; ad 4. gradum.
Resp. Ille §. vt ante dictum fuit, confirmat definitionem paterni feudi. Quod autem
in d §. 1. subiicitur: alii dicunt vsq; ad septimum gradum, seu vt *in cap. vnic. §. hoc autem*
mirandum, de his qui feud. dare possunt, vsque ad septimum geniculum, hoc est, gradum,
id respicit dispositionem illius successionis, quod nimirum agnati non vltra septimum
gradum, seu vt *in c. vnic. § hoc autem notandum, de his, qui feudum dare possunt.* Gloss. Hot-
toman. & alii *ibidem.* Sed practicis magis placuit; ita hæc esse concilienda, vt dicamus
agnatos

agnatos ſuccedere tantum in feudo vſque ad 7. gradum, ſi feudum autem primo acquirente immediate peruenit ad collaterales agnatos, ſecundum *d.c. Vnic. de ſucceſſ. feud. & cap. Vnic. de his, qui feudum dare poſſunt.* Si autem ad deſcendentes feudum tranſitum fecit, & deinde mediate peruenit à deſcendentibus ad collaterales, tum in infinitum collaterales ſuccedere, ſecundum *d. cap. Vnic. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare poſſunt.* Et hæc ſententia in Camera eſt approbata, teſte Mynſing. *centur. 2. obſer. 95.* Weſenb. *in conſil. 82. num. 16.* Zaſ. *parte 8. num. 34.* Borch. *cap. 2. part. 2. num. 39.* Et habet hanc rationem, quia quando ad deſcendentes peruenit feudum, in infinitum excurrit ex voluntate dantis, & prouidentia paterna hoc operatur: ſi autem feudum nouum ex pacto ad fratrem eiuſq; deſcendentes peruenit, ceſſat illa mens & voluntas domini, ceſſat etiam talis prouidentia, vnde illa libertas in infinitum alias procedens, ibi eſt refrænanda. Zaſius *dict. part. 8. num. 34.*

ALia nunc ſequitur feudorum propriorum diuiſio, qua feudum † aliud eſt hæreditarium: aliud de pacto & prouidentia: aliud mixtum. In qua diuiſione Dd. multum 142
intricate loquuntur. Iul. Clar. *quæſt. 9. num. 1. § feudum.* ſed ita ſe res habet. Feudum hæreditarium eſt †, quod quis noua inueſtitura accepit pro ſe & hæredibus quibuſcunque, 143
etiam extraneis, & quidem maribus, Weſenb. *conſil. 74 num. 17.* Gayl. *lib. 2. obſeru. obſeru. 154. num. 20.* qui in eo ſuccedere tum poſſunt. Et eſt communis ſententia Doctorum, *in cap. an agnatus vel filius,* vt refert Iul. Clar. *in dict. quæſt. 9. num. 2.* Gayl. *d. lib. 2. obſeru. obſer. 154. num. 7.* Hartman. Piſtor. *quæſt. 1 2. 3. in 2. part.* Weſenb. *cap. 2. num. 9.* Mynſing. *cent. 3. obſeru. 67. & cent. 4. obſeru. 2.* Feudum ex † pacto & prouidentia eſt, quando quis feudum ac- 144
quirit noua inueſtitura pro ſe & liberis ſeu filiis, nõ facta mentione hæredum. Mynſing. *cent. 3. obſer. 67.* tum enim ex ipſius corpore deſcendentes maſculi in eo feudo ſuccedunt, non extranei, idq; ex communiori & magis propria feudi natura & propenſione, qua feuda dantur ſanguini, Cuiac. *in c. Vnic. §. adoptiuus. ſi de feud. defunct. contentio ſit.* Et hoc feudum dicitur † familiare, quia in familia prima acquirentis manet, nec ad extraneos 145
excurrit: Iaſon. *in prælud. feud. num. 128.* Iul. Clar. *d. quæſt. 9. num. 3.* Gayl. *d. obſeru. 154. nu. 6.*
Mixtum feudum eſt, quod de † vtroq; quid participat, quando ſcilic. quis pro ſe, præ hæ- 146
redibus & pro liberis inueſtituram accipit, in quo poſſunt & extranei & liberi ſuccedere, Iul. Clar. *d. quæſt. 9. num. 4.* Piſtorius *d. locis.* Hinc quæritur, anne in dubio, cum ſimpliciter dictum eſt: *Concedo tibi illud caſtrum, ſeu illos fundos, & omnibus tuis,* feudum magis ſit hæreditarium: an ex pacto vel prouidentia, an mixtum? Et quamuis ea in re variæ fuerint Dd. ſententiæ. Iul. Clar. *d. quæſt. 9. num. 4.* Mynſing. *centur. 4 obſer. 2.* Borch. *cap. 4. num. 19.* tamen ſupremi tribunalis & Cameræ Imperialis ſententia obtinuit, tale feudum potius eſſe ex pacto & prouidentia, vt Mynſing. refert *cent. 4 d. obſeru. 2.* Iul. Clarus *d. quæſt. 9. num. 6.* Weſenb. *conſ. 82 num. 8.* & huius rei ratio ſumma ex propria natura feudi colligitur.

Feuda † enim, vt dictum fuit, ſanguini dantur, non extraneis in dubio. Ergo potius 147
feudum tale eſt ex pacto & prouidẽtia, quia quilibet ſuis liberis & ſanguini videtur proſpexiſſe, vt eſt *in c. Vnic. in fine. de duob. frat. à cap. inueſtitis.* Nec obſtat, quod aliqui ſint in ea ſententia, feudum in dubio potius eſſe hæreditarium: Gayl. *lib. 2 obſeruat. obſ. 154. nu. 5.* Schurpf. *conſil 47. cent. 1. num. 7.* moti *d. c. Vnic de duob. frat. &c.* quod ſuadet aliquam prouidentiam, & loquitur in feudo potius hæreditario pro ſe & hæredibus accepto Hoc inquam, non obſtat. Non ibi vocabulum, *hæres*, ex natura propria feudorum, quæ ſan-

guini dantur, de filiis, seu liberis, ex vasalli corpore descendentibus explicatur, ad quos feuda sunt procliuiora, non ad extraneos. Loquitur igitur textus ille potius de feudo, ex pacto & prouidentia; quam affectionem seu curam paternam *pro liberis*, illa verba ostendunt, *in d.c. vn. de duob fratrib. Vnusquisq; sibi suisq; haeredibus prospexisse videtur*, quae ad extraneos non bene trahuntur. §. *sui. Instit. de haered. qual. & different* §. *sui, Instit. de haered. qua ab intestat. defer.* Deinde *in d. c. Vn.* id non dubium fuit, quamuis tamen in his videndum sit, quid consuetudo cuiusque loci probet. Decius *in l. semper; in stipulationibus. ff. de reg. iur.*

248 Alia nunc diuisio feudorum propriorum proponitur. Feudum aliud esse † regale, a-
249 liud non regale. Feudum regale est, quod summam † regalem tribuit dignitatem, qualem habent Electores, Principes, Marchiones, Duces, Comites, ab Imperatore vel Rege non recognoscente superiorem. *c. Vn. de feud. March. vel Ducat. c. vnico, quis dicatur Dux, vel Marchio, c. Vn. in princ. de leg. Conrad.* Iul. Clarus *quaest.* 10. § *feudum.* Curt. *part.* 1. *quaest* 8. *num.* 4. Wesenb. *c.* 2. *n* 4 *& consil.* 81. *n.* 9. Zasius *part.* 5. *n.* 11. Rebuffus *in tractat. feud. in 2 feudi definitione.* Et si Rex vel Imperator regalem dignitatem infundet, tribuit omnia regalia: Ratio est, omnia eorum reseruata in decus & honorem altitudinis & praeminentiae tam maiora quam minora, dum modo generalibus verbis vtitur, *c. vnic quae sint regalia* Zas. *d. part.* 5. *num.* 11. Borch. *in tractat. sua d. c. vn. quae sint regalia, num* 6. *&* 7. Mynst. *cent* 5. *obseru.* 29. *in princ.*
250 Non regale feudum est, † quod non tribuit talem dignitatem regalem, siue ab Imperatore, siue Rege, siue ab aliquo Principe inferiore detur: puta, quando quis à Principis aliqua potestate de plebe quadam, vel plebis parte, per feudum inuestitur, is non regale feudum habet, *d c. Vn. in pr. quis dicatur Dux.* Vbi per particulam aduersatiuam, VERO, tale feudum à regalibus distinguitur, de quibus *in principio traditur.* Vel si quis ab Imperatore vel Principe de Manso, hoc est, agro, qui duobus bobus quotidie arari potest, inuestitur, *c. Vn §. si quis de Manso 1 si de inuestit. feud. contentio sit.* Duar. *d. c.* 4 *n.* 7. Sonsbec. *part.* 3. *n.* 9.

Sed obiicitur primo, quod etiam alii Principes superiorem recognoscentes, possint regalia feuda conferre Schenck. *in Specul. In verb. qui feudum dare possunt*, Curt. *part.* 1. *quaest.* 8. *n.* 4. Bocholt. *in tractat. feudali. c.* 4. *num.* 14. Ergo imperfecta est definitio feudi regalis.

Resp. Omnia feuda regalia fluunt ab Imperatore vel Rege, principaliter id solum in definitione est ponendum, *arg. l. quaeritur ff de stat. hom.* Et quamuis ex Dd. sententia concedatur, alios etiam Principes, superiorem, puta, Regem vel Imperatorem recognoscentes, posse regalia feuda dare, tamen dant mediate, illamq; potestatem, dum illi habent ab Imperatore vel Rege, dicimus nos recte generaliter omnia feuda dari ab Imperatore vel Rege: vel mediate concessione Imperatoris vel Regis, per alios Principes, & ita *d. c.*
251 *Vn. in pr. de feud. March.* intelligi potest †, vbi dicitur feudum regale dari ab Imperatore, scil. mediate vel immediate.

Secundo obiicitur; Feuda regalia non transeunt ad haeredes, quia vt loquitur, *d. c. Vn. in pr. de feud. March.* nullo modo in illis feudis est successio, vnde videtur dicendum, quod feudum regale proprium feudum non sit; quod transit ad haeredes, vt ante in definitione dictum fuit.

Resp. Non esse successionem in feudis regalibus aliqui volunt, per *d. c. vnic in princ. de feud. March.* Sed id tamen correctum esse vult gloss. per *c. Vn. in fin. de alienat. feud.* vbi dicitur

citur hodie hoc esse vsurpatum, hoc est. per vsucapionem introductum, vt sit successio.
vbi Curt. Et id etiam ita obseruari experientia testatur, cum ex aurea bulla Caroli IV.
primogenito † filio successio detur, si est habilis ad administrationem; alias ei curator 152
adiungitur, si solus est, vt supra dictum fuit. Retinet igitur tale feudum propriam feudi
naturam.

Deniq; obiicitur, quod feudum regale non diuidatur. *c. vn. §. praeterea, de alienat feud per Frideric.* vnde videtur dicendum, quod eiusmodi feuda recta, regularia & propria feuda dici non possint, quae diuisionem recipiunt.

Resp. Certum est iure feudali feuda regalia non diuidi, scilicet, quoad dignitatem, quoad castra & oppida iis subiecta, quoad iurisdictionem, nisi id consuetudo approbarit; tunc enim absq; respectu primogeniturae in aequalem successorum diuisionem cadunt. Nam vt hoc totum feudali consuetudine est introductum, ita contraria consuetudine rursus tolli potest, *l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.* Bald. *in dict. cap. vnic. de feudo March.* Schurpf. *cons. 57. cent. 2 num. 1. & 6.* Wesenb. *cons. 82. num. 9.* 10. 11. & huius rei haec ratio est, ne Principum vis ac potentia, per diuisionem bonorum attenuetur: tunc enim Imperium Romanum ita feliciter non potest conseruari, propter quam rationem feuda dantur. *d. c. vn. in princ. de prohib. feud. alienat per Fridericum. c. vn. de prohibit. feudal. alienat. per Lotharium.*

ALia nunc sequitur feudorum propriorum diuisio, qua feudum † abit in nobile, & 153
ignobile. Nobile feudum est, quod suum † possessorem nobilitat, vel longa vasalli 154
annorum serie accedente, vna cum onere, vel etiam tributorum exactione familiae annexa nobilem arguit: & haec diuisio satis colligitur, ex *c. vn. quis dicatur Dux vel Marchio. in verb. qui à Capitaneis antiquitus feuda tenent: & in verb. pedagium*, hoc est, vectigal exercent. Æguinar. Baro *ibidem* Zasius *part. 2 n. 3.* Sonsb. *part. 3. n. 10.* Duar. *c. 4. n. 8.* Borch. *c. 4. n. 15.* Cuiac. *in d. c. vn. quis dicatur Dux.*

Nobilitant autem feuda †, quae accipiuntur ab Imperatore vel Rege, qualia habent 155
Electores, Principes, Duces, Marchiones, Comites, qui Regni vel Regis Capitanei dicuntur, quasi Praefecti regni, vel Regis, *c. vn. in pr. de his qui feudum dare possunt. d. c. vn. quis dicatur Dux vel Marchio.* Et proprie Capitanei sunt, *c. vn. de natur. feudal.* Zas. *d. loco.* Deinde nobilitant ea feuda, quae à regni Capitaneis aliis conferuntur, qui regni † valuasores 156
maiores dicuntur. Et Capitanei simpliciter, vel improprie non regni Capitanei dicuntur, *d. c. vn. quis dicatur Dux, &c.* Sonsb. *part. 13. n. 11 & 12.* Borcholt. *d. c. 4. n. 14.* Deinde ea
feuda nobilem † arguunt & demonstrant, quae longo tempore quis cum annexa militia, 157
vel continua tributorum exactione habuit, si forte eiusmodi a maioribus regni valuasoribus conferantur, *d. c. vn. quis dicatur Dux, &c.* Et hi, qui ea habuerunt antiquo tempore
in sua familia, minores valuasores, † vel valuasini dicuntur, *d. c. vn. in pr. de his. qui feud dare poss. d. c. vn. quis dicatur Dux* 158

Hinc nunc satis colligitur feuda antiqua cum honore tributorum & annexis oneribus omnibus militiae data nobilitatem inducere & demonstrare. Nobilitas enim potius
† ex virtute, quam ex pecunia nascitur. Tiraquell. *de nobilitat. c. 3. 4. & 5. per tot.* Sonsb. 159
part. 3. n. 17. Non prosapia † sed virtutis egregia facta nobilem efficiunt. Vnde & nobi- 160
les, quasi noscibiles dicuntur, quia virtutem vel legalem, vel armatam nosse debent. Tiraquell. *de nobilitat. c. 1. n. 3.*

Feudū † nō nobile dicitur, quod datur vel ab Imperatore, Principe, Duce, Comite, siue 161

 digni-

dignitate annexa, Duar. *d. c. 4. num.* 8. vel quod non ab antiquis temporibus fuit datum, sed nouiter à capitaneis: vel valuasoribus minoribus, vel minimis, vel priuatis, & paganis est concessum, sine annexa militia, vel tributorum exactione, id quod totum ex tenore inuestituræ conspici potest, *d. c. Vnic. in verb. cateri vero, & c. quis dicatur Dux, &c.* vbi 162 † & plebeium dicitur, Sonsbec. *part. 3. nu. 14. & 15,* Zas. *d. part. 2. nu.* 4.

Sed obiicitur, otiosam esse hanc diuisionem, cum sub feudo regali & non regali contineatur, quæ tribuunt dignitatem, vel non tribuunt. Vnde simpliciter Wes. *c. 2. num.* 4. 163 regalia † vocat nobilia. Resp. Etiamsi quidem regale feudum nobile sit, & nobilitatem habeat, tamen plus nobilitat feudum regale, & pinguiorem affert nobilitatem, quam feudum per se nobile. Et regale feudum est nobile quidem. Nam Imperator vel Rex, dum in eos confert dignitatem, creditur illos multo magis nobilitare. Sed tamen nobilis feudi proprietates omnes, de quibus hic agemus, in se non continet, vnde specialiter de feudo nobili fuit agendum Zas. *d. part. 2. num.* 3. Sonsbec *part. 3. num.* 11 Duar. *d. cap. 4. nu.* 8. Sic D. Wes. facile est conciliandus, quia regale feudum vtrique nobile est, sed tam *plus nobilitat, vt iam dictum.*

164 Denique obiicitur, solum Principem nobilitatem dare, cum sit † reseruatum Principis, cuius est dare munerum vocationem, quam impertant regni capitanei vel valuasores ab Imperatore, *tot. tit. C. de his qui à Princip. ius accep.* Ergo non recte dicimus capitaneos regni maiores vel minores eiusmodi feuda nobilia dare posse.

Resp. Mouetur hoc argumentum Duar. *d. c. 4 num.* 8. Sed sciendum est, dare quidem Principem nobilitatem, vel per se, vel per concessionem, & alios, vt & ante de regali feu-165 do dictum fuit. Manet † igitur verum, regalia feuda à nobilibus differre, & nobile feudum peculiarem descriptionem requirere, vnde rectissime est dictum, *c. vnic. quis dicatur dux, &c.* Et *in princ. c. Vnic. de his, qui feudum dare possunt, &c.*

166 SExta & vltima feudorum diuisio est, quod feudum † aliquod sit ligium, aliquod sit 167 non ligium. Ligium feudum est, quo vasallus † domino suo promittit fidelitatem contra omnem hominem nullo excepto, nullo anteposito. *cap. Vnic. § satis bene, de prohib. feud. alienat. per Lotharium. cap. Vnic. extraord. de feudo ligio, clem. pastoralis, & ibi glo. §. rursus. vers. honoreq; ligiu, de sentent. & re iudic.* Feudum non ligium dicitur, in quo va-168 sallus † domino promittit fidelitatem excepto Imperatore, Rege & antiquiori domino *cap. Vnic. de noua forma fidel. cap. Vnic. §. fin. de prohib. feud. alienat. per Fridericum, cap.* 169 *Vnic. §. fin. in fin. hic finitur lex, &c.* Et dicitur ligium, quod † arctius vasallum liget & constringat ad fidem seruandam, vna cum bonis Curt *part. 1. quæst. 8. num.* 27. Et hæc diuisio est promulgata, & in iudiciis optime decantata Hottom *in disputat. feud. cap. 7. in pr.* eamque approbant communiter Dd. Specul. *num. 4. de feud.* Iulius Clar *in §. feudum, quæst. 11.* Wesenb. *cap. 2. num.* 9. Sonsbec *part. 3 num. 19. cum seq* Schneidv. *in prælud feudali, num. 47. cum seq.* Curt. *part. 1. quæst. 8. num.* 22. Et dum in feudo ligio promittitur fidelitas contra omnem hominem, facile apparet, illud feudum tamen ab Imperatore esse recognoscendum, vel à Rege superiorem non recognoscente. Dum enim promittere 170 potest vasallus contra omnem hominem fidelitatem, quia, qui ligius † est, homo vel vasallus vnius tantum est, non duorum dominorum vasallus *d. c. Vnico. §. satis. & d. c. Vnic. extraord. de feudo ligio*; alias si ei, qui superiorem agnoscit Imperatorem, tale quid promittit, vt sit in feudo non ligio, semper excipiendus est Imperator nominatim, vel si id non est factum, tacite exceptus intelligitur. *dict. cap. Vnic. §. fin. in fin. & ibi gloss. de prohib. feud.*

feud. alienat. per Fridericum. Sonsbec. & Schneidevv. *in d. locis.* Imperator enim est † mundi Dominus, *l. ἀξίωσις. ad leg. Rhod. de iactu.* & corporalis † mundi Deus. Bald. *in d. c. Vnic. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* Schneidevv. *in praeludio, num.* 44 Deinde est excipiendus antiquior Dominus: cum eo enim si dominus controuersiam habet, non debet eum iuuare, *d. c. vn. § fin. hic finitur lex.* 171 172

Et haec vera est de feudo ligio, & non ligio, sententia, licet hanc diuisionem Hottom. *in disp. feud. c. 7* reiiciat, tanquam fictam & commentitiam.

Primum ideo; quia inquit glossa, *in Clem. pastoralis.* id esse inuentum; quod negamus, cum ex textibus feudalibus probetur, quod Hottom. & Duar. *in d. locis* negant. Deinde licet omnibus vasallis praescribatur † forma iurandi, quam coguntur obseruare; in qua excipitur Imperator. *d. c. Vn. de noua form. fidel.* tamen id tantum de feudis non ligiis est accipiendum; de feudis enim ligiis in aliis textibus feudalibus tractatur, &c. Eodem modo, *d. c. Vn. § fin. hic finitur lex,* de feudo non ligio est accipiendum, etsi haec diuisio tolerari optime debet, &c. 173

r. Ad Corolarium:] Coronidis vice quaeritur, an feudum †, quod quis à domino emit, proprium sit feudum? Et communiter est Dd. sententia, quod sit feudum improprium, & quidem, quoad originem acquisitionis tantum. Zasius *part. 12. num. 19. 20. 21.* Schurpf. *consil. 15. num. 1. cent. 2.* Wesenb. *consil. 73 part. 2 num. 25.* quamuis in reliquis propriam naturam habeat, vt alia feuda impropria, quae in iis tantum proprietatem obtinent, in quibus alterationem ex pacto recipiunt. Zasius *dict. part. 12. num. 20.* Sonsb *part. 4. num. 5.* Iul. Clarus *in § feudum. quaest. 16. num. 2.* Borch. *cap. 2. num. vlt* & quod feudum emi possit, satis apparet ex *cap. vnic. in verb. nisi emerint feudum,* vbi glossa de natura feudi. *c. vnic. de benef. fratrum.* 174

Deinde quod feudum emptum sit improprium, satis apparet, ex *cap. vnic. in fin. ex quibus casib. feud. amitt.* vbi feudum beneficium definitur, quod est gratuitum, & tribuit gaudium capienti: & ex *c. Vn. in fin prin de feud. dat. in vicem legis commiss.* vbi dicitur feudum ex amore & honore domini debere proficisci Ex quo satis colligitur feudum emptum proprium non esse, quicquid contra clamitet Sonsbec *part. 2. num. 8.* vbi affirmat feudum emptum esse proprium feudum, & nihil obstare *dd. tt.* quia inquit, etiam si dicatur in textibus feudalibus ex amore & honore domini feudum dari debere; tamen inde non sequi, emi & vendi non debere feudum. Nam si emitur, nihilominus gaudium tribuit vasallo, qui magis pinguiori delectatur feudo, quam quod curet pecuniam, secundum *d. c. Vn in quib. caus. feud. amitt.* Sed quicquid dicat Sonsbec. beneficii natura id nequaquam patitur, & feudum est beneficium, alias si aequiualenti precio emeretur, beneficium non esset, nec dici possit. Beneficium enim est gratuitum, licet paucula pecunia pro renouatione in signum gratitudinis domino detur, vt supra disputatione I. fuit dictum. Et tantum de diuisionibus feudorum.

Ad Thesin. 1.] Contra obstant; si ius feudorum est antiquissimum, sequitur non originem sumere a Longobardis, quia hi post Christum natum Anno 568. Italiam inuaserunt. Borcholt. *in capit. 2. numer. 2 de feud.* Sed prius; *tit. 1 § & quia vidimus. lib. 1.* Ergo & posterius Resp. ex Borch. *dict. cap. 1. num. 3. in princ.* Item, quod non à Longobardis veniat, diserte probatur per *tit. 1. lib. 2.* vbi dicitur: aliae diriimuntur iure Romano; aliae vero legibus Longobardorum: aliae autem secundum regni consuetudinem, hoc est, feudale, vt ex sequentibus patet. Et Curt. *pag. 1 quaest. 5 num. 2 vers. imo fortius,* sic explicat, & ideo cum ius feudale; quod consuetudo dici solet, à legibus Longobardorum distinguitur,

non erit idem. Item obstat, quod feudum sit militia: Vasalli enim milites dicuntur in *tit. 21. lib. 1. in princ. tit. 8. § si quis. cum § seq. & tit. 23. in princ. cum similibus.* Atqui militiæ tam Iureconsulti, quam Imperatores meminerunt, vt est *in l. 3. § 7. de minorib. l. 49. § 1. & l. 22. de legat. 2. Nouell. 53. c. 5 & Nou. 97. c. 3. & 4. cum similib.* de quibus vide Borch. *c. 2 n. 5.* Ergo non à Longobardis hæc iura veniunt.

175 *Ad Thesin 3.*] Contra: Si solus Princeps † condendæ legis authoritatem habet, sequetur, cum hoc ius feudale ab Oberto de Orto & Gerhardo Nigro sit introductum, vt dicit Curt. *pag. 1 quæst. 1.* non habet vim legis, quia tantum fuerunt Doctores, vt Curt. *q. 1.* Sed prius: Curt. *d. quæst. 1.* & probatur per *l. fin. C. de legib.* Ergo & posterius. Item obstat *lex 1. C. de mandat. Princ.* vbi dicitur, per publica instrumenta demonstrari debere conditiones & leges. Ergo cum hic liber feudalis à priuato sit conscriptus, non erit pro lege habendus. Item, si hoc ius haberet vim legum, sequeretur vbiuis locorum in eadem facti specie hoc obseruari, alias hi libri feudales nullius essent momenti in aliis locis, scilicet in eadem facti specie. Sed falsum hoc per *tit. 1 § 5. lib. 1.* vbi in curia Mediolanensi illud obseruatur: Ergo & illud.

Deinde, assumptio probatur *per rubricam tit. 28. lib. 2. & titul. 39. § non est consuet. lib. 2. & tit. 40. lib. 2. vers. sicut & antiquitus.* Neq; respond. quod longissimo tempore in manu habeatur, quia ex cursu temporis licet longissimi, nunquam præsumitur interuenisse potestas faciendi actum, per *l. fin. de vsuc. pro emt.* Deinde contra solutionem obstat, quod reseruata in signum supremæ potestatis non possunt præscribi per gloss. *in c. 1. de Cleric. ægrot. in 6.* & Curt. *p. 1 q. 1 n. 5.* refert. Atqui auctoritas condendæ legis dicitur esse de reseruatis Principi in signum supremæ potestatis. Curt. *d. loco per l. 2. § pen. de orig. iuris.* Ergo non potest præscribi authoritas condendæ legis.

Ad Thesin 8.] Contra obstat apud Curtium *pag. 1. quæst. 9. numer. 2.* vbi improprium, puta, emptitium non potest comprehendi sub generali feudi definitione. Item: Distributio, quæ est ex caussis efficientibus, pro summa habenda est: Causa enim semper præstantior. At diuisio feudi in ecclesiasticum & seculare, est ex caussis. Ergo pro summa habenda. Deinde etiam feudum improprium potest diuidi in seculare, & ecclesiasticum: Ergo non impedit, quo minus hæc pro summa habeatur. Idem obstat, quod omnis distributio debeat esse particeps definitionis generalis, quod hic non fit, quia supra dixistis feuda habere proprietates VIII, quæ feudo emptitio non omnia competunt: non enim libere conceditur.

Ad Thesin 20] Contra obstat *l. 8. de cast. enf. pecul.* vbi denominatio non immutat veritatem. Item obstat *l. 13. & l. 14 C. de probat.* vbi veritas præualet. Deinde obstat, quod na-

176 turalia † sint immutabilia, per *§ ius naturale, de iur. nat. gent. & ciu.* Ergo cum natura sua sit nouum, non immutabitur veritas. Item obstat, *l. 5. C. de iur. & fact. ignoran.* vbi falsa demonstratio non tollit veritatem. Item, si hæc thesis vera est, sequetur, si antiquum feudum tanquam nouum concederetur, etiam fieri nouum. Contrariorum enim eadem est disciplina, *l. 1. de his qui sunt sui vel alien. iuris.* Sed falsum hoc, *tit. 14. lib. 2.* Ergo & illud. Sed *d. tit. lib. 2* videtur obstare *tit. 45. lib. 2.* vbi dicitur eum de nouo inuestiri. Item obstat,

177 quod facta † infecta fieri non possunt. *l. 12. § 2. de capt. & postlim. reuers.* Ergo cum initio fuerit feudum nouum, non poterit fieri antiquum. Item obstat, quod hæc thesis non procedat in feudo ecclesiastico per *l. 14. C. de sacrosanct. Eccles.* quia alias deteriorem redderet; & Borcholt. *c. 4. n. 9. de feud. probat.*

Ad Thesin 23.] Idq; ad successionem eiusq; effectum quod attinet, pro re hæreditaria reputa-

reputari, licet Dd. incredibiliter dissentiant, probabilius videtur Didac. Couar. *lib. 2. reso. 18 n. 4.* Camerar. *in c. Imperialem §. praeterea ducatus. de prohib. feud. per Frid.*

Ad Thesin 26.] Contra obstat, quod dictio hæredis denotet rem, hæreditarium quiddam, per *l. hæreditas ff. de reg. iur.*

Ad Thesin 30.] Contra obst. *t. tit. 2. lib. 2. §. si vero.* vbi hæc feuda dicuntur recta, hoc est, propria. Item obstat, *l. 27. de mort. caus. donat.* vbi quando pactum contractui adimitur, transformatur in aliam speciem contractus: Ergo & feudum improprium non potest esse feudum, neq; sub eius definitione comprehendi. Item obstat, *tit. 73. lib. 2.* vbi feudum non potest vendi. Resp. non posse, nisi dominus consentiat.

DISPVTATIO III.

CONTINVATIO.

Qui feudum dare vel accipere possint, & quæ res in feudum dari possint, vel non.

Thesis 1. Feuda conferunt aut personæ Ecclesiasticæ, aut laicæ. Ecclesiasticæ, vt Papa, Primates, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Præpositus; an & Capitulum, sede vacante? Id quod magis est, *c. 1. in prin. de his, qui feud. dar. poss. tot. tit. Episc. vel Abbat. & ibi Dd.* Zasius *pag. 5. n. 48.*

2. Seculares, vt Imperator, Reges, Regis capitanei, valuasores, valuasini, & quilibet, qui rei dominus est, quiq; legitimam administrationem habet, siue masculus, siue fœmina fuerit, *tot. tit. quis dicatur Dux, March. Com.* Landtrecht. *lib. 2. tit. 59. tot. tit. de his, qui feud. dare poss. tot. tit. de feud. dat. minor. valuas. c. 1. per quos fiat inuestit.*

3. Non igitur infantes, pupilli, prodigi & furiosi: sed nec minor feudum nouum constituere potest, nec curatore quidem authore: vetus cum consensu curatoris renouare potest, *tot. titul. de rebus eorum, qui sub tutor. vel curator. capitul primo, versicul. noui, per quos fiat inuestitur.* Sonsbecc. *part. 6. numer. 19.*

4. Quod & in tutoribus & curatoribus placuit Dd. *d. tit. per quos fiat inuestit.* Wesenb. *de feud. c. 4. in fine.*

5. Feuda accipere possunt omnes cuiuscunq; sexus, siue masculi fuerint, siue fœminæ. *d. tit. per quos fiat inuestit. §. sed etiam res. vers. personam. cap. 1. de feud. fœmin. c. 1. quomodo feud. ad filium pertin.*

6. Siue cuiuscunq; ætatis, infantes siue pupilli, siue minores: hi quidem siue tutorum, siue curatorum authoritate; illi non alias, quam tutoribus authoribus, *argument. §. 1. Institut. de authoritat. tutorum.* Borcholt. *de feud. capit. 5. num. 46.*

7. Et

7. Et cuiuscunque sint conditionis, siue ecclesiastici fuerint, id quod in Principibus non habet dubitationem, & in cætero Clero receptum est: Si à valente domino nouum accipiat. Lanstrecht. *lib. 3. art. 9.* Matth. Wesen. *cap. 5. num 2. per cap. ex transmiss. de foro compet.*

8. Non solum ab ecclesiastico, sed etiam laico, quanquam antiquum per clericatum amittat; etiamsi per alium seruitia præstare velit Borcholt. *cap. 5. n. 49. c. qui Clericus si de feud. defunct. content. sit inter domin. & agnat. vasall.* Hartm. Pistor. *part. 2. quæst 33.*

9. Siue laici fuerint, tam in dignitate positi, quam inferiores, tam filiifamil. & serui, quam patresfamil. & domini; *d. versic. personam. per quos fiat inuest.* Duaren. *cap. 6. n. 15.*

10. Quo casu patri nec feudum, nec vsumfructum in feudo acquiri verius est, Borcholt. *c. 5. n. 48.*

11. An autem Prælati ecclesiarum feudum aptum consanguineis & affinibus suis concedere possint? posse obtinuit. *arg. l. cum acutissimi, C. de fideicom.* Curt. *p. 7. q 7.* Mynsi. *cent. 5. obs. 47.*

12. Sed nec defectus aliquis acquirendi feudum impedimento est, *tit. an mutus vel alias imperfect. feud. retin. & ibi Dd. omnes.*

13. Arcentur à feudo omnes hæretici, banniti, & damnati ob crimen publicum, *argumento. l. Apostatarum. C. de Apostat. l. Manichæos. C. de hæretic. cap. fin. extra. de hæret.*

14. Consistit autem feudum in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in his, quæ inter immobilia connumerantur, *tit. de feud. cognit.*

15. Res soli aut singulares sunt, aut Vniuersitatis, vt Principatus, Ducatus, Marchionatus, territorium, castrum.

16. Et his quidem concessis omnia iura cohærentia concessa intelliguntur, & castro siue territorio iurisdictio & imperium merum & mixtum cohærens accedit. Couar. *variar. resol. c. 1. conclus. 9.*

17. Et alia re immobili in feudum data, venationes, piscationes, molendina, & alia iura concessa censentur. Iacobin. de S. Georg. *verb. & cum molendin.* & verb. *& cum venation.* & verb. *cum piscation.*

18. An & cum prædio feudali pisces in aquis? concedi putamus, dummodo perpetuitatis, & non custodiæ causa ibi existant. Wesenbec. *capit. 7. num. 3.*

19. Non item veniunt regalia vt bona priuatorum, quæ in illo territorio sita sunt; Iacob. de S Georg. *in verb. cum mero & mixto imperio, nu. 16. & 18.* per ea, quæ tradit Ioan. Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 8. fol. 102. & per totum.*

20. Sed

20. Sed ita demum hæ res in feudum dantur, si nec res sunt sacræ, nec religiosæ, nec alias alienæ prohibitæ. *d. tit. per quos fiat inuestit.*

21. Res enim ecclesiæ, quæ sua natura sunt inalienabiles, in feudum dari non possunt: quæ vi in patrimonio esse possunt, licitæ conceduntur. *capit. quamuis. & c. prohibemus. de decimis. c. 2. extra de feud.*

22. Et quidem si infeudari solitæ sunt sine solennitate, quæ alias in alienationibus harum rerum obseruari solet, si neq; Capituli consensu id fieri potest. Curt. *pag. 2. quæst. 1.* Zas. *p. 4. nu. 47.*

23. Sin vero de nouo concedantur non aliter quam habito super ea re diligenti tractatu, *c. fine exceptione. 12. q. 2. cap. 1. & 2. de reb. eccles. non alien. in 6.* Wesenb. *c. 7. num. 1.*

24. An autem Prælatus tenetur illas res solitas infeudare? non cogi receptum est, Myns. *cent. 5. obs. 47.*

25. Definit autem res solita infeudari, dico si Ecclesiæ incorporata sit: quod fit quando Episcopus curat illam scribi inter reliqua bona mensæ ecclesiæ. Borcholt. *c. 6. n. 18.*

26. In rebus solo cohærentibus etiam feudum consistit, vt sunt iurisdictio, ius venandi, piscandi, aucupandi & similia. Molinæus *in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 8. n. 17.*

27. Item in rebus, quæ inter immobilia connumerantur, Gayl. *libr. 2. obseruat. 11.*

28. Quibus consequens est, in re mobili non consistere feudum; id quod verum est, etiamsi cautio præstetur. VVes. *c. 7. n. 8.*

29. Coronidis loco sit, pecuniam ex feudo redactam, feudalem non reputari. Borch. *c. 6. nu. 14.* VVes. *cons. 79. per totum.*

DISPVTATIONIS III.

Qui feudum dare vel accipere possint, & quæ res in feudum dari possint vel non; Obiectiones & Resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Ius omne hominum causa constitutum est.*
2 *Ius nosse parum est, si personæ ignorentur, quarum gratia ius factum est.*
3 *Natura rerum gratia hominum omnia comparauit.*
4 *Feuda dare possunt tam personæ ecclesiasticæ, quam seculares.*
5 *Personæ ecclesiæ dicuntur clerici, & cur?*

1 CVm hominum gratia † omne ius sit constitutum, *l. 2 ff. de stat. hom* Et parum sit ius
2 nosse, si personæ ignorentur, quarum causa ius † est constitutum. § *fin. instit. de iur. nat. gent. & ciuil*, quorum gratia rerum natura omnia † comparauit. §. *in pecudum Instit.*
3 *de rer. diuis.* nunc cõmodissime etiam de personis, quæ feudum dare & accipere possunt, age-

agemus. Feuda deni † personæ ecclesiasticæ & seculares; quod satis probatur *in c. vnic. in* 4
princ. de his, qui feud. dare & accipere poss. d. c. vnic. qui success. feud. dare tenent. c. vnic. in pr. in.
Episcopum vel Abbatem, &c. Ecclesiasticæ personæ † clerici vocantur, & cultui religionis 5
sunt addictæ, *tot. tit. C. de Episc. & Cler.* Inter quos summum locum tenet Papa † seu Pon- 6
tifex Romanus, quem feuda dare posse dubium non est, *c. ad Apostolica. §. hac, de sentent. &*
re iudic. lib. 6. Bal. *in d. c. vn. qui feud. dare poss.* Schneid *part. 3. n. 6.* licet eius expresse non fiat
mentio *in d. c. vn. in pr. de his, qui feud. dare poss.* Et ideo Papa feudum dare potest, quia con-
currit cum omni prælatura ecclesiastica, quoad iurisdictionem & potestatem, Zas *part. 5.*
n. 44. Sonsb. *part. 6. n. 2.* Schneid. *part. 3 n. 5.* modo se non nimis turpiter daret, dum vtrum-
que gladium ecclesiasticum & politicum ad se rapit, & Imperatoribus Romanis sese su-
perbe præfert; vt constat ex *cap. 1 §. igitur. & tot. tit. de maioritat. & inobedientia, in extrauag.*
& ex clement. pastorali per tot. de sent. & re iud. vnde & Bald. *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*
dicit, quod Papa † sit iustus & summus vicarius Domini, Deinde primam & † primates 7
alii ecclesiastici feuda concedere possunt; quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, 8
Abbatissæ, Præpositi, *d. c. vn. in princ. de his, qui feud. dare poss.* Zas *part. 5. n. 41.* Sonsb. *part. 6.*
n. 1. Schneid. *c. 3. n 18.* Et quidem præter Capituli solemnitatibus res solitas infeudare
possunt, si scil. consuetudo eorum antiquitus fuerit feudum dare, vt loquitur Gerhard.
in pr. d. c. vn de his, qui feud. dar. poss. c. vn. n. vlt. si de inuest. int. domin. & vasall. lis oriatur, cap.
vn. §. fin. in fin. quibus modis feudum constitui possit. Et hæc communiter de consuetudine
obseruentur. Zas *part 5. n. 47.* Sonsb. *part. 6. n. 3.* Curt. *p. 2 q. 1. n. 12.* Duar. *c. 6. n. 4.* Wesenb. *c.*
4. in pr. Schneid *p. 3. n 48.* quod tantum verum est, vt etiam prælatura vel sede vocante Ca-
pitulum ipsum infeudare possit, nisi sit ecclesia cathedralis. Sonsb. *d. p. 6. n. 4.* Zas. *part. 5. n.*
48. Deinde non tantum ecclesiæ bona, sed etiam patrimonialia & propria Clerici bona 9
in feudum dari possunt, per tex. *in c. vnic.* Clerico inuestituram faciente de suis bonis *de*
Clerico, qui inuest. facit Schneid. *part. 3. n 21.*

Sed obiicitur, *c. vn. in pr. Episcopum & Abbat.* vbi dicitur, quod ecclesiasticæ personæ
non possint dare; falsum igitur est, quod antea asseruimus.

Resp. *In d. c. vn. Episc. vel Abb. in fin. pr.* confirmatur nostra sententia: in principio vero
de titulis, hoc est, de certis rebus, quæ dabuntur Episcopis vel Abbatib. vt inde sese ale-
rent, quarum datio ex decreto Vrbani Papæ in sancta synodo confirmata non valet; si
aut ante data sunt, infirmiter manent: hoc est, si ita consuetudo ante fuit, *d. c. vn. Episc. vel*
Abb. Boreh. *c. 5. n. 10.* Seculares personæ † secularibus & profanis imperii negotiis præsti- 10
turæ, similiter feuda dare possunt, quales sunt Imperatores. *d. c. vn. de his, qui feudum dar.*
poss. c. vn. de nat. feud. Zas. *p. 5. n. 1.* qui est † mundi dominus, *l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* 11
quales sunt reges †, qui etiam feuda dare possunt, *c. vn. quis dicatur Dux,* Zas. *d. p. 5. n. 45.* 12
Quales † sunt capitanei Regni, qui dant feuda, & Electores, Principes, Duces Marchio- 13
nes, Managraphi, Comites, Barones, ab Imp. creati, *d. c. vn. de his, qui feudum dar. poss.* Curt.
p. 2. de feud. laicorum q. 1. quales sunt valuasores minores, qui a capitaneis regni inuestiri 14
solent. Hinc aliis feuda dare possunt, qui dicuntur minores regni valuasores. *d. c. vnic. de*
nat. feudi. Zas. *p. 5. n. 10. cum seq. d. c. vn. quis dicatur Dux, &c.* quemadmodum superius ad
feudorum quintam diuisionem fuit dictum: & in summa quilibet etiam priuatus ciuis 15
vel rusticus bonorum suorum liberam habens administrationem, feudum dare potest. *c.*
vn. per quos fiat inuestitura. Zas. *p. 5. n. 31* Curt. *p. 2. de feud. laicorum, q. 4* Schneid *part. 3 n. 69.*
Duar. *c. 6. n. 1.* Boreh. *c. 5 n. 41.* Et in minores sæpe valuasores esse possunt, qui aliis etiam in
feudum recte quid dant, *c. vnic. in fin. de natura feud.*

Sed obiicitur, *c. vn. § fin. de his qui feud. dare possunt*, vbi dicitur, quod à maioribus regni valuasoribus feudum datur, iure feudi censeri: quod vero à minoribus regni valuasoribus datur, iure feudi non censeri: Feuda igitur dare non
16 † possunt minores valuasores, inter quos rustici & alii esse possunt.

Resp. Dicitur quidem *in d. c. 1. § fin.* minores valuasores proprie feuda non dare, sed modernorum sententia, idem prorsus est in maioribus, quod in minoribus valuasoribus. *d. c. vn. in fin. de natura feudi.* Deinde & superius dictum, ex *d. c. vn. in princ. per quos fiat inuestitura*, quilibet habentes suarum rerum administrationem liberam, feudum dare possunt. Dum igitur inuestitura feudi noui fieri potest a nullo, nisi qui legitime suorum bonorum administrationem habet, relinquitur eum, qui qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, per feudum inuestituram facere non posse. *d. c. vn. in princ. per quos fiat inuestitura.*

27 Pupillus igitur feudum nouum † non recte concedit, cũ sit sub tutoris potestate, nec sine eius authoritate conditionem suam facere possit deteriorem. *§. 1. Institut. de author. tut. l. pupillus. 11 ff. de acquir. rer. domin.* Et deterior fieret eius conditio, si in feudum quid daretur: cum in feudum datio primum facta sit alienatio, qua dominium importatur. Duaren. *cap. 6. num. 2.* Borcholt. *cap. 5. num. 42.* Deinde nec prodigi, nec furiosi, mente capti, minores 25 annis liberam bonorum suorum habent administrationem, cum à curatoribus regantur. *tot. tit. Instit. de curat. tot. tit. ff. de minoribus 25. annis.* Duar. *cap. 6. num. 10.* quo fit, vt inuestituram de nouo feudo facere non possint, cum lege prohibeantur etiam præsente tutore, vel curatore, de suis rebus disponere, nisi simul adsit decretum iudicis, & causæ cognitio, *tot. titul. C. de præd. & aliis rebus minoribus, sine decret. non alienan. tot. tit. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt.* Zasius *part. 5. num. 45.* Sonsbec *part. 6. num. 24.* Hæ tamen personæ antiqui feudi inuestituram etiam absque tutorum authoritate vel consensu curatorum facere possunt, *dict. capit. vnic. & ibi gloss. per quos fiat inuestitura.* Zas. *part. 5. num. 36.* Borcholt. *cap. 5. numer. 43.* Et hoc ideo, quia tenentur inuestire vasalli demortui filium vel agnatum in antiquo feudo, cum feudo perpetuo datur, & in primo acquirente quidem nouum, in successoribus vero antiquum habeatur, *dict. cap. vn. in fin. in quibus causis feudum amitt.* Nec per id deteriorem facit conditionem suam pupillus, quia domini, qui habent vasallos, videntur per id accipere dignitatem & iurisdictionem *cap. vnic. de prohibit. feud. alien. per Fridericum.* Schneidevv. *part. 3. n. 22.* Duaren. *cap. 6. num. 9.* Deinde domini accipiũt iuramentum fidelitatis à vasallo, quo eorum conditio redditur melior, cum auxilium & honesta seruitia exspectant contra aliorum insidias, & machinationem à vasallo, *cap. vnic. de noua form. fidelit.* quibus illa ætas est subiecta, *tot. tit. ff. de minorib. 25. annis.*

28 Tertio, non alienat, quia † veterem alienationem renouat. *argumento, l. 1. § aquaeductus, ff. de aqua quotid. & æstiua.* Duar. *c. 4 n. 10.* Hinc tutorum authoritas vel consensus curatorum eis necessarius non est. *d. § 1. de author. tut.*

Sed huic sententiæ duo obiiciuntur. Primo, *l. obligatus. § pupillus ff. de author. tut.* vbi dicitur, pupillum ex omnibus caussis soluendo sine tutoris authoritate nihil agere: quia nullum dominium transferre potest: Ergo non potest facere in antiquo feudo inuestituram, sine tutoris authoritate, quæ quasi solutio quædam est.

Resp. Pugnat hoc textu Sonsb. *part. 6. n. 20.* & tenet contrarium: sed dicendum est, textũ illum loqui de solutione pecuniæ, circa quam nulla vertitur vtilitas. Deinde trãsfertur ibi dominium directum; hic aũt circa hanc solutionem eius feudi, quod debetur,

magno

magna versatur vtilitas, vt supra dictum. Deinde in feudo dominium directum nō transfertur, sed tantum vtile, hoc est, vsusfructus: vt superius dictum.

Deinde obiicitur, quod Zasius & alii id male asserant per text. *in d.l.magis puto. 5.§. sed si pater.ff.de rebus eorum, qui sub tutela, &c.* vbi expresse dicitur, si pater stipulanti feudum promittit, & pupillus succedit in stipulatum, fortius dicetur sine authoritate Prætoris pupillum reddere, id quod ex stipulatu debetur extraneo cuidam: Ergo dum succedit in inuestiendo marito, etiam sine tutoris authoritate potest inuestituram dare, quam facere tenetur. Dicit autem Sonsbeccius, illum textum quidem Prætoris authoritatem non requirere, nec tamen excludere tutoris authoritatem, quasi nihilominus sit necessaria tutoris authoritas. Verum est, tutoris authoritatem non posse excludi, exclusa Prætoris authoritate: quia tamen summa hic vtilitas subest, quæ non ita est in stipulatione illa, idq; dicimus per iuris analogiam communem, quæ est, pupillum sine † tutoris authori- 19
tate posse facere conditionem suam meliorem, quod hic facit, non autem deteriorem. *d.§.1.Instit. de author.tut.§.admonendi. Instit. quibus alien. lic. vel non.* Deinde etiam tantum pupilli & minores, sine tutoris vel curatoris præsentia antiqui feudi inuestituram facere possunt. sed è contrario etiam tutor vel curator sine præsentia pupillorum, vel minorum id facere possunt: ideo, quia bonorum administrationem habent, quæ hoc loco est vtilis pupillo & minori, quamuis nouam inuestituram facere prohibeantur: vt superius dictum fuit, *l.sciendum.ff de ritu nupt. dict.l.magis 5.§. pupillus.ff.de rebus eorum, qui sub tutela sunt.* Zas *part.5.num.*40. Schneidv *part 3.num.*86.

Sed obiicitur, tutores & curatores non esse liberos moderatores bonorum pupilli & minoris: Ergo non posse id facere.

Resp. Faciunt, dum conditionem meliorem pupilli & minoris; possunt igitur propria authoritate id facere: alias si vellent alienare bona pupilli & minorum, non possent id facere, nisi causæ cognitione à Prætore facta præcedente. *tot.tit.ff.de rebus pupill. vel minorum, sine decreto non alien.* Procuratores etiam aliena negotia iussu dominorum administrantes, *l.1 ff.de procurat.* rectum feudum dant. *d.c.vn.§.sed non vers.sed vtrum, per quos fiat inuestitura.* vt & nuntii dominorum, *c. vn.§.item sciendum. de nat. feud.* Ex Dd. tamen sententia procurator tum demum nouum feudum dat, si habet speciale mandatum, alias si generale habet mandatum, potest tantum antiqui feudi inuestituram facere, *l. mandato generali.l.procurator.& ibi gl.ff.de procur* Sonsb *par.6.n.*77. Zas. *par.5.n.*41. Schneid. *part.3.n.*87. Duar. *c 6.n.*12. Hinc etiam sequitur fœminam feudum † dare, & veteris feudi reno- 20
uationem dare posse, cum liberam habeat suarum rerum administrationem. *d.c.vn.§ fœminam. & in prin.c.tit.per quos fiat inuestit.* Schneidev *par.3.n.*72.

Sed obiicitur, fœminam non posse in feudum dare quid, quia ab omnibus ciuilibus & publicis muneribus, ac officiis est remota. *l fœmina. ff. de regul. iuris* & prohibetur moribus iudicare. *l cum Prætor ff.de iudiciis.* At, qui feudum dat, tenetur stare in iudicio, si litigat, tum accipit iurisdictionem, *c. vnic. an apud iudic. vel curiam domini quæstio feudi sit determinanda.*

Resp. Consuetudo pro lege † & iure habetur. *§.ex non scripto.Instit. de iure natur. gent. & ciuil. l. de quibus.ff de legib.* Quia igitur consuetudine Longobardorum fœmina dat feu- 21
dum, iure accipit iurisdictionem, & potest stare in iudicio, & dum iure est munita, & feudum dat, non peccat, *l.Grachus. C.ad leg. Iul. de adult.* quæ consuetudo dum nondum est mutata, cur stare prohibeatur? *l.sancimus.C.de test.* Zas. *part.5.n.*34.

Secundo obiicitur, fœminam non succedere in feudo regulariter; Ergo etiam feudū dare non potest.

Secundo obiicitur *l.cum Clericis* § 1 *C. de Episcopis & Clericis*. Vbi prohibentur iurare Clerici, & in inuestitura præstatur iusiurandum. *d.c. vn.* § *fin. per quos fiat inuestitura*. Ergo non possunt accipere feudum.

Resp. Ibi loquitur Martianus Imperator de iuratoria cautione, quam Clerici non præstant, vt nec iuramentum calumniæ, *c. vn. extraord. de iuram. calumniæ*. Deinde illa lex directa est ad Clericos Constantinopolitanos; deniq; nusquam in Pandectis & Codice id prohibitum est: imo potest Episcopus iurare propositis sacrosanctis Euangeliis, non quidem corporaliter. *Nou* 132. *l. rem non nouam C. de iudiciis*. Reliqua apud Pistorium *in d. quæst.* 33 & apud D. Botch *in d. loco*, vide.

POstquam dictum fuit superius de personis, quæ feuda dare & accipere possunt: Dicendum nunc est de rebus, in quibus feudum consistere potest, exemplo Iustiniani, qui, postquam in primo libro Institutionum egit de personis, quibus ius detur, postea secundo & tertio libro agit de rebus.

83 Et primo sciendum est, feudum in rebus † secularibus & ecclesiasticis consistere posse, *c. vn.* § *fin. de feud. cognit. c. vn. in princ. de his qui feudum dare possunt. c. vn. in princ. Episcopum vel Abbatem. c. vn. qui success. feud. dare teneant*. Rei vocabulum latissimum est, tam corpora quam iura, tam res mobiles quam immobiles continens. *l. rei appellatio est, ff. de verb. signif.*

Feudum vero non in mobilibus rebus, sed in rebus soli, hoc est, terræ seu solo cohærentibus, ac in iis, quæ inter immobilia numerantur, hoc est, æquipollentibus consistit. quod Obertus de Orto proponit *in d. c. vn.* § *fin. de feud. cogn.* Et alias id in definitione feudi expresse indicat, *in c. vn.* §. *fin. in quib. caus. feud. amit.* in verbis: *rei immobilis*. Nec interest, res illa alicuius sit sola vel propria, an vero communis *c. vnic.* §. *item sciendum de not. feud.* vel aliena, per *l. rem alienam.* 29. *C. de contrah. empt.* quamuis tamen dominus de euictione à vasallo tum conueniretur, *c. vn* § *si facto. si de feud. defunct. contentio sit, &c.* Wesenb. *c.* 7. *n.* 7. Sonsb. *part.* 8. *n. vlt.*

84 Mobiles igitur res † per se in feudum dari non possunt, cum vsu consumantur, idq; à contrario sensu, *d. cap. vnic.* §. *fin. de feud. cognit.* Zas. *part.* 4. *num.* 21 Schneidev *part.* 2. *num.* 16. Res autem soli seu æquipollentes tum demum dantur in feudum, modo sine commerciales, hoc est, non prohibeantur alienari, Zas *part.* 4. *num.* 2. Sonsb. *part.* 8. *nu.* 3. Schneidev. *part.* 2. *num.* 2. Nam quarum rerum alienatio prohibetur, non possunt per beneficium, hoc est, feudum dari, vt loquitur Obertus *in c. vnic.* §. *sed etiam: per quos fiat*

85 *inuestitur.* Wesenbec *cap.* 1. *num.* 4. Ergo res sacræ, sanctæ, † religiosæ, publicæ, quæ extra commercium nostrum sunt, in feudum dari non possunt, §. *vniuersitatis* §. *sacra Institut. de rer. diuis* §. 1 *Instit. de inutilib. stipulat.* 16. *in princ. ff. de contrah. empt.* Deinde res, quæ lege vel statuto, aut consuetudine prohibentur alienari, in feudum dari non possunt. Sonsb. *part.* 5. *num.* 3. Botch. *cap.* 6. *num* 10 *cum seq.* vtpote fundus dotalis, *tot. tit. ff. de fundo dotali.* §. 1. *Instit. quib. alien licet, vel non.* Sonsb. *part.* 8. *num.* 11. Sic prædia minorum 25. annis lege, hoc est, constitutionibus Imperialibus prohibentur alienari sine decreto Prætoris, *tot. tit. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel curatione sunt. tot. tit. C. de prædiis & aliis rebus minoribus sine decret. non alienand.* Deinde ex Imperatoris Iustiniani constitutione, bona aduentitia liberorum, hoc est, liberis vel donata vel testamento relicta, quorũ vsumfructum pater habet, dum viuit, §. 1. *Instit. per quas personas nob. acquir.* ex constitutione Iustiniani alienari prohibentur, *l. cum oportet. C. de bonis quæ lib.* Deinde quæ sta-

tuto vel consuetudine prohibentur alienari, lege & iure prohibentur Sonsb.*part.8.n.15.* quia consuetudo est ius, & imitatur legem § *ex non scripto. Inst. de iure natur. gent. & ciuil. l. de quibus. ff. de legib.* & comparantur † inter se lex municipii, hoc est, statutum & consuetudo, *in l.6. in pr. ff. quod cuiuscunq; vniuersitas.* Id igitur, quod statuto vel consuetudine prohibetur, id lege prohibetur. 36

Secundo, feudum consistit in rebus, quæ solo cohærent, hoc est, quæ solo infixæ sunt & quasi eius pars, *d.c.vn.§ fin. de feud. cognit.* Ex earum numero sunt fructus pendentes, qui sunt pars feudi. *l. fructus 44 ff. de rei vindicat.* Zas. *part 4 nu 4.* Ex eorum numero sunt molendina à ventis agitata, ædes rusticæ, quæ solo cohærent, ex loco moueri possunt: ex earum numero sunt castra, fortalitia, quæ omnia superficiei appellatione veniunt. *tot. tit. ff. de superficiebus.* Wes.*c.7.n.1.* Curt. *part. pr quæst.6.n.12.* Zas. *part.4.nu.5.* Sonsb *part.7.n.21 cum seq.* Schneidv. *part. 2. n. 42.* Id tamen secus esse, in molendis in aquis natantibus, cum solo non cohæreant, sed aquæ, & inter immobilia non referantur, in quibus feudū consistit. vult Borch *c 6.n.11 in fin*

Tertio & vltimo, feudum † consistit in iis rebus, quæ inter immobilia connumerantur, *d.c.vn. §. fin. de feud. cognit.* eius exempla ponit Obertus in feudo Cameræ & Cauenæ, de quibus superius ad primam diuisionem fuit dictum. 37

Feudum autem Cameræ est, quando dominus † ex ærario suo vasallo certum assignat stipendium, vndē se alat. Feudum de Cauena dicitur, quando dominus † ex cellario præbet vasallo annonas, vinum, oleum, frumentum, vnde se sustentet, *c.vn. in pr. de not. feudor.* Zas. *part. vlt.n.31.* Wes. *c.2.n. vlt* Hinc satis apparet, quæ res inter immobilia referantur, scil. pecunia, Zas. *part. 4.n.1. cum seq.* Schneidev. *part.2.n.19.* Pecuniæ autem appellatio latior his est. *l. pecunia verbum ff de verb sig.* 38 39

Feudi igitur Cameræ pecunia numerata, in qua consistit, in feudum dari potest. Nummi enim, etsi iura quidem non sint, cum tangi possint, tamen incorporales res sunt, & corporalibus opponuntur. *in l. qui hæredis 46 ff de condict. indeb* vbi postquam ICtus Iauolenus dixit de nummis, subiicit in fine, idem esse in rebus corporalibus; quæ oppositio satis argumento est, nummos † esse potius res incorporales, idq; ideo forsan, quia pecunia numerata ipso vsu assidua permutatione quodammodo extinguitur, vt loquitur Iustin. Imperator. *in §. constituitur. Instit. de vsufruct.* Deinde pecuniæ † verbum significat quantitates, vt sunt vinum, oleum, frumentum. *d. l. pecunia nomine. d. l. pecunia verbum.* Dum igitur feudum cauenæ in his consistit, etiam illæ in feudum dari possunt. *d. c. vn. § fin de feud. cognit.* 40 41

Sed obiicitur, *Nou.12 de nupt §. & quia parum.* vbi postquam Iustin. egit de rebus immobilibus, subiicit: *Si vero vniuersa constituta est forte in pecuniis, vel aliis rebus mobilibus.* Deinde id patet expresse ex *auth. hoc nisi, in pr. in verb. pecunia, vel alia re mobili. C. de solut.* Ergo falsum est, quod dictum fuit, pecuniā vel nummos esse res incorporales, & per cōsequens immobiles, quia quæ incorporales sunt, vt iura, immobilibus annumerantur. *l. 2 C. de seruit. & aqua.*

Respon. Dicimus illas res immobilibus annumerari, non quod vere sint immobiles, quia sua natura inspecta sunt mobiles: inspecto autem eo, quod in feudum dantur, potest dici, eas res immobilibus annumerari, earumq; naturam quodammodo seruari. Deinde quia assiduo permutationis vsu quasi extinguitur nummus, cuius gratia est inuentus *l.1. ff de contrah. empt.* vnde immobilium naturam quasi accipiunt, cum non videantur vel cernantur nummi, ratione permutationis & permixtionis, quemadmodum &

7. Et cuiuscunque sint conditionis, siue ecclesiastici fuerint, id quod in Principibus non habet dubitationem, & in cætero Clero receptum est: Si à valente domino nouum accipiat: Landtrecht. *lib.3. art. 9.* Matth. Wesen. *cap.5. num 2. per cap. ex transmissa de foro compet.*

8. Non solum ab ecclesiastico, sed etiam laico, quanquam antiquum per clericatum amittat; etiamsi per alium seruitia præstare velit Borcholt. *cap.5. n.49. c. qui Clericus fi de feud. defunct. content. sit inter domin. & agnat. vasall.* Hartm. Pistor. *part.2. quæst 33.*

9. Siue laici fuerint, tam in dignitate positi, quam inferiores, tam filiifamil. & serui, quam patresfamil. & domini; *d. versic. personam. per quos fiat inuest.* Duaren. *cap.6. n.13.*

10. Quo casu patri nec feudum, nec vsumfructum in feudo acquiri verius est, Borcholt. *c.5. n.48.*

11. An autem Prælati ecclesiarum feudum aptum consanguineis & affinibus suis concedere possint? posse obtinuit. *arg. l. cum acutissimi, C. de fideicom.* Curt. *p.7. q 7.* Mynf. *cent.5. obs.47.*

12. Sed nec defectus aliquis acquirendi feudum impedimento est, *tit. an mutus vel alias imperfect. feud. retin. & ibi Dd. omnes.*

13. Arcentur à feudo omnes hæretici, banniti, & damnati ob crimen publicum, *argumento. l. Apostatarum. C. de Apostat. l. Manichæos. C. de hæretic. cap. fin. extra. de hæret.*

14. Consistit autem feudum in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in his, quæ inter immobilia connumerantur, *tit. de feud. cognit.*

15. Res soli aut singulares sunt, aut Vniuersitatis, vt Principatus, Ducatus, Marchionatus, territorium, castrum.

16. Et his quidem concessis omnia iura cohærentia concessa intelliguntur, & castro siue territorio iurisdictio & imperium merum & mixtum cohærens accedit. Couar. *variar. resol. c.1. conclus.9.*

17. Et alia re immobili in feudum data, venationes, piscationes, molendina, & alia iura concessa censentur. Iacobin. de S. Georg. *verb. & cum molendin.* & verb. *& cum venation.* & verb. *cum piscation.*

18. An & cum prædio feudali pisces in aquis? concedi putamus, dummodo perpetuitatis, & non custodiæ causa ibi existant. Wesenbec. *capit.7. num.3.*

19. Non item veniunt regalia vt bona priuatorum, quæ in illo territorio sita sunt; Iacob. de S Georg. *in verb. cum mero & mixto imperio, nu.16. & 18.* per ea, quæ tradit Ioan. Bodin. *lib.1. de Republ. c.8. fol.102. & per totum.*

20. Sed

20. Sed ita demum hæ res in feudum dantur, si nec res sunt sacræ, nec religiosæ, nec alias alienæ prohibitæ. *d. tit. per quos fiat inuestit.*

21. Res enim ecclesiæ, quæ sua natura sunt inalienabiles, in feudum dari non possunt: quæ vi in patrimonio esse possunt, licitæ conceduntur. *capit. quamuis. & c. prohibemus. de decimis. c. 2. extra de feud.*

22. Et quidem si infeudari solitæ sunt sine solennitate, quæ alias in alienationibus harum rerum obseruari solet, si neq; Capituli consensu id fieri potest. Curt. *pag. 2. quæst. 1.* Zas. *p. 4. nu. 47.*

23. Sin vero de nouo concedantur non aliter quam habito super ea re diligenti tractatu, *c. fine exceptione. 12. q. 2. cap. 1. & 2. de reb. eccles. non alien. in 6.* Wesenb. *c. 7. num. 1.*

24. An autem Prælatus tenetur illas res solitas infeudare? non cogi receptum est, Mynſ. *cent. 5. obſ. 47.*

25. Definit autem res solita infeudari, dico si Ecclesiæ incorporata sit: quod fit quando Episcopus curat illam scribi inter reliqua bona mensæ ecclesiæ. Borcholt. *c. 6. n. 28.*

26. In rebus solo cohærentibus etiam feudum consistit, vt sunt iurisdictio, ius venandi, piscandi, aucupandi & similia. Molinæus *in consuetud. Parif. §. 1. gloſſ. 8. n. 17.*

27. Item in rebus, quæ inter immobilia connumerantur, Gayl. *libr. 2. obseruat. 11.*

28. Quibus consequens est, in re mobili non consistere feudum; id quod verum est, etiamsi cautio præstetur. VVes. *c. 7. n. 8.*

29. Coronidis loco sit, pecuniam ex feudo redactam, feudalem non reputari. Borch. *c. 6. nu. 14.* VVes. *conſ. 79. per totum.*

DISPVTATIONIS III.

Qui feudum dare vel accipere possint, & quæ res in feudum dari possint vel non; Obiectiones & Resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Ius omne hominum causa constitutum est.*
2 *Ius noſſe parum eſt, ſi perſonæ ignorentur, quarum gratia ius factum eſt.*
3 *Natura rerum gratia hominum omnia comparauit.*
4 *Feuda dare poſſunt tam perſonæ eccleſiaſticæ, quam ſeculares.*
5 *Perſonæ eccleſiaſticæ dicuntur clerici, & curi*

6 *Papa feudum dare potest, & dicitur iustus & summus vicarius Domini, n. 7.*
8 *Primaris & primates Ecclesiæ feudum concedere possunt, & quinam hi sint?*
9 *Quænam bona in feudum dari possint?*
10 *Seculares personæ feuda dare possunt, & quænam?*
11 *Imperator est mundi dominus.*
12 *Reges feuda dare possunt: sic capitanei regni quoque. n. 13. hinc valuasores maiores, item minores, n. 14. item quilibet priuatus, n. 15.*
16 *Valuasores minores an feuda dare possint, & quid de pupillo? n. 17.*
18 *Is non alienat, qui veterem alienationem renouat.*
19 *Pupillus sine tutore suam conditionem meliorare, non autem deteriorare potest.*
20 *Fœmina an & quando feudum dare possit? n. 22.*
21 *Consuetudo pro lege & iure habetur.*
23 *Mutus, surdus aliusq; imperfectus an feuda dare possint?*
24 *Quilibet suarum rerum est moderator liber & arbiter*
25 *Feudi capax est omnis, qui feudum accipere non expresse prohibetur.*
26 *Seruorum conditio ad monachos quoque hodie trahitur.*
27 *Fœmina, mutus, claudus, & surdus feuda accipere possunt, & quomodo? n. 28 quid de furioso & mente capto, n. 29. & de infante, n. 30.*
31 *Aliquis non tantum per seipsum, sed etiam per procuratorem feudum accipit, & quid de Clericis dicendum? n. 32.*
33 *Feudum in quibus rebus consistat, n. 37.*
34 *Res nobiles an in feudum dari possint, & quando?*
35 *Res sacra, sancta, religiosa & publica in feudum non dantur.*
36 *Statutum & consuetudo inter se comparantur.*
38 *Feudum Cameræ quid, & feudi de Cauena definitio quæ? n. 39.*
40 *Nummi an sint res incorporales.*
41 *Verbum,* pecuniæ, *late sumitur: & refertur inter res, quæ seruando seruari non possunt,* num. 42.
43 *Reditus annui an inter immobilia referantur?*
44 *Seruitutes inter immobilia connumerantur: sic ius venandi quoq; immobilibus annumeratur n. 45. quæ actio competat? n. 47.*
46 *Consuetudo est optima legum interpres. n. 58.*
48 *Ius piscandi & aucupandi, an in feudum dari possit?*
49 *Iurisdictio vnde dicta?*
50 *Ducatus, Marchionatus, Comitatus in feuda dati, immobilibus annumerantur.*
51 *Ecclesiæ res an in feudum dari possint?*
52 *Consuetudines feudales vincunt leges ciuiles.*
54 *Præscriptio est legitimus modus acquirendi feudum.*
55 *Decima an à Prælato laico in feudum dari possint?*
56 *Appellatione hæreditatis feudalia non veniunt.*

1 CVm hominum gratia † omne ius sit constitutum, *l. 2 ff. de stat. hom* Et parum sit ius
2 nosse, si personæ ignorentur, quarum causa ius † est constitutum. § *fin. instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* quorum gratia rerum natura omnia † comparauit. § *in pecudum Instit.*
3 *de rer. diuis.* nunc cōmodissime etiam de personis, quæ feudum dare & accipere possunt, age-

agemus. Feuda dent † personæ ecclesiasticæ & seculares; quod satis probatur *in c. vnic. in* 4
princ. de his, qui feud. dare & accipere poss. d. c. vnic. qui success. feud. dare tenent c. vnic. in princ.
Episcopum vel Abbatem, &c. Ecclesiasticæ personæ † clerici vocantur, & cultui religionis 5
sunt addictæ, *tot. tit. C. de Episc. & Cler.* Inter quos summum locum tenet Papa † seu Pon- 6
tifex Romanus, quem feuda dare posse dubium non est, *c. ad Apostolica. §. hac, de sentent. &*
re iudic. lib. 6. Bal. *in d. c. vn. qui feud. dare poss.* Schneid *part. 3. n. 6.* licet eius expresse non fiat
mentio *in d. c. vn. in pr. de his, qui feud. dare poss.* Et ideo Papa feudum dare potest, quia con-
currit cum omni prælatura ecclesiastica, quoad iurisdictionem & potestatem, Zas *part. 5.*
n. 44. Sonsb. *part. 6. n. 2.* Schneid. *part. 3 n. 5.* modo se non nimis turpiter daret, dum vtrun-
que gladium ecclesiasticum & politicum ad se rapit, & Imperatoribus Romanis sese su-
perbe præfert; vt constat ex *cap. 1 §. igitur. & tot. tit. de maioritat. & inobedientia, in extrauag.*
& ex clement. pastorali per tot. de sent. & re ind. vnde & Bald. *in l. Barbarius, ff. de offic. prætor.*
dicit, quod Papa † sit iustus & summus vicarius Domini. Deinde primarii & † primates 7
alii ecclesiastici feuda concedere possunt; quales sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, 8
Abbatissæ, Præpositi, *d. c. vn. in princ. de his, qui feud. dare poss.* Zas *part. 5. n. 41.* Sonsb *part. 6.*
n. 1. Schneid. *c. 3. n. 18.* Et quidem præter Capituli solemnitatibus res solitas infeudare
possunt, si scil. consuetudo eorum antiquitus fuerit feudum dare, vt loquitur Gerhard.
in pr. d. c. vn. de his, qui feud. dar. poss. c. vn. n. vlt. si de inuest. int. domin. & vasall. lis oriatur, cap.
vn. §. fin. in fin. quibus modis feudum constitui possit. Et hæc communiter de consuetudine
obseruentur. Zas *part. 5. n. 47.* Sonsb. *part. 6. n. 3.* Curt. *p. 2 q. 1. n. 12.* Duar. *c. 6. n. 4.* Wesenb. *c.*
4. in pr. Schneid *p. 3. n. 28.* quod tantum verum est, vt etiam prælatura vel sede vocante Ca-
pitulum ipsum infeudare possit, nisi sit ecclesia cathedralis. Sonsb. *d. p. 6. n. 4.* Zas. *part. 5. n.*
48. Deinde non tantum ecclesiæ bona, sed etiam patrimonialia & propria Clerici bona 9
in feudum dari possunt, per tex. *in c. vnic.* Clerico inuestituram faciente de suis bonis *de*
Clerico, qui inuest. facit Schneid. *part. 3. n. 21.*

Sed obiicitur, *c. vn. in pr. Episcopum & Abbat.* vbi dicitur, quod ecclesiasticæ personæ
non possint dare; falsum igitur est, quod antea asseruimus.

Resp. *In d. c. vn. Episc. vel Abb. in fin. pr.* confirmatur nostra sententia: in principio vero
de titulis, hoc est, de certis rebus, quæ dabuntur Episcopis vel Abbatib. vt inde sese ale-
rent, quarum datio ex decreto Vrbani Papæ in sancta synodo confirmata non valet; si
aūt ante data sunt, infirmiter manent: hoc est, si ita consuetudo ante fuit, *d. c. vn. Episc. vel*
Abb. Borch. *c. 5. n. 10.* Seculares personæ † secularibus & profanis imperii negotiis præsti- 10
tutæ, similiter feuda dare possunt, quales sunt Imperatores. *d. c. vn. de his, qui feudum dar.*
poss. c. vn. de nat. feud. Zas. *p. 5. n. 1.* qui est † mundi dominus, *l. ἀξίωσις. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* 11
quales sunt reges †, qui etiam feuda dare possunt, *c. vn. quis dicatur Dux,* Zas. *d. p. 5. n. 45.* 12
Quales † sunt capitanei Regni, qui dant feuda, & Electores, Principes, Duces Marchio- 13
nes, Managraphi, Gomites, Barones, ab Imp. creati, *d. c. vn. de his, qui feudū dar. poss.* Curt.
p. 2. de feud. laicorum q. 1 quales sunt valuasores minores, qui a capitaneis regni inuestiri 14
solent. Hinc aliis feuda dare possunt, qui dicuntur minores regni valuasores. *d. c. vnic. de*
nat. feudi. Zas. *p. 5. n. 10. cum seq. d. c. vn. quis dicatur Dux, &c.* quemadmodum superius ad
feudorum quintam diuisionem fuit dictum: & in summa quilibet etiam priuatus ciuis 15
vel rusticus bonorum suorum liberam habens administrationem, feudum dare potest. *c.*
vn. per quos fiat inuestitura. Zas. *p. 5. n. 31* Curt. *p. 2. de feud. laicorum, q. 4* Schneid *part. 3 n. 69.*
Duar. *c. 6. n. 1.* Borch. *c. 5 n. 41.* Et in minores sæpe valuasores esse possunt, qui aliis etiam in
feudum recte quid dant, *c. vnic. in fin. de natura feud.*

Sed obiicitur. *c. vn. § fin. de his qui feud. dare possunt*, vbi dicitur, quod à maioribus regni valuasoribus feudum datur, iure feudi censeri: quod vero à minoribus regni valuasoribus datur, iure feudi non censeri: Feuda igitur dare non † possunt minores valuasores, inter quos rustici & alii esse possunt.

16 Resp. Dicitur quidem *in d. c. 1. §. fin.* minores valuasores proprie feuda non dare, sed modernorum sententia, idem prorsus est in maioribus, quod in minoribus valuasoribus. *d. c. vn. in fin. de natura feudi.* Deinde & superius dictum, ex *d. c. vn. in princ. per quos fiat inuestitura.* quilibet habentes suarum rerum administrationem liberam, feudum dare possunt. Dum igitur inuestitura feudi noui fieri potest a nullo, nisi qui legitime suorum bonorum administrationem habet, relinquitur eum, qui qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, per feudum inuestituram facere non posse. *d. c. vn. in princ. per quos fiat inuestitura.*

17 Pupillus igitur feudum nouum † non recte concedit, cũ sit sub tutoris potestate, nec sine eius authoritate conditionem suam facere possit deteriorem. *§. 1. Institut. de author. tut. l. pupillus. 11 ff. de acquir. rer. domin.* Et deterior fieret eius conditio, si in feudum quid daretur: cum in feudum datio primum facta sit alienatio, qua dominium importatur. Duaren. *cap. 6. num. 2.* Borcholt. *cap. 5. num. 42.* Deinde nec prodigi, nec furiosi, mente capti, minores 25. annis liberam bonorum suorum habent administrationem, cum à curatoribus regantur. *tot. tit. Instit. de curat. tot. tit. ff. de minoribus 25. annis.* Duar. *cap. 6. num. 10.* quo fit, vt inuestituram de nouo feudo facere non possint, cum lege prohibeantur etiam præsente tutore, vel curatore, de suis rebus disponere, nisi simul adsit decretum iudicis, & causæ cognitio, *tot. titul. C. de præd. & aliis rebus minoribus, sine decret. non alienan. tot. tit. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt.* Zasius *part. 5. num. 45.* Sonsbec *part. 6. num. 24.* Hæ tamen personæ antiqui feudi inuestituram etiam absque tutorum authoritate vel consensu curatorum facere possunt. *dict. capit. vnic. & ibi gloss. per quos fiat inuestitura.* Zas. *part. 5. num. 36.* Borcholt. *cap. 5. numer. 43.* Et hoc ideo, quia tenentur inuestire vasalli demortui filium vel agnatum in antiquo feudo, cum feudo perpetuo datur, & in primo acquirente quidem nouum, in successoribus vero antiquum habeatur, *dict. cap. vn. in fin. in quibus causis feudum amitt.* Nec per id deteriorem facit conditionem suam pupillus, quia domini, qui habent vasallos, videntur per id accipere dignitatem & iurisdictionem. *cap. vnic. de prohibit. feud. alien. per Fridericum.* Schneidevv. *part. 3. n. 12.* Duaren. *cap. 6. num. 9.* Deinde domini accipiũt iuramentum fidelitatis à vasallo, quo eorum conditio redditur melior, cum auxilium & honesta seruitia exspectant contra aliorum insidias, & machinationem à vasallo, *cap. vnic. de noua form. fidelit.* quibus illa ætas est subiecta, *tot. tit. ff. de minorib. 25. annis.*

18 Tertio, non alienat, quia † veterem alienationem renouat. *argumento, l. 1. §. aquaeductus, ff. de aqua quotid. & æstiua.* Duar. *c. 4. n. 10.* Hinc tutorum authoritas vel consensus curatorum eis necessarius non est. *d. §. 1. de author. tut.*

Sed huic sententiæ duo obiiciuntur. Primo, *l. obligatus. § pupillus ff. de author. tut.* vbi dicitur, pupillum ex omnibus caussis soluendo sine tutoris authoritate nihil agere: quia nullum dominium transferre potest: Ergo non potest facere in antiquo feudo inuestituram, sine tutoris authoritate, quæ quasi solutio quædam est.

Resp. Pugnat hoc textu Sonsb. *part. 6. n. 20.* & tenet contrarium: sed dicendum est, textũ illum loqui de solutione pecuniæ, circa quam nulla vertitur vtilitas. Deinde trãsfertur ibi dominium directum; hic aũt circa hanc solutionem eius feudi, quod deberur,

magna versatur vtilitas, vt supra dictum. Deinde in feudo dominium directum nō transfertur, sed tantum vtile, hoc est, vsusfructus: vt superius dictum.

Deinde obiicitur, quod Zasius & alii id male afferant per text. *in d.l.magis puto. 5.§. sed si pater. ff. de rebus eorum, qui sub tutela, &c.* vbi expresse dicitur, si pater stipulanti feudum promittat, & pupillus succedit in stipulatum, fortius dicetur sine authoritate Prætoris pupillum reddere, id quod ex stipulatu debetur extraneo cuidam: Ergo dum succedit in inuestiendo marito, etiam sine tutoris authoritate potest inuestituram dare, quam facere tenetur. Dicit autem Sonsbeccius, illum textum quidem Prætoris authoritatem non requirere, nec tamen excludere tutoris authoritatem, quasi nihilominus sit necessaria tutoris authoritas. Verum est, tutoris authoritatem non posse excludi, exclusa Prætoris authoritate: quia tamen summa hic vtilitas subest, quæ non ita est in stipulatione illa, idq; dicimus per iuris analogiam communem, quæ est, pupillum sine † tutoris authoritate posse facere conditionem suam meliorem, quod hic facit, non autem deteriorem. *d.§.1. Instit. de author. tut.§. admonendi. Instit. quibus alien. lic. vel non.* Deinde etiam tantum pupilli & minores, sine tutoris vel curatoris præsentia antiqui feudi inuestituram facere possunt. sed è contrario etiam tutor vel curator sine præsentia pupillorum, vel minorum id facere possunt: ideo, quia bonorum administrationem habent, quæ hoc loco est vtilis pupillo & minori, quamuis nouam inuestituram facere prohibeantur: vt superius dictum fuit, *l. sciendum. ff. de ritu nupt. dict. l. magis 5 §. pupillus. ff. de rebus eorum, qui sub tutela sunt.* Zas. *part. 5. num.* 40. Schneidv. *part 3. num.* 86. 19

Sed obiicitur, tutores & curatores non esse liberos moderatores bonorum pupilli & minoris: Ergo non posse id facere.

Resp. Faciunt, dum conditionem meliorem pupilli & minoris; possunt igitur propria authoritate id facere: alias si vellent alienare bona pupilli & minorum, non possent id facere, nisi causæ cognitione à Prætore facta præcedente. *tot. tit. ff. de rebus pupill. vel minorum, sine decreto non alien.* Procuratores etiam aliena negotia iussu dominorum administrantes, *l. 1. ff. de procurat.* rectum feudum dant *d.c. vn. §. sed non vers. sed vtrum, per quos fiat inuestitura.* vt & nuntii dominorum, *c. vn. §. item sciendum. de nat. feud.* Ex Dd. tamen sententia procurator tum demum nouum feudum dat, si habet speciale mandatum, alias si generale habet mandatum, potest tantum antiqui feudi inuestituram facere, *l. mandato generali. l. procurator. & ibi gl. ff. de procur* Sonsb *par. 6. n.* 77. Zas. *par. 5. n.* 41. Schneid. *part. 3. n.* 87. Duar. *c. 6. n.* 11. Hinc etiam sequitur fœminam feudum † dare, & veteris feudi renouationem dare posse, cum liberam habeat suarum rerum administrationem. *d.c. vn. § fœminam. & in princ. tit. per quos fiat inuestit.* Schneidev *par. 3. n.* 71. 20

Sed obiicitur, fœminam non posse in feudum dare quid, quia ab omnibus ciuilibus & publicis muneribus, ac officiis est remota. *l. fœmina. ff. de regul. iuris* & prohibetur moribus iudicare. *l. cum Prætor ff. de iudiciis.* At, qui feudum dat, tenetur stare in iudicio, si litigat, tum accipit iurisdictionem, *c. vnic. an apud iudic. vel curiam domini quæstio feudi sit determinanda.*

Resp. Consuetudo pro lege † & iure habetur. §. *ex non scripto. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. l. de quibus. ff de legib.* Quia igitur consuetudine Longobardorum fœmina dat feudum, iure accipit iurisdictionem, & potest stare in iudicio, & dum iure est munita, & feudum dat, non peccat, *l. Grachus. C. ad leg. Iul. de adult.* quæ consuetudo dum nondum est mutata, cur stare prohibeatur? *l. sancimus. C. de test.* Zas. *part. 5. n.* 34. 21

Secundo obiicitur, fœminam non succedere in feudo regulariter; Ergo etiam feudū dare non potest.

Resp. Hæc connexio propter diuersitatis rationem non procedit; nam dare potest feudum, cum liberam habeat suorum bonorum administrationem, & id consuetudine feudali ei ita concedatur: Succedere autem ideo in feudis non potest, quia non potest præstare seruitia militaria, de quo superius dictum, nisi forte id specialiter pacto efficia-
22 tur, vel nisi feudum † sit fœmineum, *c. vn. de natur. success. feud.*

Fœmina igitur feudum dare potest, Zas. *part. 5. num. 33.* Sonsbec. *part. 6. nu. 17.* Schnei-
23 dev. *part. 3. num. 72.* Duaren. *c. 6. num. 11.* Denique mutus †, surdus, vel alius imperfectus feuda noua dare possunt, modo suorum bonorum liberam habeant administrationem, per *d. c. vnic. in princ. per quos fiat inuestit.* Sonsbec. *part. 6. num. 28.* Cum quilibet suarum re-
24 rum sit liber † moderator & arbiter. *l. in re mandata. C. mand.* Tantum de personis, quæ feuda dare possunt, breuiter videbimus. Et primo ponenda est talis regula: Feudi est ca-
25 pax omnis † qui non expresse prohibetur feudum accipere. Nam personam accipientis non distinguimus, inquit Obertus, *in d. c. vnic. §. personam, per quos fiat inuestitura*, hoc est, non attendimus, cuius conditionis, ætatis, sexus, vel qualitatis sit persona; vel an liberam habeat administrationem, an non? Quam regulam ita Dd. colligunt, ex *d. c. vnic* Zasius *part. 5. num. 62.* Sonsb. *part. 2. num. 1.* Duaren. *c. 6. num. 13.* Schneidev. *part. 3. num. 98.* Borcholt. *c. 5. nu. 44.* Hinc tam serui, quam filii liberi feudum accipere possunt, *d. c. vnic. §. personam.* Et quidem si dominus seruo proprio dat feudum, facit eum liberum, quemadmodum & tunc, quoniam ipsum hæredem instituit, *tot. titul. Instit. de hæred. instit.* Si tamen sciens hoc fecerit, non etiam ignorans. Quod tamen ius dum mo-
26 ribus nostris est insuetum, transiri potest, quamuis ad Monachos conditio † seruorum hodie trahatur, qui pro seruis habentur, & omnia monasterio acquisierunt, Zasius *d. part. 5. num. 24.* Sonsbec. *part. 7. num. 23.* Filiusfamilias an vsumfructum in feudo acquirat patri, quæritur? Et de iure ciuili expeditum, hoc est, patrem nimirum sibi acquirere vsumfructum in peculio aduentitio filii § 1. *vers. quod autem ex alia causa. Inst. per quas personas cuiquam acquir. l. cum oportet. 6. C. de bonis quæ liber.* Iure autem feudali id non procedit. Nam feudum est vsusfructus tantum, & si filio daretur feudum, nihil ad ipsum vtilitatis rediret, donec pater moreretur: cum tamen filius inuestituram onus facere teneretur: In allodialibus autem est alia ratio, quia vt & filio & patri sit bene prospectum, pater habet in aduentitiis vsumfructum. filius proprietatem habet; in feudalibus filius omnino nihil habet, si vsusfructus apud patrem manere deberet: Dispositio igitur iuris ciuilis huc trahi non debet.

Secundo *in c. vn in fin. in quib. caus. feud. amitt.* dicitur, quod feudum in perpetuum debeat ad vasallum pertinere. Ergo ex dispositione iuris feudalis, & ex mente domini, is tantum feudum habeat, qui de eo est inuestitus, non vasalli pater.

Tertio, quia feuda habent quandam speciem peculii castrensis, vel quasi, de quo genere bonorum patri vsusfructus non debetur, *dict. l. cum oportet.* Wesenbec. *cap. 5. num. 4.* Quamuis proprium castrense peculium in immobilibus potissimum non consistat, *l. 1. C. de castrens. pecul.* Sonsbec *part. 7. num. 10.* Et sic concluditur, ius feudale ipsi vasallo dare feudum, non vasalli patri. Non igitur ad ius ciuile est recurrendum, cum adsit ius feudale, hoc casu, *cap. vnic. §. strenuus, de feud. cognit.* Id quod Sonsbec eius contrarium te-
27 nens, putauit *part. 7. num. 8. & 9.* Fœmina etiam feudum † accipere potest, cum in sexu non sit distinguendum, *cap. vnic. de feud. fœmin. dict. cap. vnic. de natura success. feudi.*
28 Eodem modo † mutus, clandus, surdus feuda accipere possunt: *cap. vnic. §. vltim. Episcopum & Abbatem. 1. cap. vnic. an mutus vel alius imperfectus.* Et sibi imputet dominus,

qui

qui feudum confert tali personæ, quæ est inhabilis, & seruitia militaria præstare non
potest; & nemo dominum id facere prohibet, *dict. l. in re mandata. C. de mandati.* Sons-
becc. *part. 7 num. 5.* Hinc sequitur, furiosum † & mente captum feudum accipere pos- 29
se, Zasius *part. 5. num. 66.* Wesenbec. *cap. 5. num. 6.* Deinde etiam cum ætatis nulla ha-
betur ratio, infans per tutorem † recte accipere feudum potest, *dict. cap. vnic. per quos fiat* 30
inuestitura, cap. vnic. § si minori si de feud. defunct. contentio sit. Et dum differtur inuestitu-
ra vel præstatio fidelitatis per iuramentum in maiorem ætatem, qua doli capax est, *d. §.*
minori.

Si autem non est infans, & scit quid agat, potest etiam sine tutoris authoritate feudũ
accipere. Nam conditionem suam meliorem facere potest, sine tutoris authoritate, non
autem deteriorem. *§. 1. Institut. de authoritat. tutor* Zasius *part. 5 num. 66* Boteh. *cap. 5 num.*
46. quod idem de minore seu pubere est dicendum. Wesenbec. *dict. loco.* Et non tantum
per seipsum, sed etiam per procuratorem † quis feudum accipere potest, *dict. cap. vnic. §.* 31
1. per quos fiat inuest. Et iusiurandum fidelitatis per procuratorem præstari potest, quod
communis est opinio Iul. Clar. *in § feudum. quæst. 49. in fin.* Baro Schenck *in d. cap. vnic.*
per quos fiat inuestitura § sed vtrum. Hartman. Pistor. *part. post feudal. quæst. 47. num. 58* We-
senb. *c. 5. n. vlt.* Sonsb. *part. 7. n. vlt.* Si tamen habeat speciale mandatum, Schneidev. *part.*
3. num. 107.

Deniq; quæritur satis diligenter, an etiam † clerici possint accipere feudum, eoq; ob- 32
ligari? Zas. *p. rt. 5. n. 72.* hæret suspensus, & nescit, quid dicat in hac parte; id quod de Za-
sio fatetur Mynf. *cent. 5 obs. 48.* sed eo non obstante dicimus clericum feudum accipere
posse, & textus etiam expressus *in c. vn. §. vlt. de capit. Conradi.* vbi dicitur. Clericum acci-
pere & habere posse beneficium hoc est, feudum a Rege (quamuis aliqui velint, vt *d. c. vn.*
ecclesiam obligari. Schneid. *part 3. n. 105*) quæ sententia etiam in Camera Imperii est re-
cepta, vt testatur Mynf *d. cent. 5 obs. 48. n. 8.* Hanc amplectuntur communiter Dd. Sonsb.
part. 7. n. 1. cum seq. Hartm. Pistor. *in part. post feud. q. 13 per tot.* vbi affirmat, hanc sententiam
iure Saxonico esse certam & firmam, & alias communibus suffragiis esse suffultam, &
stabilitam. Schneid *part. 3. n. 114.* Boteh. *c. 5. n. 49.*

Sed obiicitur. *c. vn §. qui clericus. si de feud. defunct. contentio sit, &c. c. vn. in fin. an mutus*
vel alias imperfectus, c. vn. de vasall. milit. qui arma depos. c. vn. in fin. de feudo fœm. vbi dicitur,
quod clericus in feudo non succedat: Non igitur feudum accipere potest.

Resp. Hoc verum est, is qui fuit laicus & fit clericus, non succedit in feudo, quia tum
miles Christi factus est; non igitur mundo militet amplius *d. c. vn. de vasall. mil. c. vn. ex-*
traord. Clericatu feudum amitti Mynf. *d. obs. 48.* Iul. Clar. *in §. feudum q. 78.* Sonsb. *p. 12. n. 137*
& 144. Curt. *part. 3. in altero membro part. prim.*

Sed quæritur, anne per substitutum clericus possit seruire? & dicendum est, id fieri
non posse simpliciter, si succedit Clericus in feudo, qui antea fuit laicus, cum ipso iure
feudum amittatur. Pistorius *dict. quæst 33. num. 5.* Et id satis colligitur, *d. c. vn. de vasall. mi-*
lit. Nam idem esset, ac si quis furaretur per substitutum, qui propterea non excusaretur,
vt loquitur Zasius *in dict. loco* si vero de nouo datur personæ tali inhabili ad seruitia præ-
standa feudum, dicimus, quod dominus renunciauerit eo casu seruitiis, eaq; remiserit,
cum id quilibet facere possit, *l. penult. C. de pact.* qua in sententia est D. Præceptor Hor-
stius *in thesi 28. disput. feudal* annexæ tribonianiæ suæ. Vel dicimus, quod sub seruitiis
non militaribus, sed aliis, quæ honeste à clerico præstari possunt, feudum ita detur.
Schneid. *part. 3. n. 105.*

Secundo obiicitur *l. cum Clericus* § 1 *C. de Episcopis & Clericis* Vbi prohibentur iurare Clerici, & in inuestitura præstatur iusiurandum. *d. c. vn.* § *fin. per quos fiat inuestitura*. Ergo non possunt accipere feudum.

Resp. Ibi loquitur Martianus Imperator de iuratoria cautione, quam Clerici non præstant, vt nec iuramentum calumniæ, *c. vn. extraord. de iuram. calumnia*. Deinde illa lex directa est ad Clericos Constantinopolitanos; deniq; nusquam in Pandectis & Codice id prohibitum est: imo potest Episcopus iurare propositis sacrosanctis Euangeliis, non quidem corporaliter. *Nou.* 123. *l. rem non nouam C. de iudiciis*. Reliqua apud Pistorium *in d. quæst.* 33. & apud D. Boteh *in d. loco*, vide.

POstquam dictum fuit superius de personis, quæ feuda dare & accipere possunt: Dicendum nunc est de rebus, in quibus feudum consistere potest, exemplo Iustiniani, qui, postquam in primo libro Institutionum egit de personis, quibus ius detur, postea secundo & tertio libro agit de rebus.

33 Et primo sciendum est, feudum in rebus † secularibus & ecclesiasticis consistere posse, *c. vn.* § *fin. de feud. cognit. c. vn. in princ. de his qui feudum dare possunt. c. vn. in princ. Episcopum vel Abbatem. c. vn. qui success. feud. dare teneant*. Rei vocabulum latissimum est, tam corpora quam iura, tam res mobiles quam immobiles continens. *l. rei appellatio est, ff. de verb. signif.*

Feudum vero non in mobilibus rebus, sed in rebus soli, hoc est, terræ seu solo cohærentibus, ac in iis, quæ inter immobilia numerantur, hoc est, æquipollentibus consistit. quod Obertus de Orto proponit *in d. c. vn.* § *fin. de feud. cogn.* Et alias id in definitione feudi expresse indicat, *in c. vn.* §. *fin. in quib. caus. feud. amit.* in verbis: *rei immobilis*. Nec interest, res illa alicuius sit sola vel propria, an vero communis *c. vnic.* §. *item sciendum de not. feud.* vel aliena, per *l. rem alienam.* 29. *C. de contrah. empt.* quamuis tamen dominus de euictione à vasallo tum conuenitur, *c. vn* § *si factio si de feud. defunct. contentio sit, &c.* Wesenb. *c.* 7. *n.* 7. Sonsb. *part.* 8. *n. vlt.*

34 Mobiles igitur res † per se in feudum dari non possunt, cum vsu consumantur, idq; à contrario sensu, *d. cap. vnic.* §. *fin. de feud. cognit.* Zas. *part.* 4. *num.* 21 Schneidew. *part.* 2. *num.* 16. Res autem soli seu æquipollentes tum demum dantur in feudum, modo sint commerciales, hoc est, non prohibeantur alienari, Zas. *part.* 4. *num.* 2. Sonsb. *part.* 8. *nu.* 3. Schneidew. *part.* 2. *num.* 2. Nam quarum rerum alienatio prohibetur, non possunt per beneficium, hoc est, feudum dari, vt loquitur Obertus *in c. vnic.* §. *sed etiam: per quos fiat*

35 *inuestitur.* Wesenbec *cap.* 1. *num.* 4. Ergo res sacræ, sanctæ, † religiosæ, publicæ, quæ extra commercium nostrum sunt, in feudum dari non possunt, §. *vniuersitatis.* §. *sacra. Institut. de rer. diuis.* §. 1 *Instit. de inutilib. stipulat.* 16. *in princ. ff. de contrah. empt.* Deinde res, quæ lege vel statuto, aut consuetudine prohibentur alienari, in feudum dari non possunt, Sonsb. *part.* 5. *num.* 3. Boteh. *cap.* 6. *num* 10 *cum seq.* vtpote fundus dotalis, *tot. tit. ff. de fundo dotali.* §. 1. *Instit. quib. alien licet, vel non.* Sonsb. *part.* 8. *num.* 11. Sic prædia minorum 25. annis lege, hoc est, constitutionibus Imperialibus prohibentur alienari sine decreto Prætoris, *tot. tit. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel curatione sunt. tot. tit. C. de prædiis & aliis rebus minoribus sine decret. non alienand.* Deinde ex Imperatoris Iustiniani constitutione, bona aduentitia liberorum, hoc est, liberis vel donata vel testamento relicta, quorũ vsumfructum pater habet, dum viuit, §. 1. *Instit. per quas personas nob acquir.* ex constitutione Iustiniani alienari prohibentur, *l. cum oportet. C. de bonis quæ lib.* Deinde quæ sta-

tuto

tuto vel consuetudine prohibentur alienari, lege & iure prohibentur Sonsb. *part.* 8. *n.* 15. quia consuetudo est ius, & imitatur legem § *ex non scripto. Inst. de iure natur gent. & ciuil. l. de quibus. ff. de legib.* & comparantur † inter se lex municipii, hoc est, statutum & consuetudo, *in l. 6. in pr. ff. quod cuiuscunq; vniuersitas.* Id igitur, quod statuto vel consuetudine prohibetur, id lege prohibetur. 36

Secundo, feudum consistit in rebus, quæ solo cohærent, hoc est, quæ solo infixæ sunt & quasi eius pars, *d. c. vn. § fin. de feud cognit.* Ex earum numero sunt fructus pendentes, qui sunt pars feudi. *l. fructus 44. ff. de rei vindicat.* Zas. *part 4 nu 4.* Ex eorum numero sunt molendina à ventis agitata, ædes rusticæ, quæ solo cohærent, ex loco moueri possunt: ex earum numero sunt castra, fortalitia, quæ omnia superficiei appellatione veniunt. *tot. tit. ff. de superficiebus.* Wes. *c. 7. n. 1.* Curt. *part. pr quæst. 6. n. 12.* Zas. *part. 4. nu. 5.* Sonsb. *part. 7. n. 21 cum seq.* Schneidv. *part. 2. n. 42.* Id tamen secus esse, in molendis in aquis natantibus, cum solo non cohæreant, sed aquæ, & inter immobilia non referantur, in quibus feudū consistit. vult Borch *c. 6. n. 11 in fin*

Tertio & vltimo, feudum † consistit in iis rebus, quæ inter immobilia connumerantur, *d. c. vn. §. fin. de feud. cognit.* eius exempla ponit Obertus in feudo Cameræ & Cauenæ, de quibus superius ad primam diuisionem fuit dictum. 37

Feudum autem Cameræ est, quando dominus † ex ærario suo vasallo certum assignat stipendium, vndē se alat. Feudum de Cauena dicitur, quando dominus † ex cellario præbet vasallo annonas, vinum, oleum, frumentum, vnde se sustentet, *c. vn in pr. de nat. feudor.* Zas. *part vlt. n. 31.* Wes. *c. 2. n. vlt* Hinc satis apparet, quæ res inter immobilia referantur, scil. pecunia, Zas. *part. 4. n. 1. cum seq.* Schneidev. *part. 2. n. 19.* Pecuniæ autem appellatio latior his est. *l. pecunia verbum ff de verb sig.* 38 39

Feudi igitur Cameræ pecunia numerata, in qua consistit, in feudum dari potest. Nummi enim, etsi iura quidem non sint, cum tangi possint, tamen incorporales res sunt, & corporalibus opponuntur. *in l. qui hæredis 46 ff de condict. indeb* vbi postquam ICtus Iauolenus dixit de nummis, subiicit in fine, idem esse in rebus corporalibus; quæ oppositio satis argumento est, nummos † esse potius res incorporales, idq; ideo forsan, quia pecunia numerata ipso vsu assidua permutatione quodammodo extinguitur, vt loquitur Iustin. Imperator. *in §. constituitur. Instit. de vsufruct.* Deinde pecuniæ † verbum significat quantitates, vt sunt vinum, oleum, frumentum. *d l. pecunia nomine. d. l. pecunia verbum.* Dum igitur feudum cauenæ in his consistit, etiam illæ in feudum dari possunt. *d. c. vn. § fin de feud. cognit.* 40 41

Sed obiicitur, *Nou. 22 de nupt §. & quia parum.* vbi postquam Iustin. egit de rebus immobilibus, subiicit: *Si vero vniuersa constituta est forte in pecuniis, vel aliis rebus mobilibus.* Deinde id patet expresse ex *auth. hoc nisi, in pr. in verb. pecunia, vel alia re mobili. C. de solut.* Ergo falsum est, quod dictum fuit, pecuniā vel nummos esse res incorporales, & per cōsequens immobiles, quia quæ incorporales sunt, vtiura, immobilibus annumerantur. *l. 2 C. de seruit. & aqua.*

Respon. Dicimus illas res immobilibus annumerari, non quod vere sint immobiles, quia sua natura inspecta sunt mobiles: inspecto autem eo, quod in feudum dantur, potest dici, eas res immobilibus annumerari, earumq; naturam quodammodo seruari. Deinde quia assiduo permutationis vsu quasi exstinguitur nummus, cuius gratia est inuentus *l. 1. ff de contrah. empt.* vnde immobilium naturam quasi accipiunt, cum non videantur vel cernantur nummi, ratione permutationis & permixtionis, quemadmodum &

I iura

iura quo respectu etiam pecunia numerata à Iuriscons. inter immobilia refertur, quamuis
42 nis sua natura sit res mobilis. Et pecunia refertur † inter res, quæ seruando seruari non
possunt. *l. cum in fundo § si fundus, de iure dotali. d. § constituitur.* Gayl. *lib. 2. obser. obs. 22. nu. 3.*
Hinc absolute pecunia considerata per se, quæ ex feudo redigitur, feudum non est, nec
nummi feudales sunt *c. Vn. § si vasallus de benefi. fin. si de feud. defuncti content. sit* vbi dici-
tur, pecuniam transactionis nomine acceptam & redactam ex feudo, non esse feudum, ita
senti. quoq; Schurp. *E. consi. u. cent. 3 num. 1.* Wesenb. *cap. 6. num 9.* Schneidev. *part. 2. nu. 22.*
Borch. *c. 6. num. 14.* Idq; iure Saxonico ita etiam obtinet *consti. 30. part. 2.* teste Wesenb.
in d. loco. Pretium igitur ex re feudali redactum in locum rei non succedit. Deinde rebus
immobilibus annumerantur annui reditus, qui singulis annis redeunt & renascuntur.
l. iubemus nulli. 14. in princ. & ibi gloss. C. de sacrosanct. eccles. Nou. Vlt. Hi qui obligant, ha-
bent res minus § si Vu. 30 hæc sit re. cus. Et ibi gloss. in verb. REDITVS. Et hæc est communis
D. sententia, et est Gayl. *lib. 2. obser. obs. 50. nu. 1* Mynsin. *cent. 1. obs. 69.* Cuiac. *part. 1. q.
6 nu 10,* Zas. *part 4 nu. 9.* Borch. *cap 7 num. 1.* Idq; verum est siue ex re mobili, siue immo-
bili reditus accipiuntur. Schneidev. *part. 1. n. 25.* modo tamen ad perpetuum vel non mo-
43 dicum tempus constituantur. Gayl. *& Mynsin. dd locis.* Nam si annuus † reditus, qui præ-
statur ex re, modico tempore duret, inter immobilia non refertur, Menoch. *de arbit. Iu-
44 dic quæst. lib. 2. cent. 1 casu 133.* Porro seruitutes † inter immobilia connumerantur, cum
prædiis adhæreant & sine iis, vel in subiecto, esse non possint. *l. 1. ff de vsufruct. l. 1. ff. de vsu
& vsufruct. leg. & gloss. in l. 2 in verb. intelliguntur, C. de vsucap. transf.* Gayl. *lib. 2. d. obseru. 11. n.
vlt.* Borch. *c. 6 nu. 17.*

45 Hinc sequitur, ius quoq; venandi † immobilibus esse annumerandum, quod similiter
in feudum dari potest ab Imperatore vel alio, qui illud ius legitima præscriptione acqui-
siuit. Zoanet. *in tract. de venatione German. n 169. cum seq.* Wesenb. *c. 6 feud. n. 2.* Ideo autem
annumerandum est immobilibus, quia seruitutes sunt res immobiles. *l. 2. C. de seruit. &
aqua.* Et ius venandi est seruitus & quidem realis, id quod in Camera Imperatoris est rece-
ceptum. & est communis opinio, Zas. *in intellect. sing. lib 1. c 11. n. 10.* & *in § aque. n. 24. Instit.
de act.* Gayl. *lib. 2. obser. obs. 66. n. 12.* Et ratio est, quia Germaniæ consuetudo id ita appro-
46 bauit, quæ est optima † legũ interpres. *l. sine interpretatione. ff. de legib.* Deinde quia ius ve-
nandi est transitorium ad hæredes, si esset personalis seruitus cum persona expiraret. *§ fi-
nitur. Inst. de vsufruct.* Gayl & Zas. *dd. locis.*

Tertio quia ius venandi tribus modis acquiritur, pactis, stipulationibus, & testamen-
to, Gayl *d. loco, n 6.* Tiraq *de nobilit. c. 36. n. 139.* quemadmodum & seruitus. *§. Vlt. Instit. de
seruit. §. 1. Instit de vsufruct.*

Quarto quia deterius non potest fieri ius venandi, decidendo arbores cumulatim
plurimas, exemplo seruitutum, *d. § 1. Instit de vsufruct. in verb. salua earum substantia l. ser-
uitutes. 20 § si ante. ff de seruit. vrb. præd.* Gayl. *dict. obseru. 66. num 6 cum seqq.* Zoanet. *in dict.
47 tract. num. 208,* Deniq; pro iure venandi vindicando competit † actio confessoria, quæ
pro vindicanda seruitute competit: *d. §. aque Instit de act.* & interdum vti possidetis. *l. 1. §
fin in fin ff de aqua pluu. arcend* Gayl. *d. obseru. 66. n 13. lib. 2.* Iacobinus de S. Georg. *in tract.
48 feud in verb. Et cum renouationibus. nu 1.* Simili modo ius piscandi † & aucupandi in feu-
dum dari possunt Zas. *c 4. nu. 10.* Sonsbec. *part 8 nu. 24.* Wesenbec. *c. 7. nu. 2. in fin. c. vtric.*
immobilibus annumerentur. *l. 2 C de seruit. & aqua. d. c. Vn §. fin. de feud. cognit.* Deinde in-
ter immobilia refertur etiam iurisdictio, quæ in feudum dari potest, Zas. *part. 4 num. 20.*
Wesenbec. *c. 7. n. 1. & 6.* Sonsb *part. 5. n. 24.* Schneid. *part. 2. n. 60.* Iurisdictio continet tres
species

species; Imperium merum consistens in potestate gladii & (Halßgericht) quo magi-
stratus vtitur in animaduertendum in sceleratos, *l.3 ff de iurisdict. omnium iud. l. solent.6.*
in pr ff de offic procons. Imperium mixtum dicitur: quod in danda bonorum possessione
consistit,(da man mit Erbsachen vmbgehet) *d.l.3.ff de iurisdictione*, Schneid *part.2 num.6.*
cum multis seqq. Iurisdictio in specie d & a generis nomen retineus † est iudicis dandi li- 49
centia *d.l.3* Iacobin.de S.Georg. *in verb.cum mero mixto imperio, & omnimoda iurisdictio-*
ne in tract. feudali. Si igitur castrum in feudum datum est, vel territorium cum omnibus
pertinentiis, omnia accessoria veniunt, *c.accessorium de reg iur.in 6* puta iurisdictio etiam
in dubio, *c.Vn §si quis de manso. si de inuest.feud.controu.est* Zas.*part.4.n.20.* Schneid.*part.2.*
num.55. Iacobinus ad verba: *Et cum molendinis num 7.tractat.feudal.* Borch.*cap.6.nu.Vlt.*
Deniq; immobilibus annumerantur † Ducatus, Marchionatus, Comitatus, qui in feu- 50
dum dari possunt, *c.Vn.de feudo Marchia. c.Vnic. quis dicatur Dux.vel Marchio.* Hisq; con-
cessis generaliter, omnia cohærentia videntur data & omnia regalia, hoc est, reseruata
solius Imperatoris; quæ referuntur *in c.Vn.quæ sint regalia:* & explicantur à D.Borchole.
in tract.sing.d.c Vn. quæ sint regalia, & a Schneid.*part.2 n 94.cum multis seq.* Zas *part.5.n.12.*
cum seq. Sonsb *part.8.n 18* An autem concesso castro cum pertinentiis videatur conces-
sum molendinum? disputatur inter Doctores. Nos affirmatiuam tuemur, per *d. c. vn. §.*
si quis de man o si de inuest. feudi sit controuersia. Deinde castro concesso videntur concessa
ea omnia, sine quibus castrum illud, eiusq; iurisdictio exerceri non potuit *l. 2. ff de iuris-*
dict.omni.iudic Schneid *part.2.n.55.* Iacobinus ad verba; *Et cum molendinis. n. 7.* Wesenb.
c.7.n 6. Tantum de rebus secularibus.

Res etiam Ecclesiæ † in feudum dari possunt, *c. vnic. in pr. de his qui feudum dare possunt.* 51
Quamuis tituli, vnde se alant ecclesiasticæ personæ in feudum dari non possint; si anti-
quitus datæ non sunt, *c.vn.Episc vel Abbat.in pr.* vt superius dictum fuit.

Res igitur ecclesiæ distinguimus à rebus sacris incorporatis ecclesiæ (einuerleibet)
& quæ sunt de mensa ecclesiæ, quæ alienari non possunt, cum earum non sit commercium
c.2 extra de feudis.c prohibemus extra de decimis tot.tit. extr. de rebus eccles non alienand Zas.
part.4.n.13. Wesenb. *c. 7.n.5.* Si igitur ecclesia ex liberalitate Regum vel Principum ali-
quas res habet sibi donatas, puta villas, prædia, &c. quarum commercium esse potest,
potest eas infeudare per Prælatum. *d.c.vn in pr de his qui feudum dare possunt*, Curt. *part.2.*
quæst.1.& 2. Schneid. *part.2. n 6.* Sonsb. *part 8 n. 4.* Et quidem si res sonta est in feudum
dari, potest eam Prælatus reinfeudare, si ecclesiæ tale feudum fuerit apertum (wens der
Kirchen wider zustirbet; & quidem sine consensu Capituli, vel diligenti ac solenni su-
per eo tractatu habito, *cap. Vnic qui successor. teneant. cap. sine exceptione. 12. quæst. 2.*
cap. ex parte. extra de feudis. Curt. *part. 2 quæst. 2. num. 1.* Duaren. *cap. 5. num. 4.* Borch.
cap. 6. num. 19.

Facere tamen id Prælatus debet more maiorum solito inuestituræ tenore, non durio-
re conditione, *cap Vnic.§ similiter. vers. profecto, de lege Corradi* Cum & contractus feuda-
lis sit stricti iuris, *cap Vnic. de benef frat.* vt superius dictum fuit, Schneid. *part 3 num.33.*
cum sequent. quod in tantum procedit, vt etiam Prælatus suis consanguineis, modo
sint honestæ personæ, eiusmodi feudum solitum dari sine præcedente Collegiii tractatu
propria authoritate concedere possit. Et hæc est communis opinio. Zasius.*part. 5. nu. 51.*
& communi Germaniæ consuetudine est approbata. Mynsig *cent.5 obser.47.num.4.& 5.*
Borch.*c.6.num.31.*

Si autem res ecclesiæ non est solita in feudum dari, & de nouo aliquis de ea inuestitur, requiritur ad id faciendum, totius Capituli consensus, & solennis tractatio, *c. ad nostram de. extra de rebus ecclesiæ non alienand.* Zas. *part. 5. n. 51. cum seq.* Schneidew. *part 3. n. 11.* Quid autem agendum erit, si de infeudatione non constat, hoc est, si dubitatur, an res solita sit infeudari? Videndum dum erit, an consuetudo illa infeudandi, fuerit rationabilis. *l. quod non ratione. ff. de legib.* Zas. *part. 5. n. 52.*

Secundo, an actibus ad minimum duobus possit probari, *l. 1. C. quæ sit long. consuetud. l. 3. C. de ædific. priuat.* Zas. *dict. loco*, hoc est, an bis sit facta illa infeudatio, tunc enim satis confirmata videtur.

Tertio, an 40. annorum præscriptione sit munita illa infeudatio, exempla actionum ecclesiis competentium, ob res alienatas, *Nou. 111.* Hæc constitutio innouat, vbi venerabilibus locis, puta, ecclesiis, monasteriis dantur 40. anni, quibus res ecclesiæ præscribuntur. Et hæc sententia est tutior, & minus fauet alienationi rerum ecclesiasticarum, vt refert Iulius Clarus *in §. feudum. quæst. 13. numer. 4.* Zasius *part. 5. numer. 52.* Botchol. *cap. 6. num. 23.*

Sed contra alienationem rerum ecclesiæ obiicitur. *l. iubemus nulli. 14. C. de sacrosanct. eccles. & Nou. 7. de rebus ecclesiæ non alienand.* in qua nouella Iustinianus id expresse prohibet, & ad omnes res ecclesiæ, & ad omnia monasteria trahit: Ergo falsum est alienationem, quæ est infeudatio, in rebus ecclesiæ fieri posse.

Resp. Generaliter ita constitutum est in fauorem ecclesiarum, quæ per alienationem
52 depauperiorari non possunt, sed tamen quia consuetudines feudales † vincunt leges ciuiles, *c. vn. in pr. de feudal. cognit.* ideo & hac in parte eas vincunt, *d. c. vn. in pr. de his, qui feud.*
53 *dar. possunt. d. c. vn. Episc. vel Abbatem* Nam consuetudo optima † legum est interpres, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* id quod etiam iure canonico ita obtinet, *d. c. ad nostram.* Deinde illa infeudatio tunc fit, quando ita res solita est infeudari, vel de nouo etiam, quando forte ecclesiæ abundant rebus istis, quæ in priuatorum commercio esse possunt. Et sic melior conditio ecclesiæ, quia præstantur seruitia hoc nomine & alia honesta officia, *c. vn. de nou. form. fidel.*

Secundo obiicitur, *d. c. vnic. §. 1. Episc. vel Abbat.* vbi dicitur: si solita est res infeudari & solitum autem denotat vnicum actum, vel semel tantum quid esse factum, Bartol. in *l. Mela. § sed etsi alimenta. ff. de alim. & cibar. legation.* Ergo non duo actus requiruntur, sed vnus.

Resp. Ex natura verbi *solitus*, hoc potius apparet crebrius, quid esse datum, cum & frequentia actuum ad consuetudinem omnem requiratur, *d. l. 1. C. quæ sit long. consuetud.* Botch. *c. 6. n. 25.*

Tertio obiicitur, *c. vn. §. si quis per 30. annos. si de feud. defunct. contentio sit*, vbi 30. anni ad præscriptionem rei feudalis requiruntur: Ergo non 40. anni, vnde etiam Curt. *part. 2. quæst. 3. n. 630.* annoaad infeudationem talem requisit.

Respon. Dictum *cap. vnic. §. si quis per 30.* loquitur in eo casu, quando quis per 30. annos feudum possedit bona fide, & tranquille, non vi, non clam, non precario, & seruitia præstitit, putatur id vere feudum esse, & primum forte vasalli de eo esse inuestitum, quamuis reuera de eo inuestitus non sit, tum acquirit sibi legitimo præscriptionis modo
54 feudum, & eo vt feudo vti possit. Nam præscriptio est legitimus † modus acquirendi feudum, vt inferius videbimus. Hic autem aliud est, nec de eo agitur, an feudum sit acquisitum, sed an consuetudo infeudandi in rebus ecclesiæ solita sit, hoc est, consueuerit fieri

fieri, quod longe est diuersum. Denique obiicitur *l. eum qui.6.C. de fundis rei priuata, lib. 11.* vbi dicitur, eum qui Collegio, vel Curiæ, vel Burgis cæterisque corporibus per 30. annos sine interpellatione seruit, nulla re esse inquietandum. Ergo 30. anni hic quoque requiruntur.

Respond. Procedit id in suis casibus, nec hic quæritur de eo, qui seruiuit collegio, sed an consuetudo sit infeudandi, & quia in rebus profanis præscriptio debet esse longa, *l. fet & ea.31 ff. de leg.* hoc est 10. annorum inter præsentes, 20. inter absentes. *§ 1. Institut. de vsucap.* & in rebus Ecclesiæ 40. annorum, *dict. Nouell.* 111. Id ita quoque recte ad feuda transfertur. Nam strenuus IC. absque calumnia lege scripta vti potest, in defectu expressi feudalis textus. *d. cap. Vnic. in princ. de feud cognit.* vt superius dictum fuit. Manet igitur verum, ad consuetudinem infeudandi rerum Ecclesiæ, requiri 40. annorum spacium quamuis tamen Prælatus Ecclesiæ res illas in feudum dari solitas, & reuersas ad collegium possit incorporare rursus, ita vt amplius non alienentur: id quod notissima Germaniæ consuetudine est receptum. Iul. Clar. *quæst.13. num. 4. § feudum.* Curt. *d. loco*, Borchold. *c.6 n 26.*

Sed quæritur, anne Decimæ † possint in feudum dari laiço à Prælato, si ad Ecclesiam feudum reuertitur? Et est communis opinio, quod sic, & ita communiter obseruatur in practica. vt testatur Iul. Clar *d. q.13 n 2.* Curt *part. 2. q. 5.* 55

Sed obiicitur *c. ecclesiast. § his itaq. 12 quæst. 1.* vbi dicitur: Decimas tantum manere apud Spirituales, cum datæ sint primum per Moysen, à domino filiis Leui, vnde & Schneidevv. affirmat: Decimas in feudum dari non posse, cum sint cibus Spiritualium, *part. 2. num. 6. & 7.*

Resp. Si non sint datæ ante, in feudum dari non possunt: alias si solitæ sint dari, nihil obstat, quo minus amplius concedi possint, cum id iam per consuetudinem, quæ legem vincit, ita obseruetur, & est pro hac re generaliter, *d. c. Vnic. in princ de his, qui feudum dare possunt*, & *d. cap. Vnic. in princ. Episc. & Abb.*

Coronidis loco sciendum est, rem in dubio potius allodialem & liberam, quam feudalem & quasi seruilem intelligi, si aliquis est in rei possessione, eamque tenet, & si controuersia incidit. Et hanc sententiam Dd. in legendo & consulendo sequi dicit Iulius Clarus *in § feudum, quæst. 18 num 1* Gayl *lib. 2 obseruat obseru. 69. numer. 4.* Schneidevv. *in præludio, num. Vltim. in fin.* Dd. *in cap. Vnic. § defuncto, si de feud. defunct. contron. fit.* Nam & alias feudorum natura ab aliis bonis est separata. Et appellatione hæreditatis † non veniunt feudalia. *capit. Vnico, Vbi Dd. de success. feud. capit. Vnic. an agnatus vel filius* Wesen. *in consil. 15. n 9 par. 1.* Vnde & feudales res dispositione generali ordinaria iurisdictioni eximuntur, Wesenb. *in consil. 30. num. 16.* 56

DISPVTATIO IV.

CONTINVATIO.

De feudi acquisitione, inuestitura & iuramento fidelitatis.

Thesis 1. Acquiritur tribus potissimum modis; inuestitura, successione & præscriptione.

2. Primum itaque agemus de inuestitura, quæ est traditio & acceptio possessionis rei in feudum datæ.

3. Hæc diuiditur in propriam & impropriam. Propria est realis quædam & corporis traditio vel occupatio possessionis rei in beneficium concessæ, *lib.1.tit.2.in princ.in feudis.*

4. Nam & quando vasallus domini voluntate ingreditur feudum, idque occupat, eo ipso dicitur esse inuestitus. Andr.de Ifern. Matth.de Affl.&. & alij Dd. *ad tit. quid sit inuestitura.*

5. Impropria est, cum dominus alio loco, quam in rei feudalis præsentia gladium, hastam, vexillum vel simile corporeum quid porrigit, & per hoc inuestituram se facere dicit, *titul. 33. in princip. libro secundo, argument. 6. quod meo. § si vendidere. ff. de acquiren. vel omittend. possess. & l. clauibus. de contrah. emption.* Borcholt. *capitulo septimo, numero sexto & septimo.* Iacob. de. Ardizon. *quæst. 39.*

6. Quæ forma non inducitur in veram possessionem, sed tantum apprehendendæ propria authoritate possessionis facultatem consequitur, quæ illi, si non fiat, aget ad rei feudalis traditionem. Borcholt. *capitulo septimo, dict. numer. 7. in fine, & numero octauo*, & facit *libro secundo, titulo secundo, §. si facta*, ibi, *antequam possessionem, argument. l. possideri, & l. quemadmodum, de acquirend. possess. titul. quid sit inuestitura & titul. de consuetud. recti feudi.* Wesenbec *capitulo 8. numero 15. & 30.* Borcholt. *capitulo 7. numero 10.* Gayl. *libro 2. obseruat. 152. numero 14.* Pistor. *parte secunda, quæst. 30. num. 14.* Schurpff. *in consil. 53. centur. 1.*

7. Est & inuestitura præsumpta, quando seruitia per triginta annos sunt præstita, vel, si dominus alicui coram paribus Curiæ dixerit, vade in possessionem illius feudi, & eam teneas, *titulo 26. libro secundo §. si quis per triginta annos.* Pistorius *parte secunda quæstione 46. numero 19. titulo 33. libro 2. in principio.*

8. Dicitur & alia inuestitura specialis, quando quis feudum sibi & descen-

descendentibus masculis acquirit: alia generalis siue simultanea, quando quis sibi descendentibus masculis, omnibusque agnatis feudum acquirit, cuius in foro Saxonico præcipuus est vsus, Pistorius, *part. 2. quæstione 19. & 20.*

9. Inuestire autem petentem inuestituram dominus immediate proximus tenetur, siue per se, siue per personam aliam, Wesenbec. *c. 8. num. 10. & 12.* Menoch. *conf. 66. num. 13. tit. de prohib. per Frider. §. insuper.* Borch. *ca. 7. nu. 25. lib. 2. l. 3. §. sed vtrum.*

10. Nec distinguimus in eo inter inuestituram propriam & abusiuam. Borcholt. *d. n. 25.* Iacob. de Beluiso, Aluarot. & Schenck. ad *d. §. sed vtrum, tit. 3. lib. 2.* facit *c. accidens extra de prabend. & dign.*

11. Plane mortuo feudi domino pluribus relictis heredibus filiis ab omnibus inuestitura est petenda, nisi eligant vnum heredes, à quo petatur. Borch. *c. 7. n. 35* Zasius *pag. 7. num. 11.*

12. Accipiunt inuestituram vasalli siue per se, siue per alium, habilem tamen. *dict. §. sed vtrum, titulo 3. libro secundo, argumento versicul. noui. dict. titulo 3.*

13. Quemadmodum à pluribus dominis petenda est inuestitura, sic si plures heredes sint, nec ad vnum dumtaxat pacto feudum, vel electione ius petendi pertineat, omnes inuestituram petere tenentur. Borcholt. *cap. 7. num. 33.* Wesenb. *cap. 8. num. 8. 9. §. omnes filii. tit. 26. lib. 2. §. preterea. tit. 85. lib. 2.* Zasius *pag. 7. num. 10.*

14. Non incommode sese hic offert quæstio hæc, vtrum inuestitura de caducitate successionis (vt vocant) facta valeat? & valere indubitati iuris est, *tit. 22. lib. 1. de feud. dat. in vicem. leg. commiss. titul. 3. lib. 1. in princ.* Gayl. *lib. 2. obseruat. vlt.*

15. Quod adeo procedit, vt nec dominum pendente conditione pœnitere posse, & inuestitum illud ius ad heredem transmittere existimemus. Pistorius, *part. 2. quæst. 25.* numero 21 31. Borcholt. *cap. 7. numero 19.* & facit *l. quod si fugitiuus. de ædilit. edict. l. si pœnituit. de minorib. l. si in loco. & colonum ff. locati. l. non idcirco. C. de contrah. empt.*

16. Quin imo & firma est inuestitura, quæ de feudo eius, qui filios habet, facta est sub conditione mortis eorum. Pistorius, *part. 2. quæst. 25. numero 19. 20.*

17. Sed maior dubitatio est, vtrum sub hac conditione inuestitura facta si aperiatur feudum, eo defuncto heres adimplere teneatur? & teneri affirmamus. Pistor. *pag. 2. quæst. 26.*

18. Præ-

27. Fidelitas versatur circa hæc sex; incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, *tit.6.de form.fidel.c.forma,22.q.5.*

28. Ab hoc iuramento excipitur Imperator, Rex, Papa, antiquior Dominus, Patria, propria vasalli persona parentis & domini, *tit. hic finitur lex.§.fin.titul.de noua form.fidelitat.§.feud.titul.de prohibit.per Fridericum, cap.venientes.extra de iureiurand.titul. 23.libro 2.§.contra omnem.* Borcholt.*capit.4, num.24.*

29. Nouissime sciendum est, vasallos liberari à præstatione iuramenti, si hoc pacto feudum acquisierunt, ne præstent, si sint impuberes, si dominus est bannitus, excommunicatus aut infidelis, & pluribus modis aliis; quibus addendum est Ecclesiam, si feudum habeat, ipso iure à iuramento esse solutam, *tit.per quos fiat inuestit.§.fin.* Wesenb.*c.8,n.20.*

30. Coronidis loco fungatur, si dominus pluribus relictis filiis vel heredibus decesserit, vasallum non teneri singulis dominis separatim fidelitatem facere, & sic plures iurare, sed tantum vni eorum, communi tamen nomine & vice recipienti. Pistor.*part.2.quæst.47.n.24.25.*

DISPVTATIONIS IV.

De feudi acquisitione, inuestitura & iuramento fidelitatis; obiectiones & resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Pars iuris feudalis potissima in acquisitione consistit.*
2 *Feudum quot modis acquiratur: hoc sine inuestitura non constituitur, n.3.7.13.*
4 *Leges cum legibus coniungi debent.*
5 *Feudum nouum inuestitura saltem acquiritur.n.8.12.*
6 *Alienatio feudi, quando sit concessa.*
9 *Vetus feudum successione acquiritur.*
10 *Frater fratri in nouo feudo non succedit.*
11 *Vox fratres, quam personam respiciat.*
14 *Inuestitura est quasi basis & fundamentum feudi, eiusque forma quadam substantialis.*
15 *Tenor inuestituræ ante omnia inspici debet.*
16 *Pacta feudalia adiecta natura feudorum mutant, & sunt seruanda.*
17 *In inuestitura tractanda, quæ & quotnam sint notanda, eaque quotuplex,* numer. 22.& 24.
18 *Inuestitura vnde dicta: eius definitio quæ,* num.19. *possessio quoque dicitur inuestitura,* num.20.

21 Feudum per pactum vel contractum constituitur.
22 Noua inuestitura quæ, & quæ vetus? n.23. propria inuestitura quæ dicatur, n.25. quæ abusiua. n.26.
27 Doctoralis inuestitura fit per traditionem libri & annuli.
28 Regalia feuda, quomodo laicis dentur, & quomodo ecclesiasticis? n. 29.
30 Vocabulum, interesse, late sumitur in d.c. vnic. §. si facta, si de feud. defunct.
31 Euictio quando locum habeat?
32 Quinam inuestituram dare & accipere possint?
33 Domini mei dominus non est meus dominus.
34 Inuestitura quando fiat? & quibus solennitatibus peragatur?
35 Ratio diuersitatis inter laicum & clericum quænam? Clericus laico comparatur in bonis allodialibus, n. 36.
37 Generi per speciem derogatur: & genus per speciem explicatur, n.38.
39 Renouatio feudi antiqui dicitur quoque inuestitura, debetq. fieri intra annum & mensem sub feudi amissione.
40 Pares curiæ ad probandam nouam inuestituram semper in laico & clerico sunt necessarij.
41 Inuestituræ præcedere fidelitas sequi debet: neque ei fieri debet, qui fidelitatem præstare recusat, n.42.43.
44 Liberi tantum homines ad probandam inuestituram admittuntur, non serui, qui ab omnibus ciuilibus solennibus rejiciuntur, n.45.
46 Religio est iurare multis viris grauibus.
47 Periurium præsupponit iuramentum.
48 Quod iuris quis in alium statuit, ipse eodem iure vtatur.
49 Pares curiæ sunt, qui ab eodem domino feuda habent.
50 Breue testatum quid?
51 Nulla probatio melior, quam aduersarii confessio.
52 Sacramentales qui dicantur?
53 Intellectus d.c. vn. de consuet. inter domin. & vasal.
54 Effectus inuestituræ quis?
55 Iuramentum fidelitatis est indiuiduum.
56 Particula, maxime, quid denotet?
57 Iusiurandum seniori hodie defertur si plures sunt hæredes in vno feudo.
58 Feudum vnde dictum: hoc quando remittatur? n. 59.
60 Promissio Principum nuda æquipollet iuramento.
61 Inimicitia fidei contraria.
62 Ratio differentiæ quæ inter parricidium & homicidium?
63 Fidelitatis diuisio.
64 Seruitia vel sunt manualia, vel actualia.
65 Vasallus contra quosnam dominum in genere adiuuare debeat?
66 Iura sanguinis seu naturalia nullo iure ciuili dirimi possunt.
67 Consuetudo debet esse rationabilis.
68 Accipere beneficium est libertatem vendere.
69 Quod vasallo ab initio placuit, ipsi postea non displiceat.

70. *Qui sentit commodum, sentiat is quoq; incommodum.*
71. *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, cum hoc contra bonos mores non sit obligatorium*, num. 72.
73. *Filius & pater sunt vna persona: & vox patris est vox filij*, num. 74.
75. *An vasallus pro filia domini dotanda aliquid conferre tenetur?*

IVris feudalis † potissima pars in acquisitione consistit. hoc enim plerumque agitur, 1 quemadmodum quid cuiusque fiat, vt loquitur Iurisconsultus Vlpianus, *in leg. vltima, ff. de legib.* Recte igitur de modis acquirendi feudum nunc erit agendum, cum in eis præcipua huius iuris vtilitas & emolumentum spectetur. Acquiritur vero feudum tribus modis? †. Inuestitura, Successione & Præscriptione. Duo priores modi exprimuntur 2 satis aperte *in cap. vnic. §. fin. in fin. de feud. cognit.* vbi dicitur, feudum neminem acquirere posse, nisi inuestitura, aut successione Et. *cap. vnic. in princ. de success. fratr. cap. vnic. in princ. de consuetud. recti feudi.* & sine inuestitura † feudum constitui non potest, *capitul. vnico,* 3 *in princip. quibus mod. feud. constitui poter. capit. vnic in princip. de feud. Marchia.* Tertius his duobus est addendus, *ex c. vnic. §. si quis per 30. annos si de feud. content. sit, &c. d. cap. vnic. de consuetud. rect. feud.*

Si enim quis non est inuestitus de feudo, credens certo, se de eo esse inuestitum vel patrem, & tamen possidet per triginta annos, dominoque illa opinione & confidentia seruitia præstat, potest tum se triginta annorum præscriptione aduersus dominum tueri, fundosq; illos feudi nomine retinet, ad suosq; heredes transmittit. Feudum igitur tribus modis acquiritur, in iure feudali expressis: id quod etiam Sonsb. *p. 9. n. 1.* Zasius *p. 6. & 7.* Duar. *c. 7. 8. & 9. n. 12.* Cuia *tit. 2 lib. 2.* Borch. *c. 7.* sequuntur. Sed contra hosce tres modos acquirendi aliqui textus obiiciuntur, quos videbimus.

Primo obiicitur, *d. c. vn. §. vlt. de feud. cogn. & d. c. vn. in princ. de consuet. rect feud.* vbi tantum duo modi ponuntur, inuestitura & successio: Ergo tres modi non sunt.

Resp. Dictum ante fuit, tertium modum, ex *d. c. vnic. §. si quis per 30. annos si de feud. content. fuerit,* esse addendum his duobus scil. præscriptionem; & nouum non est, leges cum † legibus coniungi *l. non est nouum, ff. de legib.* & scimus, confusioni capitulorum feuda- 4 lium ita posse succurri, cum vt nati sunt casus in foro, ita coniuncti & consarcinati sunt sine ordine, vt superius dictum fuit. Præterea *in d. capit. vnic. in princ. de consuetud. rect. feud.* Tertius etiam modus adiicitur de præscriptione.

Secundo obiicitur, contractu, puta emptione, permutatione, donatione & aliis modis feudum acquiri: Ergo plures sunt modi acquirendi feudum; vnde Wesenb. ad modos acquisitionis requirit contractum, *c. 6. n. 2.*

Resp. Concedi potest contractu, puta emptione, permutatione, donatione feudum constitui vel promitti posse, sed non acquiritur feudum † nouum, nisi inuestitura. Nam 5 inuestitura in possessionem quis mittitur, quantum feudum acquirit, quã etiam vasallus domino ad fidem se astringit.

Consideramus igitur feudum, secundum inuestituram, hoc est, possessionis immissionem, quamuis pacto vel stipulatione, vel alio contractu committi possit. Deinde in emptione pecunia interuenit, quæ non est de substantia & natura feudi, quod ex amore & honore domini proficiscitur, *capit. vnic. in fin. princip. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* Et improprium feudum est, quoad pecuniæ dationem, vt superius dictum fuit.

Quando autem domini voluntate à vasallo alteri feudum venditur, permutatur, constituitur quidem feudum, sed non reuera acquiritur, nisi facta inuestitura, & nihilominus is, cui venditur feudum, obstringitur domino, sicut prior vasallus, nec est melioris conditionis. Præterea consideramus nos modos hosce secundum dominum & vasallum,
6 non secundum duos alios, vasallum & tertium aliquem. Nam alienatio † est concessa, si fiat consensu domini, siue fiat per venditionem, vel alio modo: dominus autem seruitiis non vult carere, & quamuis fieri posset, vt dominus permutatione facta inuestiret alium, tamen id non fluit ex propria feudi natura, & nihilominus attenditur inuestitura, quæ est de natura cuiusq; feudi, & illa effectu præponderat. Vnde rectius effectu inspecto di-
7 cimus, inuestitura † feudum acquiri, licet contractu constituatur.

Tertio obiicitur: quod in omni feudo opus sit inuestitura: Ergo inuestitura potius est quædam forma, qua omne feudum constituitur, & non modus acquirendi; id quod Wesenb. *in d. loco* similiter putat.

8 Resp. Nouum feudum † non aliter acquiritur, quam per inuestituram, hoc est, inductionem in possessionem, siue illa sit realis, siue abusiua. Nec potest id dici acquisitum successione in ea persona, quæ primum illud acquisiuit, vt postea dicemus. Vetus feu-
9 dum acquiritur † successione, in qua tamen renouatio fit inuestituræ in signum gratitudinis & officii, propter datum feudum, mutata possessione præstiti, *cap. Vnic.* § 1. *de feud. Marchia.* in verbis: *per inuestituram aui vel patris in beneficium fratres vel nepotes succedunt.*

Quarto obiicitur, *c. Vnic.* §. *fin. de success. feud.* vbi dicitur: non succedit nec vna, nec duabus inuestituris: Ergo, inuestitura & successione feudum non acquiritur.

Respon. Loquitur is textus de nouo feudo, in quo nulla est fratrum successio, etiam si coniunctim fuerint de eo inuestiti, hoc est, siue vna inuestitura, vel duabus id acquisierint. Nam si vnus frater inuestitur, est vna inuestitura, si aliter succederent, cogeretur renouare inuestituram fratris, atque sic essent duæ inuestituræ. Quod autem
10 frater † fratri in nouo feudo non succedat, clare constat ex *capit. vnico, de beneficio fratris.*

Quinto obiicitur contra id, quod dictum fuit, successione acquiri feudum, *d. c. vn.* §. 1. *de feud. March.* Vbi dicitur, per inuestituram patris & aui succedere fratres & nepotes in beneficium. Ergo, quando à patre vel auo defertur fratribus, hoc est, filiis vel nepotibus feudum, non beneficio successionis, sed beneficio inuestituræ succedunt, & per consequens succedunt inuestitura noua, hoc est, prima.

Resp. Hic textus loquitur de feudo paterno, in quo fratres, hoc est, filii patris succedunt, beneficio inuestituræ nouæ, qua ipse paternus nouum feudum acquisiuit.
11 Atque ita vox † FRATRES respicit patrem. Deinde dicit per inuestituram aui succedere nepotes; id etiam in paterno feudo verum est. Nam si auus primum acquisiuit feudum, succedunt nepotes beneficio & respectu primæ inuestituræ. Ipsi autem fratres & nepotes habent illud feudum successione, & nihilominus renouationẽ inuestituræ facere tenentur, quæ renouatio quasi qualitas quædã est: principaliter aũt à patre acquisitũ habẽt successione. Et hanc solutionẽ gl. probat *in verb. patris & aui*, bene inquit, patris & aui, quoniã hoc obseruatur in feudo ab antecessoribus quæsito, nõ si per se quæsiuisset vasallus. Vnde Hottom. correxit *pag. 277.* dum legit: *patris vel aui* particulam, & in particulam *vel* mutantis non est necessaria. Et quamuis inuestitura sæpe ponatur pro renouatione inuestituræ, *capit. Vnic. in prin. per quos fiat inuestitura*, *capit. Vnic. in princip.*

quo-

quo tempor. miles inuestit pet. deb. c. vn. qui testes sint necessarii. Tamen inuestitura prima est quasi fundamentum & radix renouationis inuestituræ, quæ ex prima inuestitura fluit: sed contra dat solutionem, scil. renouatione inuestituræ opus esse in successione. Opponitur *c. vn. §. si quis, si de inuestitura inter domin. & vasall. lis oriatur*, vbi dicitur, liberari aliquem, si iurat se vel patrem esse inuestitum, hoc est, dum dicit patrem esse inuestitum, ipse liberatur, etiamsi non sit inuestitus.

Resp. Textus loquitur de probatione inuestituræ, pater est inuestitus prima scilicet inuestitura, non tamen sequitur, filium non teneri renouari inuestituram: quia si iurat patrem esse inuestitum & se non, inuestituram tenetur & ipse petere & accipere ratione successionis, hoc est, renouationem inuestituræ; quod etiam Hottom. *pag. 145.* ita explicat. Et hoc cognito, nihil etiam obstat *c. vn. de vsu Mediolanensium*, vbi dicitur iurare patrem suum, vel se à domino per inuestituram accepisse. Ergo sufficit vel prima inuestitura tantum, nec est opus renouatione; vel sufficit saltem renouatio, nec opus est prima inuestitura. Hoc, inquã, nihil obstat, quia secundum Hottomannum rectius ibi legitur: *patroni & se.* Nam, inquit, æque in filio ac in patre requiri inuestituram, sed in filio tantum renouationem. *d. c. vn. vers. de vet. consuet. rect. feud.* ta.

Sexto obiicitur, inuestitura non acquiri feudum † nouum tantum, sed solo iussu etiã domini. idq; probatur per *d. c. vn. in pr. de consuet. recti feudi*, vbi dicitur solo iussu, vel cessione domini, sine inuestitura acquiri feudum nouum, idq; pro inuestitura haberi, cum tamen *in c. vn. in pr. in quibus modis feud. const. potest*, expresse dicatur contrarium; scilicet sine inuestitura nullo modo posse constitui feudum, quando quis domino iubente nanciscitur possessionem: in quibus capitulis est manifesta repugnantia, vt Hottom. *in d. c. vn. in quib. mod. feudum constit. potest*, loquitur.

Resp. Zas. *pag. 6. num.* 10. quem sequitur Iul. Clar. *in §. feudum. quæst. 15. per tot.* & Duar. *cap. 7. num. 5.* hæc duo capita discordantia conciliat dicendo, aut iussus ille domini, hoc est, patientia conuasalli facta est coram paribus curiæ: Et tunc habet vim inuestituræ solus ille iussus, secundum, *d. c. vn. de consuet. recti feudi*, aut iussus ille non est factus coram paribus curiæ scientibus, cum tamen dominus pares haberet: & ita loquitur *d. c. vn. quib. mod. constit. potest.* Iussus igitur seu patientia domini coram paribus legitime facta, loco inuestituræ est, & tantundem operatur, vnde & hic casus ad inuestituram recte referri potest.

Deniq; obiicitur, successione feudum non acquiri, *d. c. vnic. de feud. Marchia, in pr.* vbi non est successio.

Resp. Hoc speciale est in feudis regalibus, in quibus non est successio, *c. vn. §. præterea. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum*, idq; propter vtilitatem & honorem Imperii est cõstitutum. Iul. Clar. *quæst. 44. n. 1.* Nam facile in nihilum redderetur, si admitteretur diuisio, Sonsb. *p. 1. n. 43.* quod tamen hodie est vsurpatum, hoc est, consuetudine mutatum; text. & ibi gloss. *in c. vn. in fin. de alienat. feud.* vt superius in quarta diuisione feudi dictum fuit. Semiliter specialis casus est, *in c. vn. de filiis natis ex matrim.* vbi non succedunt filii nati ex ignobili vxore cum iis natis ex nobili vxore, idq; ex pacto patris ea lege ignobilem ducentis. Manet igitur verum, tribus modis feudum tantum acquiri inuestitura, successione, & præscriptione: vnde primum de inuestitura videbimus.

DE INVESTITVRA.

13 SIne inuestitura feudum † constitui non potest. *d. c. vnic. in pr. quib. mod. feud. constitui po-*
14 *test.* Schneid. *part 4. num. 2.* Est enim inuestitura † quasi basis & fundamentum, cui
feudum innititur, & forma quædam feudi substantialis. Wes. *consil. 41. num. 68. p. 1.* Hinc
15 inuestituræ tenor † ante omnia inspicitur, quæ omni feudorum naturæ derogat. *c. vn in*
fin. in verb. propter tenorem inuestitura insertum de duobus fratrib. à capit an. inuestit. Schurpff.
consil. 23 num. 1 & consil. 98 num. 2 cent. 1. Wesenb. *consil. 15. nu. 74. & in tractat. feud. c. 6. nu.*
23. Borch. *c. 1. nu. 25.* & in inuestituram, velut scopum, omnis feudi status dirigitur, vt lo-
16 quitur Andr. Gayl. *lib. 2. obseru. obser. 50. num. 15.* Pacta † igitur feudalia adiecta mutant na-
turam feudorum, & sunt seruanda, *l. contractus. ff. de reg. iuris l. 1. ff. de pact.* Nec autem stylo
inuestitura est discedendum, Zasius *part. 6. nu. 23. & part. 7. nu. 44 45.* Sousb. *part. 9. nu. 25.*
Et antiquior inuestitura potior est habenda. Duar. *c. 7. n. 2.* In tractatione autem de inue-
17 stitura † sex hæc præcipue sunt notanda. Primo definitio inuestituræ. 2. diuisio. 3 quisnam
det vel accipiat inuestituram? 4 quando fiat inuestitura, & quibus solennitatibus pera-
gatur? 5. quando inuestitura priuetur? 6. de effectu inuestituræ agi potest, hoc est, quid-
nam propter obligationem, quæ fit in inuestitura, vasallus domino, & dominus vasallo
præstare teneatur.

18 Primo inuestitura † ab inuestiendo dicta, hoc est, in possessionem rei in feudum datæ
mittendo, vnde & inuestitio dicitur. *c. vn. vers. testes. si de inuest. inter dominum & vasallum*
19 *lis oriatur.* est solennis actus, per † quem vasallus domino ad fidem obligatur, & in rei feu-
dalis possessionem mittitur. Quod sit solennis actus, satis colligitur ex *c. vn. per quos fiat*
inuest. cum 4. seqq & c. vn. qui testes sint necessarii.

Deinde obligatio inde exsistit inter dominum & vasallum, orta ex mutuo contractu
c. vn. de form. fidelitatis. cum c. seq. Deniq; datur possessio feudi per immissionem feudalem,
20 verbalem, realem vel abusiuam, vnde & possessio † dicitur inuestitura, *d. c. vn. in pr quid sit*
inuestitura, gloss. elegans, *in c. vn. §. si facta. in verb. dominum. possessionem, si de feud. defunct.*
contentio sit. Mynsing. *cent. 4 obs. 61.* Sousb. *part. 9. n. 2.* Zasius *p 6. n. 1.* vbi definit inuestitu-
ram possessionem veram, vel fictam, per *c. vn. in pr. quid sit inuest.*

Sed contra id, quod dicimus, inuestituram esse solennem actum, per quem fiat im-
missio in possessionem, obiicitur tale argumentum: Si dominus immittit in possessio-
nem vasallum per inuestituram. hoc est, actum solennem; tradit ei quoq; possessionem.
Sed inuestitura iam facta traditio fit. *d c. vnic. §. fin. de non. form. fidel. d. c. vnic. §. si facta si*
de feudo defunct. contentio sit. Ergo inuestitura non potest definiri solennis possessionis
traditio.

Resp. Cuiac *in prælud feud. pag. 16. & tit. 2. lib. 1 pag. 48* est in ea sententia, inuestituram
esse cessionem seu contractum solennem; & affirmat differre inuestituram & traditio-
nem; cum tamen nostra sit sententia ex textibus feudalibus, quod inuestitura sit solen-
nis feudalis possessionis attributio vel traditio, & ita late ille totus inuestiendi actus vel
tractatus optime describi potest ac debet. Et nos potissimum hic effectum inuestituræ,
qui in acquisitione possessionis consistit, consideramus. Negari autem non potest, in-
terdum strictius inuestituram accipi posse, tantum pro constitutione prima feudi, vel
pro contractu seu conuentione, quæ est inter dominum & vasallum, de feudo dando,
vel de inuestitura facienda, ex qua oritur obligatio? vt si non potest feudum præstare,
soluat

soluat interesse, vel si facta est tantum verbalis inuestitura, præcise teneatur dominus dare feudi possessionem, vt inferius dicetur. Et hæc contentio optime potest à traditione distingui, quemadmodum differunt constitutio & acquisitio. Constitui enim potest † feudum per pactum, vel contractum præcedentem, subintellige inuestituram: non aliter autem acquiritur, nisi per inuestituram, quamuis tamen nos inuestituram pro toto illo tractatu, inuestiendi scilicet, pro contractu, & pro traditione inuestitura legitime facta consideremus. Quod autem ad dd. cap. duo, quibus D. Cuiacius conatur suam sententiam confirmare, non refringunt hanc definitionem, quia loquuntur tantum de abusiua inuestitura, quæ possessionem statim non tribuit, sicut inuestitura propria vel realis; pro hac re est glossa elegans, *in d. c. vn. §. si facta, in verb. dominium, possessionem. si de feudo defuncti. contentio sit.* vbi dicit nullam esse dubitationem, hæc duo capitula ad abusiuam inuestituram referri debere. Ad quid enim dominus teneretur in propria inuestitura tradere possessionem, quæ tradita iam erat? Et hanc communem glossæ & Doctorum sententiam sequitur præceptor Borcholt. *c. 7. part. 1. num. 6. 8.* Mynsing. *centur. 4 obseruat. 61.* 21

In definitione tamen natura continetur etiam verbalis inuestitura, quia etsi non sit realis immissio in possessionem, tamen est quasi immissio, quasi traditio possessionis certo signo facto, præstita tamen ante fide seu fidelitate, & quasi traditio vim veræ traditionis habet ob patientiam & voluntatem domini, volentis fundos suos esse feudales, & de iis alium inuestiri, *§. per traditionem. & §. interdum. Inst de rer. diuis.*

Secundo cognita definitione inuestituræ videbimus de diuisione. Inuestitura est duplex. noua & vetus. Noua & vetus inuestitura definitur, quando feudum † primo quæritur, *c. vn. in fin. qui testes sint necessarii.* Vnde etiam nouum feudum inde nomen accepit, *c. vn. in pr. per quos fiat inuestitur.* Vetus inuestitura dicitur, quæ fit veteri † beneficio, hoc est, de paterno vel antiquo feudo, à domini successore vel vasalli successore, *d. c. vn qui testes sint necessarii* Vnde & vetus feudum dicitur, *d. c. vn. in pr per quos fiat inuestitur.* Et hæc proprie dicitur inuestituræ nouæ renouatio quædam, non noua traditio, quam recognitionem facere tenentur successores eius, qui primum feudum acquisiuit, quoties fit mutatio possessionis per casum mortis à parte domini & vasalli, *d. c. vn. in fin. qui testes sunt necessarii*, & ibi Hottom. *in verbis: Domini successorem, d. c. vn. § 1. per quos fiat inuestitura*: quæ tamen renouatio seu confirmatio *in dd. locis*, inuestitura simpliciter dicitur, vt superius notatum fuit. Et hæc renouatio fit in signum superioritatis domini, in redemptionem seu restaurationem, vt dominus sciat, quemnam vasallum habeat, vnde εἰσδικαγὴ vocatur, *in Nou. Leonis 13.* Quod quasi præstetur noui possessoris admittendi & suscipiendi causa paucula pecunia. Deinde noua inuestitura † rursus est duplex; aut enim est propria seu realis, aut abusiua, impropria vel verbalis. Propria inuestitura dicitur † possessio, quando dominus vasallum reuera, corporaliter & actualiter, in feudi vacuam inducit; hoc est, detentionem rei vasallo realiter tribuit; quemadmodum, si quis veste quadam realiter induitur, *dict. cap. vnic. in princ. quid sit inuestitura.* Abusiua est, quando dominus † vice vel loco feudi & traditionis, seu possessionis realis vasallo bastam, gladium, anulum, chyrothecas, vel quid aliud corporeum tradit, eumque per hoc inuestitum affirmat, *dict. cap. vnic. in princ. quid sit inuestit.* Et hoc fit ad similitudinem inuestituræ † Doctoralis, quæ fit per traditionem libri, annuli, &c. Sic regalia † feuda dantur secularibus per vexillum (ein Fähnlein) ecclesiasticis personis. † per sceptrum, Landrecht. *lib. 3. artic. 66.* Schneid. *pag. 4. num. 5. & 6.* Et hæ species, vt superius dictum, 22 23 24 25 26 27 28 29

sub-

Si autem res ecclesiæ non est solita in feudum dari, & de nouo aliquis de ea inuestitur, requiritur ad id faciendum, totius Capituli consensus, & solennis tractatio, *c. ad nostr. &. extra de rebus ecclesiæ non alienand.* Zas. *part.* 5. *n* 51. *cum seq.* Schneidev. *part* 3. *n.* 11. Quid autem agendum erit, si de infeudatione non constat, hoc est, si dubitatur, an res solita sit infeudari? Videndum dum erit, an consuetudo illa infeudandi, fuerit rationabilis. *l. quod non ratione. ff. de legib.* Zas. *part.* 5. *n.* 52.

Secundo, an actibus ad minimum duobus possit probari, *l.* 1. *C. quæ sit long. consuetud. l.* 3. *C de ædific priuat.* Zas. *dict. loco*, hoc est, an bis sit facta illa infeudatio, tunc enim satis confirmata videtur.

Tertio, an 40. annorum præscriptione sit munita illa infeudatio, exempla actionum ecclesiis competentium, ob res alienatas, *Nou.* 111. Hæc constitutio innouat, vbi venerabilibus locis, puta, ecclesiis, monasteriis dantur 40 anni, quibus res ecclesiæ præscribuntur. Et hæc sententia est tutior, & minus fauet alienationi rerum ecclesiasticarum, vt refert Iulius Clarus *in* §. *feudum. quæst.* 13. *numer.* 4. Zasius *part.* 5. *numer.* 52. Borcholt. *cap.* 6. *num.* 23.

Sed contra alienationem rerum ecclesiæ obiicitur, *l. iubemus nulli.* 14. *C. de sacrosanct. ecclesʃ. & Nou.* 7 *de rebus ecclesiæ non alienand.* in qua nouella Iustinianus id expresse prohibet, & ad omnes res ecclesiæ, & ad omnia monasteria trahit: Ergo falsum est alienationem, quæ est infeudatio, in rebus ecclesiæ fieri posse.

Resp. Generaliter ita constitutum est in fauorem ecclesiarum, quæ per alienationem

52 depauperiorari non possunt, sed tamen quia consuetudines feudales † vincunt leges ciuiles, *c.* Vn *in pr de feud al. cognit.* ideo & hac in parte eas vincunt, *d. c vn in pr. de his, qui feud.*

53 *dar. possunt. d. c.* Vn. *Episc. vel Abbatem* Nam consuetudo optima † legum est interpres, *l. si de interpretatione ff de legib.* id quod etiam iure canonico ita obtinet, *d. c. ad nostram.* Deinde illa infeudatio tunc fit, quando ita res solita est infeudari, vel de nouo etiam, quando forte ecclesię abundant rebus istis, quæ in priuatorum commercio esse possunt. Et sic melior conditio ecclesiæ, quia præstantur seruitia hoc nomine & alia honesta officia, *c.* Vn. *de non form. fidel.*

Secundo obiicitur, *d c.* Vnic. §. 1. *Episc. vel Abbat.* vbi dicitur: si solita est res infeudari &c. solitum autem denotat vnicum actum, vel semel tantum quid esse factum, Bartol. in *l. Mela.* § *sed etsi alimenta. ff. de alim & cibar. legation.* Ergo non duo actus requiruntur, sed vnus.

Resp. Ex natura verbi *solitus*, hoc potius apparet crebrius, quid esse datum, cum & frequentia actuum ad consuetudinem omnem requiratur, *d. l.* 1. *C. quæ sit long. consuetud.* Boreh. *c.* 6. *n.* 25.

Tertio obiicitur, *c.* Vn. §. *si quis per* 30 *annos. si de feud. defuncti contentio sit*, vbi 30. anni ad præscriptionem rei feudalis requiruntur: Ergo non 40. anni, vnde etiam Curt. *part.* 2. *quæst.* 3 *n* 630. annos ad infeudationem talem requirit.

Respon. Dictum *cap. vnic* §. *si quis per* 30. loquitur in eo casu, quando quis per 30. annos feudum possedit bona fide, & tranquille, non vi, non clam, non precario, & seruitia præstitit, putatur id vere feudum esse, & primum forte vasalli de eo esse inuestitum, quamuis revera de eo inuestitus non sit, tum acquirit sibi legitimo præscriptionis modo

54 feudum, & eo vi feudo vti possit. Nam præscriptio est legitimus † modus acquirendi feudum, vt inferius videbimus. Hic autem aliud est, nec de eo agitur, an feudum sit acquisitum, sed an consuetudo infeudandi in rebus ecclesiæ solita sit, hoc est, consueuerit

fieri

fieri, quod longe est diuersum. Denique obiicitur *l. eum qui. 6. C. de feudis vel priuata, lib. 11.* vbi dicitur, eum qui Collegio, vel Curiæ, vel Burgis cæterisque corporibus per 30. annos sine interpellatione seruit, nulla re esse inquietandum. Ergo 30. anni hic quoque requiruntur.

Respond. Procedit id in suis casibus, nec hic quæritur de eo, qui seruiuit; collegio, sed an consuetudo sit infeudandi, & quia in rebus profanis præscriptio debet esse longa, *l. fed & ea. 31. ff. de leg.* hoc est 10. annorum inter præsentes, 20. inter absentes. § 1. *Instit. de vsucap.* & in rebus Ecclesiæ 40. annorum, *dict. Nouell.* 111. Id ita quoq; recte ad feuda transfertur. Nam strenuus IC. absq; calumnia lege scripta vti potest, in defectu expressi feudalis textus. *d. cap. vnic. in princ. de feud. cognit.* vt superius dictum fuit. Manet igitur verum, ad consuetudinem infeudandi rerum Ecclesiæ, requiri 40. annorum spacium quamuis tamen Prælatus Ecclesiæ res illas in feudum dari solitas, & reuersas ad collegium possit incorporare rursus, ita vt amplius non alienentur: id quod notissima Germaniæ consuetudine est receptum. Iul. Clar. *quæst. 13. num. 4. § feudum.* Curt. *d. loco*, Borchold. *c. 6 n. 26.*

Sed quæritur, anne Decimæ † possint in feudum dari laiço à Prælato, si ad Ecclesiam 55
feudum reuertitur? Et est communis opinio, quod sic, & ita communiter obseruatur in practica. vt testatur Iul. Clar *d. q. 13 n. 2* Curt *part. 2 q. 5.*

Sed obiicitur *c. ecclesiast. § his itaq; 12 quæst. 1.* vbi dicitur: Decimas tantum manere apud Spirituales, cum datæ sint primum per Moysen, à domino filiis Leui. vnde & Schneidevv. affirmat: Decimas in feudum dari non posse, cum sint cibus Spiritualium, *part. 2. num. 6. & 7.*

Resp. Si non sint datæ ante, in feudum dari non possunt: alias si solitæ sint dari, nihil obstat, quo minus amplius concedi possint, cum id iam per consuetudinem, quæ legem vincit, ita obseruetur, & est pro hac re generaliter, *d. c. vnic. in princ. de his, qui feudum dare possunt*, & *d. cap. vnic. in princ. Episc. & abb.*

Coronidis loco sciendum est, rem in dubio potius allodialem & liberam, quam feudalem & quasi seruilem intelligi, si aliquis est in rei possessione, eamq; tenet, & si controuersia incidit. Et hanc sententiam Dd. in legendo & consulendo sequi dicit Iulius Clarus *in § feudum, quæst. 18 num. 1* Gayl *lib. 2 obseruat obseru. 69. numer. 4.* Schneidevv. *in præludio, num. vltim. in fin.* Dd. *in cap. vnic § defuncto, si de feud. defuncti controu. sit.* Nam & alias feudorum natura ab aliis bonis est separata. Et appellatione hæreditatis † non ve- 56
niunt feudalia *capit. vnico, vbi Dd. de success. feud. capit. vnic. an agnatus vel filius* Wesen. *in consil. 15. n. 9 par. 1.* Vnde & feudales res dispositione generali ordinaria iurisdictioni eximuntur, Wesenb. *in consil. 30. num. 16.*

DISPVTATIO IV.

CONTINVATIO.

De feudi acquisitione, inuestitura & iuramento fidelitatis.

Thesis 1. Acquiritur tribus potissimum modis; inuestitura, successione & præscriptione.

2. Primum itaque agemus de inuestitura, quæ est traditio & acceptio possessionis rei in feudum datæ.

3. Hæc diuiditur in propriam & impropriam. Propria est realis quædam & corporis traditio vel occupatio possessionis rei in beneficium concessæ, *lib. 1. tit. 2. in princ. in feudis.*

4. Nam & quando vasallus domini voluntate ingreditur feudum, idque occupat, eo ipso dicitur esse inuestitus. Andr. de Ifern. Matth. de Afflict. & alii Dd. *ad tit. quid sit inuestitura.*

5. Impropria est, cum dominus alio loco, quam in rei feudalis præsentia gladium, hastam, vexillum vel simile corporeum quid porrigit, & per hoc inuestituram se facere dicit, *titul. 33. in princip. libro secundo, argument. 6. quod meo. § si vendidere. ff. de acquiren. vel omittend. poss. & l. clauibus. de contrah. emption.* Borcholt. *capitulo septimo, numero sexto & septimo.* Iacob. de. Ardizon. *quæst. 39.*

6. Quæ forma non inducitur in veram possessionem, sed tantum apprehendendæ propria authoritate possessionis facultatem consequitur, quæ illi, si non fiat, aget ad rei feudalis traditionem. Borcholt. *capitulo septimo, dict. numer. 7. in fine, & numero octauo*, & facit *libro secundo, titulo secundo, §. si facta*, ibi, *antequam possessionem, argument. l. possideri, & l quemadmodum, de acquirend. possess. titul. quid sit inuestitura & titul. de consuetud. recti feudi.* Wesenbec. *capitulo 8. numero 15. & 30.* Borcholt. *capitulo 7. numero 10.* Gayl. *libro 2. obseruat. 152. numero 14.* Pistor. *parte secunda, quæst. 39. num. 14.* Schurpff. *in consil. 53. centur. 1.*

7. Est & inuestitura præsumpta, quando seruitia per triginta annos sunt præstita, vel si dominus alicui coram paribus Curiæ dixerit, vade in possessionem illius feudi, & eam teneas, *titulo 26. libro secundo §. si quis per triginta annos.* Pistorius, *parte secunda quæstione 46. numero 19. titulo 33. libro 2. in principio.*

8. Dicitur & alia inuestitura specialis, quando quis feudum sibi & descen-

descendentibus masculis acquirit; alia generalis siue simultanea, quando quis sibi descendentibus masculis, omnibusque agnatis feudum acquirit, cuius in foro Saxonico præcipuus est vsus. Pistorius, *part. 2. quæstione 19. & 20.*

9. Inuestire autem petentem inuestituram dominus immediate proximus tenetur, siue per se, siue per personam aliam. Wesenbec. *c. 8. num. 10. & 12.* Menoch. *cons. 66. num. 13. tit. de prohib. per Frider. §. insuper.* Borch. *ca. 7. nu. 25. lib. 2. l. 5. §. sed vtrum.*

10. Nec distinguimus in eo interinuestituram propriam & abusiuam. Borcholt. *d. n. 25.* Iacob. de Beluiso, Aluarot. & Schenck. ad *d. §. sed vtrum, tit. 3. lib. 2.* facit *c. accidens extra de prabend. & dign.*

11. Plane mortuo feudi domino pluribus relictis heredibus filiis ab omnibus inuestitura est petenda, nisi eligant vnum heredes, à quo petatur. Borch. *c. 7. n. 35.* Zasius *pag. 7. num. 11.*

12. Accipiunt inuestituram vasalli siue per se, siue per alium, habilem tamen. *d. l. §. sed vtrum, titulo 3. libro secundo, argumento versicul. noui. dict. titulo 3.*

13. Quemadmodum à pluribus dominis petenda est inuestitura, sic si plures heredes sint, nec ad vnum diuisione aut pacto feudum, vel electione ius petendi pertineat, omnes inuestituram petere tenentur. Borcholt. *cap. 7. num. 35.* Wesenb. *cap. 8. num. 8. 9. §. omnes filii. tit. 26. lib. 2. § praeterea. tit. 85. lib. 2.* Zasius *pag. 7. num 10.*

14. Non incommode sese hic offert quæstio hæc, vtrum inuestitura de caducitate successionis (vt vocant) facta valeat? & valere indubitati iuris est, *tit. 22. lib. 1. de feud. dat. in vicem. leg. commiss. titul. 3. lib. 1. in princ.* Gayl. *lib. 2. obseruat. vlt.*

15. Quod adeo procedit, vt nec dominum pendente conditione pœnitere posse, & inuestitum illud ius ad heredem transmittere existimemus. Pistorius, *part. 2. quæst. 25. numero 21. 31.* Borcholt. *cap. 7. numero 10.* & facit *l. quod si fugitiuus. de adilit. edict. l. si pœnituit. de minorib. l. si in loco. & colonum ff. locati. l. non idcirco. C. de contrah. empt.*

16. Quin imo & firma est inuestitura, quæ de feudo eius, qui filios habet, facta est sub conditione mortis eorum. Pistorius, *part. 2. quæst. 25. numero 19. 20.*

17. Sed maior dubitatio est, vtrum sub hac conditione inuestitura facta si apertiatur feudum, eo defuncto heres adimplere teneatur? & teneri affirmamus. Pistor. *pag. 2. quæst. 26.*

18. Præ-

27. Fidelitas versatur circa hæc sex; incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, *tit.6.de form.fidel.c.forma,22.q.5.*

28. Ab hoc iuramento excipitur Imperator, Rex, Papa, antiquior Dominus, Patria, propria vasalli persona parentis & domini, *tit. hic finitur lex.§.fin.titul.de noua form.fidelitat.§.feud.titul.de prohibit.per Fridericum, cap.venientes.extra de iureiurand.titul.23.libro 2.§.contra omnem.* Borcholt.*capit.4, num.24.*

29. Nouissime sciendum est, vasallos liberari à præstatione iuramenti, si hoc pacto feudum acquisierunt, ne præstent, si sint impuberes, si dominus est bannitus, excommunicatus aut infidelis, & pluribus modis aliis; quibus addendum est Ecclesiam, si feudum habeat, ipso iure à iuramento esse solutam, *tit.per quos fiat inuestit.§.fin.* Wesenb.*c.8.n.20.*

30. Coronidis loco fungatur, si dominus pluribus relictis filiis vel heredibus decesserit, vasallum non teneri singulis dominis separatim fidelitatem facere, & sic plures iurare, sed tantum vni eorum, communi tamen nomine & vice recipienti. Pistor.*part.2.quæst.47.n.24.25.*

DISPVTATIONIS IV.

De feudi acquisitione, inuestitura & iuramento fidelitatis; obiectiones & resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Pars iuris feudalis potissima in acquisitione consistit.*
2 *Feudum quot modis acquiratur: hoc sine inuestitura non constituitur, n.3.7.13.*
4 *Leges cum legibus coniungi debent.*
5 *Feudum nouum inuestitura saltem acquiritur.n.8.12.*
6 *Alienatio feudi, quando sit concessa.*
9 *Vetus feudum successione acquiritur.*
10 *Frater fratri in nouo feudo non succedit.*
11 *Vox fratres, quam personam respiciat.*
14 *Inuestitura est quasi basis & fundamentum feudi, eiusque forma quadam substantialis.*
15 *Tenor inuestituræ ante omnia inspici debet.*
16 *Pacta feudalia adiecta natura feudorum mutant, & sunt seruanda.*
17 *In inuestitura tractanda, quæ & quotnam sint notanda, eaque quotuplex,* numer. 22.& 24.
18 *Inuestitura vnde dicta: eius definitio quæ,* num.19. *possessio quoque dicitur inuestitura,* num.20.

70. *Qui sentit commodum, sentiat is quoq; incommodum.*
71. *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, cum hoc contra bonos mores non sit obligatorium*, num. 72.
73. *Filius & pater sunt vna persona: & vox patris est vox filij*, num. 74.
75. *An vasallus pro filia domini dotanda aliquid conferre teneatur?*

IVris feudalis † potissima pars in acquisitione consistit. hoc enim plerumque agitur, 1
quemadmodum quid cuiusque fiat, vt loquitur Iurisconsultus Vlpianus, *in leg. Vltima, ff. de legib.* Recte igitur de modis acquirendi feudum nunc erit agendum, cum in eis præcipua huius iuris vtilitas & emolumentum spectetur. Acquiritur vero feudum tribus modis? † Inuestitura, Successione & Præscriptione. Duo priores modi exprimuntur 2
satis aperte *in cap. vnic. §. fin. in fin. de feud. cognit.* vbi dicitur, feudum neminem acquirere posse, nisi inuestitura, aut successione Et. *cap. vnic. in princ. de success. fratr. cap. vnic. in princ. de consuetud. recti feudi.* & sine inuestitura † feudum constitui non potest, *capitul. Vnico,* 3
in princip. quibus mod. feud. constitui poter. capit. Vnic in princip. de feud. Marchia. Tertius his duobus est addendus, *ex c. vnic. § si quis per 30. annos si de feud. content. sit, &c. d. cap. vnic. de consuetud. rect. feud.*

Si enim quis non est inuestitus de feudo, credens errore, se de eo esse inuestitum vel patrem, & tamen possidet per triginta annos, dominoque illa opinione & confidentia seruitia præstat, potest tum se triginta annorum præscriptione aduersus dominum tueri, fundosq; illos feudi nomine retinet, ad suosq; heredes transmittit. Feudum igitur tribus modis acquiritur, in iure feudali expressis: id quod etiam Sonsb. *p. 9. n. 1.* Zasius *p. 6. & 7.* Duar. *c. 7. 8. & 9. n. 12.* Cuia. *tit. 2 lib. 2.* Borch. *c. 7.* sequuntur. Sed contra hosce tres modos acquirendi aliqui textus obiiciuntur, quos videbimus.

Primo obiicitur, *d. c. vn. §. Vlt. de feud. cogn. & d. c. vn. in princ. de consuet. rect. feud.* vbi tantum duo modi ponuntur, inuestitura & successio: Ergo tres modi non sunt.

Resp. Dictum ante fuit, tertium modum, ex *d. c. Vnic. §. si quis per 30. annos si de feud. content. fuerit*, esse addendum his duobus scil. præscriptionem; & nouum non est, leges cum † legibus coniungi *l. non est nouum, ff. de legib.* & scimus, confusioni capitulorum feuda- 4
lium ita posse succurri, cum vt nati sunt casus in foro, ita coniuncti & consarcinati sunt sine ordine, vt superius dictum fuit. Præterea *in d. capit. Vnic. in princ. de consuetud. rect. feud.* Tertius etiam modus adiicitur de præscriptione.

Secundo obiicitur, contractu, puta emptione, permutatione, donatione & aliis modis feudum acquiri: Ergo plures sunt modi acquirendi feudum; vnde Wesenb. ad modos acquisitionis requirit contractum, *c. 6 n. 2.*

Resp. Concedi potest contractu, puta emptione, permutatione, donatione feudum constitui vel promitti posse, sed non acquiritur feudum † nouum, nisi inuestitura. Nam 5
inuestitura in possessionem quis mittitur, quantum feudum acquirit, quâ etiam vasallus domino ad fidem se astringit.

Consideramus igitur feudum, secundum inuestituram, hoc est, possessionis immissionem, quamuis pacto vel stipulatione, vel alio contractu committi possit. Deinde in emptione pecunia interuenit, quæ non est de substantia & natura feudi, quod ex amore & honore domini proficiscitur, *capit. Vnic. in fin. princip. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* Et improprium feudum est, quoad pecuniæ dationem, vt superius dictum fuit.

Quando autem domini voluntate à vasallo alteri feudum venditur, permutatur, con-
stituitur quidem feudum, sed non reuera acquiritur, nisi facta inuestitura, & nihilomi-
nus is, cui venditur feudum, obstringitur domino, sicut prior vasallus, nec est melioris
conditionis. Præterea consideramus nos modos hosce secundum dominum & vasallum,
6 non secundum duos alios, vasallum & tertium aliquem. Nam alienatio † est concessa, si
fiat consensu domini, siue fiat per venditionem, vel alio modo: dominus autem seruitiis
non vult carere, & quamuis fieri posset, vt dominus permutatione facta inuestiret alium,
tamen id non fluit ex propria feudi natura, & nihilominus attenditur inuestitura, quæ
est de natura cuiusq; feudi, & illa effectu præponderat. Vnde rectius effectu inspecto di-
7 cimus, inuestitura † feudum acquiri, licet contractu constituatur.

Tertio obiicitur: quod in omni feudo opus sit inuestitura: Ergo inuestitura potius est
quædam forma, qua omne feudum constituitur, & non modus acquirendi; id quod We-
senb. *in d. loco* similiter putat.

8 Resp. Nouum feudum † non aliter acquiritur, quam per inuestituram, hoc est, indu-
ctionem in possessionem, siue illa sit realis, siue abusiua. Nec potest id dici acquisitum
successione in ea persona, quæ primum illud acquisiuit, vt postea dicemus. Vetus feu-
9 dum acquiritur † successione, in qua tamen renouatio fit inuestituræ in signum grati-
tudinis & officii, propter datum feudum, mutata possessione præstiti, *cap. Vnic. § 1. de feud.
Marchia.* in verbis: *per inuestituram aui vel patris in beneficium fratres vel nepotes suc-
cedunt.*

Quarto obiicitur, *c. Vnic. §. fin. de success. feud.* vbi dicitur: non succedit nec vna, nec dua-
bus inuestituris: Ergo, inuestitura & successione feudum non acquiritur.

Respon. Loquitur is textus de nouo feudo, in quo nulla est fratrum successio, etiam-
si coniunctim fuerint de eo inuestiti, hoc est, siue vna inuestitura, vel duabus id ac-
quisierint. Nam si vnus frater inuestitur, est vna inuestitura, si aliter succederent, coge-
retur renouare inuestituram fratris, atque sic essent duæ inuestituræ. Quod autem
10 frater † fratri in nouo feudo non succedat, clare constat ex *capit. vnico, de beneficio
fratris.*

Quinto obiicitur contra id, quod dictum fuit, successione acquiri feudum, *d. c. vn. §. 1.
de feud. March.* Vbi dicitur, per inuestituram patris & aui succedere fratres & nepotes in
beneficium. Ergo, quando à patre vel auo defertur fratribus, hoc est, filiis vel nepotibus
feudum, non beneficio successionis, sed beneficio inuestituræ succedunt, & per conse-
quens succedunt inuestitura noua, hoc est, prima.

Resp. Hic textus loquitur de feudo paterno, in quo fratres, hoc est, filii patris succe-
dunt, beneficio inuestituræ nouæ, qua ipse parens nouum feudum acquisiuit.

11 Atque ita vox † FRATRES respicit patrem. Deinde dicit per inuestituram aui suc-
cedere nepotes, id etiam in paterno feudo verum est. Nam si auus primum acquisiuit
feudum, succedunt nepotes beneficio & respectu primæ inuestituræ. Ipsi autem fratres
& nepotes habent illud feudum successione, & nihilominus renouationē inuestituræ fa-
cere tenentur, quæ renouatio quasi qualitas quædā est: principaliter aūt à patre acqui-
sitū habēt successione. Et hanc solutionē gl. probat *in verb. patris & aui*, bene inquit, pa-
tris & aui, quoniā hoc obseruatur in feudo ab antecessoribus quæsito, nō si per se quęsi-
uisset vasallus. Vnde Hottom. correxit *pag. 277.* dum legit: *patris vel aui* particulam, &
in particulam *vel* mutantis non est necessaria. Et quamuis inuestitura sæpe ponatur pro
renouatione inuestituræ, *capit. Vnic. in prin. per quos fiat inuestitura*, *capit. Vnic. in princip.*

quo tempor. miles inuestit pet. deb. c. vn. qui testes sint necessarii. Tamen inuestitura prima est quasi fundamentum & radix renouationis inuestituræ, quæ ex prima inuestitura fluit: sed contra dat solutionem, scil. renouatione inuestituræ opus esse in successione. Opponitur *c. vn. §. si quis, si de inuestitura inter domin. & vasall. lis oriatur,* vbi dicitur, liberari aliquem, si iurat se vel patrem esse inuestitum, hoc est, dum dicit patrem esse inuestitum, ipse liberatur, etiamsi non sit inuestitus.

Resp. Textus loquitur de probatione inuestituræ, pater est inuestitus prima scilicet inuestitura, non tamen sequitur, filium non tenere renouari inuestituram: quia si iurat patrem esse inuestitum & se non, inuestituram tenetur & ipse petere & accipere ratione successionis, hoc est, renouationem inuestituræ; quod etiam Hottom. *pag.* 145. ita explicat. Et hoc cognito, nihil etiam obstat *c. vn. de vsu Mediolanensium,* vbi dicitur iurare patrem suum, vel se à domino per inuestituram accepisse. Ergo sufficit vel prima inuestitura tantum, nec est opus renouatione, vel sufficit saltem renouatio, nec opus est prima inuestitura. Hoc, inquã, nihil obstat, quia secundum Hottomannum rectius ibi legitur: *patroni & se.* Nam, inquit, æque in filio ac in patre requiri inuestituram, sed in filio tantum renouationem. *d. c. vn. vers. de vet. consuet. recti. feud.* 12.

Sexto obiicitur, inuestitura non acquiri feudum † nouum tantum, sed solo iussu etiã domini, idq; probatur per *d. c. vn. in pr. de consuet. recti feudi,* vbi dicitur solo iussu, vel cessione domini, sine inuestitura acquiri feudum nouum, idq; pro inuestitura haberi, cum tamen *in c. vn. in pr. in quibus modis feud. const. potest,* expresse dicatur contrarium; scilicet sine inuestitura nullo modo posse constitui feudum, quando quis domino iubente nanciscitur possessionem: in quibus capitulis est manifesta repugnantia, vt Hottom. *in d. c. vn. in quib. mod. feudum constit. potest,* loquitur.

Resp. Zas. *pag.* 6. *num.* 10. quem sequitur Iul. Clar. *in §. feudum. quæst.* 15. *per tot.* & Duar. *cap.* 7. *num.* 5. hæc duo capita discordantia conciliat dicendo, aut iussus ille domini, hoc est, patientia conuasalli facta est coram paribus curiæ: Et tunc habet vim inuestituræ solus ille iussus, secundum, *d. c. vn. de consuet. recti feudi,* aut iussus ille non est factus coram paribus curiæ scientibus, cum tamen dominus pares haberet: & ita loquitur *d. c. vn. quib. mod. constit. potest.* Iussus igitur seu patientia domini coram paribus legitime facta loco inuestituræ est, & tantundem operatur, vnde & hic casus ad inuestituram recte referri potest.

Deniq; obiicitur, successione feudum non acquiri, *d. c. vnic. de feud. Marchia, in pr.* vbi non est successio.

Resp. Hoc speciale est in feudis regalibus, in quibus non est successio, *c. vn. §. praterea. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum,* idq; propter vtilitatem & honorem Imperii est cõstitutum. Iul. Clar. *quæst.* 44. *n.* 1. Nam facile in nihilum redderetur, si admitteretur diuisio, Sonsb. *p.* 1. *n.* 43. quod tamen hodie est vsurpatum, hoc est, consuetudine mutatum; text. & ibi gloss. *in c. vn. in fin. de alienat. feud.* vt superius in quarta diuisione feudi dictum fuit. Similiter specialis casus est, *in c. vn. de filiis natis ex matrim.* vbi non succedunt filii nati ex ignobili vxore cum iis natis ex nobili vxore, idq; ex pacto patris ea lege ignobilem ducentis. Manet igitur verum, tribus modis feudum tantum acquiri inuestitura, successione, & præscriptione: vnde primum de inuestitura videbimus.

DE INVESTITVRA.

13 SIne inuestitura feudum † constitui non potest, *d.c. vnic. in pr. quib. mod. feud. constitui po-*
14 *test.* Schneid. *part 4. num. 2.* Est enim inuestitura † quasi basis & fundamentum, cui
feudum innititur, & forma quædam feudi substantialis. Wes. *consil. 41. num. 68. p. 1.* Hinc
15 inuestituræ tenor † ante omnia inspicitur, quæ omni feudorum naturæ derogat. *c. vn. in*
fin. in verb. propter tenorem inuestitura insertum de duobus fratrib. à capit an. inuestit. Schurpff.
consil. 23 num. 1 & consil. 98 num. 2. cent. 1. Wesenb. *consil. 15. nu. 74. & in tractat. feud. c. 6. nu.*
23. Borch. *c. 1. nu. 15.* & in inuestituram, velut scopum, omnis feudi status dirigitur, vt lo-
16 quitur Andr. Gayl. *lib. 2. obseru. obser. 50. num. 15.* Pacta † igitur feudalia adiecta mutant na-
turam feudorum, & sunt seruanda, *l. contractus. ff. de reg. iuris l. 1. ff. de pact.* Nec autem stylo
inuestituræ est discedendum, Zasius *part. 6. nu. 23. & part. 7. nu. 44 45.* Sousb. *part. 9. nu. 25.*
Et antiquior inuestitura potior est habenda. Duar. *c. 7. n. 2.* In tractatione autem de inue-
17 stitura † sex hæc præcipue sunt notanda. Primo definitio inuestituræ. 2. diuisio. 3 quisnam
det vel accipiat inuestituram ? 4 quando fiat inuestitura, & quibus solennitatibus pera-
gatur ? 5. quando inuestitura priuetur ? 6. de effectu inuestituræ agi potest, hoc est, quid-
nam propter obligationem, quæ fit in inuestitura, vasallus domino, & dominus vasallo
præstare teneatur.
18 Primo inuestitura † ab inuestiendo dicta, hoc est, in possessionem rei in feudum datæ
mittendo, vnde & inuestitio dicitur. *c. vn. vers. testes. si de inuest. inter dominum & vasallum*
19 *lis oriatur.* est solennis actus, per † quem vasallus domino ad fidem obligatur, & in rei feu-
dalis possessionem mittitur. Quod sit solennis actus, satis colligitur ex *c. vn. per quos fiat*
inuest. cum 4. seqq & c. vn. qui testes sint necessarii.
Deinde obligatio inde existit inter dominum & vasallum, orta ex mutuo contractu
c. vn. de form. fidelitatis. cum c. seq. Deniq; datur possessio feudi per immissionem feudalem,
20 verbalem, realem vel abusiuam, vnde & possessio † dicitur inuestitura, *d. c. vn. in pr quid sit*
inuestitura, gloss. elegans, *in c. vn. § si facta in verb. dominum. possessionem, si de feud. defunct.*
contentio sit. Mynsing. *cent. 4 obs. 61.* Sousb. *part. 9. n. 2.* Zasius *p. 6. n. 1.* vbi definit inuestitu-
ram possessionem veram, vel fictam, per *c. vn. in pr. quid sit inuest.*
Sed contra id, quod dicimus, inuestituram esse solennem actum, per quem fiat im-
missio in possessionem, obiicitur tale argumentum: Si dominus immittit in possessio-
nem vasallum per inuestituram, hoc est, actum solennem; tradit ei quoq; possessionem.
Sed inuestitura iam facta traditio fit. *d. c. vnic. § fin. de nou. form. fidel. d. c. vnic. § si facta si*
de feudo defunct. contentio sit. Ergo inuestitura non potest definiri solennis possessionis
traditio.
Resp. Cuiac *in prælud. feud. pag. 16. & tit. 2. lib. 1 pag. 48.* est in ea sententia, inuestituram
esse cessionem seu contractum solennem, & affirmat differre inuestituram & traditio-
nem; cum tamen nostra sit sententia ex textibus feudalibus, quod inuestitura sit solen-
nis feudalis possessionis attributio vel traditio, & ita late ille totus inuestiendi actus vel
tractatus optime describi potest ac debet. Et nos potissimum hic effectum inuestituræ,
qui in acquisitione possessionis consistit, consideramus. Negari autem non potest, in-
terdum strictius inuestituram accipi posse, tantum pro constitutione prima feudi, vel
pro contractu seu conuentione, quæ est inter dominum & vasallum, de feudo dando,
vel de inuestitura facienda, ex qua oritur obligatio? vt si non potest feudum præstare,
soluat

soluat intereſſe, vel ſi facta eſt tantum verbalis inueſtitura, præciſe teneatur dominus da-
re feudi poſſeſſionem, vt inferius dicetur. Et hæc contentio optime poteſt à traditione
diſtingui, quemadmodum differunt conſtitutio & acquiſitio. Conſtitui enim poteſt
† feudum per pactum, vel contractum præcedentem, ſubintellige inueſtituram: non a- 21
liter autem acquiritur, niſi per inueſtituram, quamuis tamen nos inueſtituram pro to-
to illo tractatu, inueſtiendi ſcilicet, pro contractu, & pro traditione inueſtitura legiti-
me facta conſideremus. Quod autem ad dd. cap. duo, quibus D. Cuiacius conatur ſuam
ſententiam confirmare, non refringunt hanc definitionem, quia loquuntur tantum de
abuſiua inueſtitura, quæ poſſeſſionem ſtatim non tribuit, ſicut inueſtitura propria vel
realis; pro hac re eſt gloſſa elegans, *in d. c. vn. §. ſi facta, in verb. dominium, poſſeſsionem. ſi de
feudo defunct. contentio ſit.* vbi dicit nullam eſſe dubitationem, hæc duo capitula ad abuſi-
uam inueſtituram referri debere. Ad quid enim dominus teneretur in propria inueſtitu-
ra tradere poſſeſſionem, quæ tradita iam erat? Et hanc communem gloſſæ & Docto-
rum ſententiam ſequitur præceptor Borcholt. *c. 7. part. 1. num. 6. 8.* Mynſing. *centur. 4 ob-
ſeruat. 61.*

In definitione tamen natura continetur etiam verbalis inueſtitura, quia etſi non ſit
realis immiſſio in poſſeſſionem, tamen eſt quaſi immiſſio, quaſi traditio poſſeſſionis
certo ſigno facto, præſtita tamen ante fide ſeu fidelitate, & quaſi traditio vim veræ tradi-
tionis habet ob patientiam & voluntatem domini, volentis fundos ſuos eſſe feudales, &
de iis alium inueſtiri, *§. per traditionem. & §. interdum. Inſt. de rer. diuiſ.*

Secundo cognita definitione inueſtituræ videbimus de diuiſione. Inueſtitura eſt du-
plex. noua & vetus. Noua & vetus inueſtitura definitur, quando feudum † primo quæri- 22
tur, *c. vn. in fin. qui teſtes ſint neceſſarii.* Vnde etiam nouum feudum inde nomen accepit, *c.
vn. in pr. per quos fiat inueſtitur.* Vetus inueſtitura dicitur, quæ fit veteri † beneficio, hoc eſt, 23
de paterno vel antiquo feudo, à domini ſucceſſore vel vaſalli ſucceſſore, *d. c. vn qui teſtes
ſint neceſſarii* Vnde & vetus feudum dicitur, *d. c. vn. in pr per quos fiat inueſtitur.* Et hæc pro-
prie dicitur inueſtituræ nouæ renouatio quædam, non noua traditio, quam recognitio-
nem facere tenentur ſucceſſores eius, qui primum feudum acquiſiuit, quoties fit muta-
tio poſſeſſionis per caſum mortis à parte domini & vaſalli, *d. c. vn. in fin. qui teſtes ſunt ne-
ceſſarii,* & ibi Hottom. *in verbis: Domini ſucceſſorem, d. c. vn. § 1. per quos fiat inueſtitura*: quæ
tamen renouatio ſeu confirmatio *in dd. locis,* inueſtitura ſimpliciter dicitur, vt ſuperius
notatum fuit. Et hæc renouatio fit in ſignum ſuperioritatis domini, in redemptionem
ſeu reſtaurationem, vt dominus ſciat, quemnam vaſallum habeat, vnde *εἰσδικτικὸν* voca-
tur, *in Nou. Leonis 13.* Quod quaſi præſtetur noui poſſeſſoris admittendi & ſuſcipiendi
cauſa paucula pecunia. Deinde noua inueſtitura † rurſus eſt duplex; aut enim eſt pro- 24
pria ſeu realis, aut abuſiua, impropria vel verbalis. Propria inueſtitura dicitur † poſ- 25
ſeſſio, quando dominus vaſallum reuera, corporaliter & actualiter, in feudi vacuam in-
ducit; hoc eſt, detentionem rei vaſallo realiter tribuit; quemadmodum, ſi quis veſte
quadam realiter induitur, *dict. cap. vnic. in princ. quid ſit inueſtitura.* Abuſiua eſt, quando
dominus † vice vel loco feudi & traditionis, ſeu poſſeſſionis realis vaſallo haſtam, gla- 26
dium, annulum, chyrothecas, vel quid aliud corporeum tradit, eumque per hoc inueſti-
tum affirmat, *dict. cap. vnic. in princ. quid ſit inueſtit.* Et hoc fit ad ſimilitudinem inueſti-
turæ † Doctoralis, quæ fit per traditionem libri, annuli, &c. Sic regalia † feuda dan- 27
tur ſecularibus per vexillum (ein Fähnlein) eccleſiaſticis perſonis † per ſceptrum, 28
Landrecht. *libr. 3. artic. 66.* Schneid. *pag. 4. num. 5. & 6.* Et hæ ſpecies, vt ſuperius dictum, 29
ſub-

sub definitione continentur, quia quasi traditionem habet, seu im ginariam pilei seu gladii possessionem, non veram & realem possessionem, cum solo animo possessio non acquiratur, sed actu apprehensionis corporeo. *l. possideri. 3 §. in amittenda. ff. de acquir. poss.* Eius tamen feudi apprehendendi licentiam propria authoritate vasallus habet. Et hanc sententiam communiter Dd. amplectuntur, Zas. *part. 6 n. 1.* Schurpff *consil 53. cent. 1. num* 50. Curt. *part. 2 quaest. 4. pag. 175 n. 15.* Sonsb. *p. 9. n 2* Wesenb. *pag 8. n.* 11. 12. 15. & 30. Iacobinus *in Verb. inuestiri talem, n. 1.* Schneid. *pag. 1 n. 3. &* 4. Boreh. *c. 7 n 4. cum seqq.* Si tamen inuestitura abusiua fiat in re praesenti, hoc est, si fundi feudales oculis subiiciantur, possessio transfertur.

Rei enim praesentia facit vt tradita possessio videatur: possessio enim non solum manibus & pedibus, sed etiam oculis, quasi longis manibus apprehenditur, *l. 1. §. si iusserint. ff. de acquirenda possessione. l. clauibus. 74. ff. de contrahend. empt. §. item si quis merces. Instit. de rer. diuis.* Zas. *part. 6. n. 6.* Boreh. *c. 2. pag. 1. n. 7.* Cuiac. *libr. 4. obs. c. 3.* Quod si abusiua inuestitura in re praesenti non fit, dominus interpellatus cogi potest praecise, & omnimodo ad traditionem possessionis, nec offerendo ex poenitentia interesse liberatur, si tradendi facultatem dominus habet exemplo venditoris, à quo manu militari res aufertur, si non vult restituere, *l. qui restituere. 68. ff. de rei vindicat.* Et pro hac re expressus textus est, *in d. c. vn. §. si facta, si de feud. defunct. content. oriatur: & d c. Vnic. §. fin. de noua ferm. fidel.* Qui textus de abusiua inuestitura loquuntur, quemadmodum communiter Dd. testantur. Schurpff. *consil. 18. num. 1. cent. 1.*

Si vero dominus, qui de feudo abusiue inuestiuit aliquem, non habet potestatem & facultatem tradendi, potest liberari praestando, id quod interest, hoc est, aequiualens feudum, aliud dando. *d. c. vn §. si facta.* Iul. Clar. *quaest. 26. § feudum. n. 2.* id quod communiter ita est approbatum; Iacobinus *in d. versic. inuestiuit talem.* Hartm. Pistor. *part. 2. quaest. 26. n. 2.* Wesenb *part. 8. n. 16.* Sed huic sententiae refragari videtur, *d. c. vnic § fin. in fin. de noua forma fidelitatis*, vbi liberatur dominus, si saltem praestat vtilitatem seu interesse leuius, si tradere non vult feudum.

Resp. Verum id est, praestare ibi dominum interesse & vtilitatem, quam mora & dilatio in tradendo eripuit; id quod verbum DIFFERAT satis ostendit. Tenetur igitur propter moram dominus praestare omnem iacturam dilatae possessionis, vt loquitur Zasius *par. 6. n. 12.* Myns. *cent. 4. obs. 61.*

Hic porro sciendum est, si duo de vno eodemq; feudo inuestiuntur, vnus abusiue, alter realiter, eum praeferri, cui possessio feudi est tradita: *l. quoties 15. C. de rei vindic. l. si ea res. 31. § fin. ff. de act. empt.* Text. express. *in l. si debitor. 10 ff. de pignor.* Gloss. *in c. vn. § si facta. si de feud. defunct. &c.* Schurpff. *consil. 53. n 3. 4. 5. 6. 16. cent. 1.* Myns. *cent. 4. obs. 61.* Zas. *part. 6. nu. 17.* Pistor. *d. quaest. 29 n. 1.* Wesenb. *c. 8. n. 16.* quamuis tamen haec regula quatuor exceptiones habeat, quas apud D. Boreh. vide *c. 7 part. 1. n. 13.* quibus quintam addit Zas. *part. 6. nu. 14.* Myns. *cent. 4 obs. 61.*

Qua autem ratione ei consulitur, qui abusiue est inuestitus, & cui possessio tradi non potest, quam alius habet? Ante dictum fuit, quod praecise teneatur dominus, qui abusiue inuestiuit tradere possessionem, si id facere possit, *d. c. Vnico; §. si facta.* Dum igitur hic non habeat facultatem tradendi liberam, tenetur praestare interesse, *l 2. C. de re hered. vel act. vendit.* vbi dicitur: *fregit fidem ex empto actione conuentus, quanti tua interest, praestare cogetur* hoc est, tenetur praestare omne id, quod tibi abest in eo, quod tibi possessio feudi non sit tradita, ita Schurpff. consuluit, *in d. consil. 53. n. 16. cent. 1.* Et quidem potest

tur dominus conueniri à vasallo post factam abusiuam inuestituram ad æquiualens feudum, vel ad æstimationem dandam. Ita enim late vocabulum, *Interesse* †, *in dict. cap. vnic. § si facta* accipitur, id quod Wesenb. *c.8. num.16.* Mynsing. *cent.4 obseruat.61.* Sonsb. *p.1.9. num.33.* testantur. Id quod etiam ratio textus, *in d.c. vnic. § si facta.* ostendit, quamuis alias *interesse* ab æstimatione differat, eiq; opponatur in iure ciuili, *l 2. ff. de in litem iurando l. hac verba, & l. inter hæc verba, ff. de verb. sig.* quam curiosam distinctionem & propriam vocabuli, *interesse*, significationem textus feudalis non obseruarunt: qua tamen in sententia est Cuiacius *in d.c. vnic de inuest. de re alien. facta.* Borch. *c. 7. pag. 1. num. 17. in fin.* In eo autem Cuiacius non fallitur, quod dicit, hanc sententiam de feudo æquiualente, vel pretio æquiualente præstando eo in casu, quando post factam inuestituram abusiuam dominus feudum præstare non potest, nequaquam probari, *d.c. vnic. in princ. de inuestitur. de re alien. facta. & cap. vnic. versic. semper negotio. si de feud. vasall. ab aliquo interpell. fuerit.* Nam illi textus loquuntur in alio casu, scilicet quando feudum iam traditum, est euictum ab alio, hoc est, quādo alius vendicat illos fundos, dicitque suos esse fundos in feudum datos. Et obtinet per sententiam iudicis. *l. euicta, re vendita. §.1 & tot. tit. ff. de euiction.* tum euictis ab alio feudis, dominus, qui vasallum de iis inuestiuit, tenetur ad æquiualens feudum, vel ad æstimationem, si tamen euictionem vasallus domino denunciauerit. *dict. cap. vnic. si de feudo vasall. ab aliquo interpellatur, &c.* Zasius *part. 6. num. 18.* Pistor. *d. quæst. 29 num. 3.* Borch. *c.7. num. 27 p.1. & c.9, nu.15.* & id ad literam in dd. textibus ostendi potest.

Falluntur autem alii, puta Mynsing. *centur 4. obseruat. 61.* Wesenb. *c.8. num.16* Sonsb. *part.9. num 33.* Curt *part. 2 quæst. 2. num. 26.* qui illos textus adducunt pro sententia superiori defendenda, qui tamen loquuntur expresse in alio casu, quando feudum est euictum, cum potius illud probandum esset, ex *d c. vn. § si facta. si de feud. defunct. content. sit,* nisi illos ita excusemus, dicendo eos saltem ex dd. textib. interesse significationem latiorem à dd. *c. vn. § si facta.* voluisse adducere, ex *d. c. vn. in pr. de inuestitur. de re alien. facta. & d.c. vn. si de feudo vasallus, &c.*

Sed obiicitur, dictos textus non posse intelligi de euictione, quia in re donata, quemadmodum est feudum seu beneficium, euictio locum † non habet, *l ad res donatas. 62 ff. de Ædilit. edict.*

Resp. Id intelligitur de simplici donatione facta, liberalitatis exercendæ gratia, vti ipse textus clare ostendit. *& l. 1. ff. de donat.* Feudum autem non est simplex donatio, sed ob causam facta, vt vasallus præstet fidem, hoc est, seruitia & fidelitatem, *cap vnic § fin. in quibus causis feud. amitt.* Curt. *part. 2. quæst. 2 num. 96. pag.* 187. Et hæc, de quibus hactenus diximus, procedunt, quando est facta inuestitura, vel realis vel verbalis: si autem non est facta inuestitura, sed nuda tantum promissio, sine causa & possessione, non potest dominus cogi ad traditionem, sed saltem tenetur ad interesse leuius, seu vtilitatem quandam, quæ si abest ob factam promissionem, & sumptus in eam collatos, non ad æstimationem feudi integram, vel ad æquiualens feudum, Iul. Clar. *d quæst. 26. num 3.* Curt *p. 2 quæst. 2. num. 34* Borch. *cap. 9. num. 12.* Ex his nunc relinquitur, inuestituram nouam duplicem esse, propriam & abusiuam, & vtramq; possessionem tribuere vere & ficte; cui obiicitur adhuc, *d. c. vn. in princ. de consuetudine recti feudi*: vbi dicitur, solum iussum seu patientiam domini coram paribus curiæ, vel in eorum defectu coram extraneis factam, pro inuestitura esse: Deinde dicitur; si quis aliquo tempore, quod anno concludi vetius putamus cum Zasio, *pars. 6. num. 10.* quamuis Hottomannus cum glossa requirat 30. annos, &

L sese-

referat illum locum ad præscriptionem, de qua agitur *in d. c. vn. § si quis per 30. annos, si de feud. defunct.* de qua inferius videbimus. Feudum tenet domino præsente, & non contradicente, idq; vasallus probat iuramento, & seruitium domino præstat, acquirit feudum, & tamen inuestitura solennis non adest: Ergo pluribus modis inuestitura fit.

Resp. Illi duo casus sunt speciales, vt *in d. c. vn. de consuetud. recti feud.* non obscure indicatur, & sunt pro inuestitura, licet reuera solenniter non sit facta, & de priori casu superius fuit dictum, vbi cum alio textu contrario fuit conciliatus.

32 Tertio post diuisionem inuestituræ videbimus, quinā dare † & accipere possint inuestituram. Dare vel facere possunt inuestituram omnes, qui feudum dare possunt, & liberam suorum bonorum administrationem habent, *c. vn. in princ. per quos fiat inuestit.* eorundemq; nomine procuratores, vel nuncii, *d. c. vn. § 1 vers. sed verum, per quos fiat inuestitura, c. vn. § idem sciendum. de not. feud.* vt superius dictum fuit in subinfeudatione (hoc est, quando vasallus alteri iisdem conditionibus, & eiusdem qualitatis personæ feudum concedit, etiam inscio domino, quod licitum est, *c. vn. § similiter. de lege Corradi*) is facit inuestituram, qui alteri eadem lege feudum dat, hoc est, vasallus qui subinfeudat: domini enim mei † dominus non est meus dominus. Sonsb. *part. 9. n. 5.* Si tamen domini cōsensu in alium cognatum vel alioqui successorem feudum conferretur, vt refutaretur, ipse dominus feudi tum inuestituram facit. Si vero agnatus vel frater agnato, vel fratri in feudum quid daret, teneretur frater à fratre, vel agnatus ab agnato pro ea parte accipere inuestituram, non à domino, Sonsb. *d. loco. n. 7. & 8.*
33

Deinde accipiunt inuestituram per se vel per alios, omnes ii, qui feudum accipiunt, & qui expresse non prohibentur, *d. c. vn. vers. sed verum in verb. faciat vel suscipiat, per quos fiat inuestitura. d. c. vn. § item sciendum, in verb. per alios dari, & accipi, de not. feud.* vt superius dictum fuit.

34 Quarto inquirendum erit, quando fiat † inuestitura, & quibus solennitatibus peragatur? Quemadmodum hæredum institutiones, legata, & obligationes, in iure ciuili fiunt, vel pure vel in diem, vel sub conditione. *§ hæres. Instit. de hæred. instit. l. 1 ff. de condit. & demonstrat. § omnis stipulatio Instit. de verb. obligat.* Ita quoq; feudi inuestitura (post personarum habilitatem, quæ dant & accipiunt inuestituram & rerum etiam habilitatem, de quibus superius dictum fuit, Curt. *part. 2. quæst. 3. n. 37.* Sonsb. *part. 9 n. 9.* Schneid. *part. 4. n. 12.*) fieri potest pure, sub conditione, vel sub tempore, idq; expresse habetur. *in d. c. vn. qui success. teneant. & in c. vn. de clerico qui inuest. facit.* Schurpff. *d. cons. 93. cent. 1. vol. 1.* pure fit inuestitura, non adiecto die vel conditione, puta, si dicat dominus: *ego te inuestiam*, vel *dabo tibi feudum inuestitura*: sub conditione fit inuestitura, quando in aliquem casum differtur inuestitura, *d. § omnis stipulatio. Inst. de verb obligat.* puta si dicat dominus: *si Nauis ex Asia redierit, inuestiam te feudo*: sub tempore fit inuestitura, si in tempus vel diem aliquem reiicitur, & suspenditur inuestitura, *d. c. vn. qui successores teneantur*, puta si dicit dominus: *die Martini, vel paschatos te inuestiam de feudo*: pure autem quis non potest inuestiri à domino de feudo, quod alius adhuc possidet, & nondum est apertum, nisi hoc fiat vasallo consentiente. Iulius Clar. *in § feudum quæst. 14 per tot.* Sub conditione autem & tempore potest id dominus facere, etiam sine voluntate vasalli, *d. c. vnic. de clerico, qui inuestituram facit*, Zasius *part. 7. num. 59* qui vltimus familiæ est, & adhuc possessionem sine spe prolis habet, *c. vn. § fin. in fin. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* Et capiet tum demum effectum feudum, vel inuestitura, cum domino, aut hæredi suo fuerit apertum, hoc est, si rursus feudum deficientibus vasallis fuerit ad dominum reuersum,

dicit

d. c. vn. § moribus. si de feud. defunct. content. sit, Gayl *lib. 2 obseru. obs. vltim.* Borch *cap. 7 nu. 2.*
Sed quid de successore est statuendum; nunquid inuestituram nouam, vel conditionem promissam, & quidem ab eo, qui moritur antequam feudum aperiatur, tenetur confirmare & adimplere? Hic inter laicum & clericum est distinguendum: Laicus enim successor tenetur inuestituram, quam defunctus fecit, seu promisit, confirmare, siue viuo antecessore feudum fuerit apertum, siue mortuo eo. Clericus autem inuestituram confirmare non tenetur, *c. vn. qui successor. feudum dar tenean. d. c. vn. qui successor. teneantur, dict. cap. vn. § moribus si de feud. defunct. & c. vn. de clerico, qui inuestituram facit. c. vn. § fin. quibus modis feudum constit. potest* vbi dicitur id generaliter in omnibus clericis obseruari. Schurpff. *d. consil. 53. num. 1. & consil. 8. in pr. cent. 1.* Borcholt. *c. 7 part. 1 num. 19.* Diuersitatis ratio † hæc est, quia laicus succedit in vniuersum ius, quod antecessor defunctus habuit, *l. hæreditas. ff. de regul. iuris.* Ergo etiam confirmare tenetur inuestituram ab antecessore promissam; id non ita est in clerico, qui succedit tantum in ecclesiasticum ius: non igitur tenetur sine consensu Capituli & ecclesiasticorum illam inuestituram confirmare; cum non iure antecessoris vtatur, quod morte exspirauit, sed iure totius Collegii. 35

Sed obiicitur *d. c. vn. § si facta si de feud. defunct. contens. sit. &c.* vbi dicitur, facta inuestitura, ne quidem præstando id, quod interest, dominum liberari, vnde dum præcise tenetur dominus inuestire, & textus generaliter loquuntur, otiosa est distinctio inter laicum & clericum in hac parte.

Respon. Magnum est clericorum priuilegium, quod ex clerici mortui contractu non obligentur successores, idque summa vtilitate & prouidentia constitutum est à Lothario, *in d. cap. 1. qui successor. tenent.* Ne ecclesiarum vtilitas lædatur, & quidem in tantum non teneantur, etiamsi pares adfuerint, *d. cap. vnic. qui successor feud. dare teneantur.* Dictum autem, *c. vn. § si facta.* loquitur in eo casu, quando inuestitura est facta: Nos hic loquimur in eo casu, quando inuestitura saltem est promissa in diem, vel conditionem. Deinde *d. c. vn. § si facta.* loquitur de laicis tantum, non de clericis: vnde argumentatio inde non procedit.

Secundo obiicitur, *d. c. vn. de clerico, qui inuest. facit in pr.* vbi dicitur, quod successor clericus teneatur inuestituram facere eius, qui succedit. Ergo successor clerici inuestituram facere & confirmare debet.

Respon. Ex communi Dd sententia, principium *d. c. vnic* loquitur de clerico, qui de propriis bonis fecit inuestituram, eius successor indistincte tenetur ad præstandum feudum omnimode. Nam in his bonis allodialibus laico † comparatur clericus, suumq; negotium gerere intelligitur *l. 3. C. de episcop. & cleric.* Atq; ita *d. c. vn. de clerico, qui inuestitur. facit in pr* loquitur. Deinde *d. c. vn. vers. eumq. affirmat feudo pure aliquem inuestiri posse à clerico*, modo professionem rei pro beneficio inuestituræ penes dictum clericum fuerit, & tum ipsum clericum obligari & eius possessorem, quia tum feudum est suum vel ecclesiæ. Stigitur facit inuestituram de bonis solitis in feudum dari, ipse & successor obligantur & inuestituram implere tenentur, &c. 36

Sed obiicitur, *d. c. vn. § fin. quib. mod. feud. constitui potest.* vbi dicitur exinaniri feudum, si clericus moriatur, antequam vasallus feudum nanciscatur: Ergo dum exinanitur, hoc est, in nihilum redigitur inuestitura, successor non tenetur.

Reſpon. Agitur *in d.c.vn.in fin.* de feudo alieno, ſuper quo facta eſt inueſtitura, vel ſub conditione, vel in diem, hoc eſt, agitur de tali feudo, quod nondum eſt apertum, quod vltimus familiæ adhuc poſſidet, cuius poſſeſſionem clericus nondum recepit, vel nactus eſt, quam etiam vaſallus nouus nondum accepit, vt expreſſe dicitur, *in d.c.vn.§ fin.* Et ſatis etiam declaratur, *in d.c.vnic. in verſ. vbi vero de clerico, qui inueſt. facit.* vbi ſe de alterius feudo, hoc eſt, quod vltimo vaſallo aperietur, ſed nondum eſt apertum, & ab altero, id eſt, vltimo vaſallo adhuc poſſidetur, quis inueſtitur; ſucceſſor eius inueſtituram confirmare non tenetur. Vnde etiam per particulam aduerſatiuam VERO, ſuperiori caſui contrarium ſubiungitur. Et ita etiam expreſſe loquitur, *d.c.vn.qui ſucceſſor.feud.dar tenentur.* Et hæc eſt ſententia Hottom *in d.c.vn.§ fin in verb. ſi dominus*, vbi dicit, genus contineri *in d.c.vn.§ fin.quib.mod.feud conſtituere poteſt*, hoc eſt, generaliter quid proponi, illudque accipere interpretationem per ſpeciem *in d.c.vn qui ſucceſſ feud dar.tenentur.* Cum alias
37 † generi per ſpeciem derogetur, & genus per † ſpeciem explicetur, *l. non eſt nouum. ff. de*
38 *legib. l. in toto.ff. de reg. iur.* Quamuis tamen Cuiac. putet. *pag.161. d.c.1.§.fin.* non loqui de feudo alieno ſoluendo, ita illud conciliando cum *dict. cap.vnic qui ſucceſſor. feud. dar. tenentur.* & *dict. cap. vnic. de clerico, qui inueſtit. facit.* in dd. capitib. ſpectari iuris rationem, in *dict. cap. vnic. §.fin. quibus modis feud. conſtit. poteſt*, ſpectari conſtitutionem Lotharii, qui volunt multum obligari ſucceſſores clericorum anteceſſorum factis *d c.vn.in fin. qui ſucceſſ. tenentur.*

Manet igitur verum, clericos ſucceſſores non indiſtincte compelli ad inueſtituram factam, vel promiſſam confirmandam: Laici autem ſucceſſores vel hæredes, omnimodo datam inueſtituram adimplere compelluntur, ſi tamen rationibus claruerint, hoc eſt, ſi ſuorum bonorum cum intellectu adminiſtrationem habuerint, *dict. cap. vnic. in fin. qui ſucceſſor. feud. dare tenentur, cap. vnic. in princ. per quos fiat inueſtit.* vt ſuperius eſt dictum. Et inueſtitura etiam de re aliena facta ſub conditione vel tempore, mortuo eo, qui inueſtituram facit, ſtatim in hæredem tranſmittitur, ante impletam conditionem vel diem exſiſtentem, *d. cap. vnic. qui ſucceſſ tenentur*, quemadmodum etiam in ſtipulatione conditionali fit. § *ex conditionali. Inſtit. de verb. obligat.* cui comparatur inueſtitura; quæ actus eſt inter viuos, Boreh *cap.7 num.22.* Cuiac. *in d cap. vnic. qui ſucceſſ tenentur.* Nunc de ſolennitatibus etiam inueſtituræ erit agendum. Solennia inueſtituræ ſunt. Primo vt inueſtitura petatur cum præfatione honoris, *gloſſ fin. d c. vnic. per quos fiat inueſtitura.* Zaſ. *pag.7.num.13.* Intra quod autem tempus noua inueſtitura peti debeat, nullibi eſt expreſſum in textibus noſtris feudalibus. Weſenbec. *cap.8.num.2.* Quamuis feudi
39 antiqui † renouatio, quæ etiam inueſtitura dicitur, vt ſuperius viſum fuit, intra annum & diem ſit facienda ſub feudi amiſſione, *cap. vnic. in princ. quæ fuit prima cauſa beneficii amittend.* vt inferius dicetur. Poſtquam deinde vaſallus inueſtituram legitime petiit, offerat ſe etiam ad iuramentum, ſeu ſacramentum fidelitatis præſtandum; quod ſimpliciter interdum fidelitas dicitur, *cap. vnic. qui præcedere debent, dict. cap. vnic. in fin. per quos fiat inueſt.* Et ſi ad id vaſallus ſe prompte non offert, nulla ei fiat inueſtitura, *dict. c. vnic. in fin. per quos fiat inueſtit.* Weſenb. *c. 8. num. 1.* Quo facto inueſtitura à domino fiat, hoc eſt, actus inueſtituræ celebretur, & poſſeſſio vel quaſi poſſeſſio feudi vaſallo tribuatur, ſiue id propria vel abuſiua inueſtitura fiat, per maiorem huius actus ſolennitatem, fiat inueſtitura coram paribus curiæ, hoc eſt, conuaſallis, & quidem ad minimum duobus, ſi alios vaſallos quis habeat teſtes. *in c. vnic. in princ. quid ſit inueſtitura*, alioqui licet alii interſint teſtes, inueſtitura minime valeat, *dict. cap. vnic. & c. vnic. in princ. de conſuetudine*

vesti.

recti feudi, c. vn. qui testes sunt necessarij. Vbi dicitur, sine hac solennitate, præsentia parium curiæ hunc actum celebrari non posse.

Ratio autem, quare pares curiæ sint necessarii, redditur *in capit. vnic. §. idcirco, de nou. feud.* vbi dicitur, coram paribus curiæ eiusdem domus inuestituram fieri, ne quid ab exteris in perniciem domini falsitatis & subornationis excogitetur, qua suspicione pares curiæ non possunt onerari; cum arctiori fidei vinculo domino suo sint obstricti, quam alii. *c. vnic. de nou. form. fidelit.* Deinde vt Sonsb. *pag. 9. num. 12.* affirmat, quemadmodum interest dominorum, non quemlibet admittere vasallum: ita interest vasallorum, non quemlibet admittere curiæ socium, vnde eorum præsentia in noua inuestitura requiritur, Zasius *part. 6. num. 3.* Curt. *part. 2. quæst. 3 num. 37. pag. 184.* Sonsb. *p. 9. n. 10. cum seq.* Wesenb. *c. 8. num. 13.*

Sed huic assertioni obiicitur, *dict. cap. vnic. qui successor. feud. dar. tenantur capit. vnic. in princip. si de inuestitur. feud. controuersia fuerit. d. capit. vnic. quid sit inuestitura*, vbi dicitur, nouam inuestituram coram paribus curiæ, aut in breui testato, hoc est, instrumento publico seu scriptura, quod ideo ita dicitur, quia breuibus verbis fit. Bald. *in d. capit. vnic.* Zasius *part. 6. num. 4.*

Resp. dd. cap. loquuntur de probatione inuestituræ. Nam etiamsi inuestitura probetur per pares curiæ, qui interfuerint inuestituræ: tamen in probatione etiam hoc admittitur, vt per breue testatum etiam fieri possit depositio: *d. cap. vnic si de inuestit. feud. controuers. fuerit.* de quo inferius dicemus.

Deinde obiicitur, *d. c. vn. in prin. quid sit inuestitura, & d. vn §. quod autem dictum est de consuetudine recti feudi*, vbi dicitur, quod extranei admittantur: Ergo pares curiæ non præcise requiruntur.

Resp. Quod dicitur in textibus allegatis, extraneum admitti, hunc habet intellectum. Si dominus vasallos alios non habeat, quos posset adhibere, vt in dd cap. adiicitur. Idem dicimus, si pares curiæ tempore inuestitionis abfuerint. Nam tum sunt exspectandi, donec reuersi fuerint, modo tamen breui reuerti potuerunt, Wesen. *cap. 8 num. 14.* Et si absunt, debent per suos menses exspectari. Bald. *in d. cap. vnic quid sit inuestitura.* Sonsbec. *part. 9 num. 18.*

Sed quod dicitur, si abfuerint tempore inuestitionis, esse pares curiæ exspectandos, ei aduersatur directo *cap. vnic. si de inuest. inter dom. & vasall. lis oriat. vers. testes vero*: vbi dicitur: Testes vero sint pares eius, vt qui ab eodem domino feudum tenent, qui si tempore inuestitionis abfuerint, etiam extranei sunt recipiendi. Ecce hic nulla fit mentio exspectationis.

Resp. Quod hic deest ex *capit. vnic. de consuetud. recti feudi.* est supplendum; vel dicendum cum Sonsb *pag. 9. num. 36.* hunc textum ita intelligi, quando pares curiæ non sunt reuersuri, alias sunt exspectandi. Si autem non reuertuntur, vel si dominus alios vasallos non habet, extranei admitti possunt. Borch *cap. 7. num. 26.* Et hæc ita procedunt, si laicus sit, qui inuestituram facit, vbi pares curiæ sunt necessarii: si Clericus fuerit, pariter accipiuntur. Pares curiæ & extranei, hoc est, pares curiæ requiruntur, coniunctis etiam extraneis: eamque explicationem inducit vox *pariter*, aduerbium congregandi, *in dict. capit. vnic. in fin. si de inuestitur. inter dominum & vasallum lis oriatur.* Vbi etiam ratio eius rei redditur, quia cum Clerici quosdam de feudo inuest unt, sæpe abscondite, & sine præsentia suorum confratrum hoc facere student: Quamuis Wesenb. *capit. 8. numer. 14.* & Sonsbecc. *part. 9. numer. 18.* putent, etiam sine paribus curiæ Clericos inuestire posse

per *d.c.vnic.si de inuestitur.inter dominum & vasall.content.oriatur,&c.* quod vox *pariter* vix admittit.

Sed obiicitur, *d.cap.vnic.qui success.feud.dar.tenenantur.* vbi agitur de noua inuestitura à clerico facta, & dicitur per pares curiæ probari inuestituram illam in clerico: Ergo tantum pares curiæ sufficiunt.

Resp. Agitur de probatione tantum, quo casu pares curiæ soli admittuntur, vel probantur per breue testatum, si tamen interfuerint inuestituræ pares, *d. vnic. qui testes sunt necessarij.* Nec inde sequitur, quando fit inuestitura, non esse recipiendos extraneos; id enim expresse traditur, *in d.cap.vnic.§. in clericorum, si de inuestitura inter dominum & vasallum.*

Deinde obiicitur, *d.c.vn.in princ.qui testes sint necessarii,* vbi dicitur; siue laicus sit siue
40 † clericus, semper pares curiæ ad probandam nouam inuestituram sunt necessarii: Ergo in inuestitura à clerico facta pares curiæ sufficiunt.

Respon. Aluarottus textum hunc putat loqui de clerico, qui de rebus propriis fecit inuestituram, non de rebus ecclesiæ, de quo loquitur, *dict. capit. vnic. qui successor feud. dar.teneantur.* quam solutionem gloss. habet, *in dict.capit. vnic. quid sit inuestitura, in verb. inuestitura,* Sonsbec. *part.4.numer* 19. Botch *cap 7 part 1 num.28.* per hunc inuestituræ actum, solenniter coram paribus factum, mittitur vasallus in possessionem, vel quasi possessionem. In possessionem veram & realem ducitur, si proprie de ea fuerit inuestitus: In quasi possessionem mittitur, si abusiue inuestitur post inuestituræ actum iam celebratum, tenetur præstare vasallus iuramentum fidelitatis, quemadmodum ante promisit; &
41 præcedit † inuestitura, sequitur fidelitas. *cap vnic.quid præcedere debeat,* quod caput generaliter indistincte de omni inuestitura loquitur, impropria & abusiua, vnde non distinguendum erit, secundum *l. de precio. ff. de Public. in rem act.* Deinde non distinguitur, *in dict. capit. vnic. de conuers. inter episcop. & vasallum. in fin.* vbi dicitur: *inuestituram accipiat, & fidelitatem iuret.* Id quod etiam titulorum ordo indicat *lib. 2 feud.* vbi primo loco *in capit 2. & 3.* agitur de inuestitura, deinde in sequentibus cap. de iuramento fidelitatis. Denique ideo inuestitura præcedat, quia vasalli obligatio ex patroni beneficio nascitur. Præcedat igitur inuestitura quasi causa fidelitatis. Hottom *in d.capit. vnic. quid præcedere debeat.* Quamuis Zas. *part.6. num.16. & part.3.num.* 14. affirmet, *dict. capit. vnic. quid præcedere debeat.* intelligi tantum de abusiua inuestitura, in qua præcedit inuestitura, & sequitur fidelitas: secus in inuestitura propria. Quod tamen generalitas *dict. cap. vnic.* non patitur, vt superius dictum, licet id recte procedat, *in d.c.vnic.§.fin. de noua forma fidelit.* vbi de abusiua inuestitura agitur. Adiicit tamen Zasius *in d.loco,* quod parum referat, præcedat an sequatur inuestitura & fidelitas, modo de voluntate domini & vasalli constet.

Sed quod omnis inuestitura sequatur, & non præcedat fidelitatem, videtur probari
42 per *d.c.vnic.§ fin.in fin per quos fiat inuestitura,* vbi dicitur: nulla inuestitura ei † fieri debet, qui fidelitatem præstare recuset: Ergo prius est fidelitas præstanda & iuranda, postea facienda inuestitura.

Respon. Dictum *cap. vnic. §.fin.* ita est intelligendum: si aliquis recusat fidelitatem, etiamsi fuerit inuestitus: non tamen censetur inuestitus cum effectu, & ad hoc respicit, quando dicit, nulla inuestitura debet ei fieri, scilicet cum effectu, vt viter habeat, alias facta est, sed sine effectu. Idem est in eo, si quis possessionem esset nactus, effectu inspecto, *l. non videtur ff. de acquirend possess.* Vel potius dicendum est cum gloss. ibidem, id ita esse intelligen-

ligendum, si omnino negauit & renuit vasallus, ante factam inuestituram, se domino
facturum fidelitatem; tunc etiam si promissum sit beneficium, inuestitura tamen fieri
non debet; quam glossæ solutionem D. Borcholt. *cap 7 num.* 37 amplectitur, quando di-
cit, si facere fidelitatem † renuat vasallos, feudum non consequitur. Sonsbec. denique 43
part. 11 num. 2. putat, illum §. ita esse intelligendum, si recusat vasallus domino fidelita-
tem iurare accepta inuestitura verbali, realem traditionem consequi non potest. Eo-
dem modo si ad requisitionem & postulationē domini vasallus ter admonitus vel cita-
tus fidelitatem facere recusat, dominus postea vasallum inuestire non tenetur, *d. capit.
vnic. §. 1. quæ fuit prima causa benefic amitt.* Wesenb. *cap. 8 num.* 2. Hæc autem fidelitas tam
à vasallo ipso, quam ab ipsius procuratore vel tutore fieri potest, quemadmodum &
à procuratore domini accipi potest, vt superius de inuestitura dictum, si tamen procura-
tor habeat speciale mandatum, *argument. l. mandato, 60. ff. de procuratoribus.* Quamuis
Dd. indistincte id ponant, affirmantes procuratorem fidelitatem accipere posse. Sonsb.
part. 7 num vltim. Iacobinus *in tractat. feudali, in verb qui quidem inuestiti præstiterunt, n. 10.*
eaque sententia est communis secundum Iul. Clar. *quæst. 49. in fin. §. feudum.* Hartman.
Pistor. *part. post quæst. 47 num.* 58.

Sed obiicitur, quod si procurator inuestit, dominus ignoret personæ conditionem &
qualitatem, quæ est inuestita, quod tamen scire plurimum refert.

Resp. Illam principalis vasalli scil. personam forte longe ante sibi elegit dominus,
eamq; satis probauit, quando promisit feudum.

Reliqui igitur per procuratorem possunt expediri, *d. c. vn. § sed vtrum. per quos fiat inue-
stitura.* Vt & per seruum id fieri potest, cum inuestitura sit facti, *d. c. vn.* nec obstat, quod 44
ad probandam inuestituram † tantum liberi homines admittantur, non serui; *c. vnic. §.
quod autem de notis feudorum*, id namq; ita in probatione procedit, nec requiritur ad a-
ctum inuestituræ, vt liberi homines sint. Nec etiam obstat, quod inuestitura sit quiddam 45
solenne, vt superius dictum, & † serui ab omnibus solennibus reiiciantur.

Resp. Quia ex persona domini qualificantur serui, & pro idoneis habentur non ex se-
ipsis. §. 1. *instit. de stipul. seruorum, §. item vobis, per quas person. nobis acquiritur.* Et hoc ius-
iurandum fidelitatis remitti potest vasallo, quia sunt quædam feuda, quæ sine iureiu-
rando fidelitatis habentur, *d. c. vnic. § fin. in fin per quos fiat inuestit. d. c. vnic. § in princ. in fin.
quæ sit prima causa beneficii amit.* Wesenb. *c. 1 n. vlt.* Ideo autem remitti solet, quia multis
viris † grauibus religio est iurare, Sonsb *part. 2. num* 34. Deinde multi sunt homines per 46
quam timidi ad iurandum, metu Diuini numinis, vsque ad superstitionem: licet non-
nulli sint faciles ad id, contemtu religionis, vt Iurisconsultus loquitur, *in l. 8 §. 1. ff. de con-
dit. instit.* Ideo autem vasallus hoc iuramentum præstat, vt eo arctius domino a-
stringatur, & metu præstiti iuramenti eo rectius & facilius de fide præstanda admonea-
tur; *d. cap. vnic. de noua forma fidelitat.* Dominus tamen econtra non præstat iura-
mentum vasallo, idque honoris & reuerentiæ gratia. Nam qui confert beneficium in-
gens, præsumitur etiam fidem præstiturus in omnibus. Borcholt. *cap. 8. numer.* 140.
Et in eo plus habet priuilegii dominus, quam vasallus; imo absurdissimum esset
eum, qui dedit beneficium, præstare iuramentum, Schurpff. *consil. 10. num. 20. centur.* 3.
Et est communis opinio, cum id nullibi in iure cautum reperiatur, vt testatur Iulius
Clar. *in d. § feudum quæst. 20.* sic nec patronus iurat liberto, *l. qui bona. §. penult. ff. de damn.
infect.*

Sed obiicitur primo tale argumentum: vbi est eadem ratio, ibidem ius est statuendum, *l. Vnic. C. de indict. Viduit. tollend.* sed in vasallo & domino est par ratio, quia dominus debet in omnibus vicem reddere vasallo. *d. c. vnic in fin de form. fidel.* Et propter eosdem causas feudum amittit dominus, quibus id amittit vasallus, *capit vnic. §. domino committente, si de feudo defuncti contentio sit.* Ergo & dominus tenetur præstare iuramentum fidelitatis, vt vasallus.

Resp. Schurpff. *in d. consil. n* 20. dicit propter reuerentiam dominum non onerari sacramento, nec æquiparatio semper procedit, vel argumentum à relatis, quia mutua debet esse fidei præstatio, vterq; tamen sacramento non statim adstringitur, sed vasallus tantum, qui beneficium accipit. Iul. Clar. *in d. loco.*

Secundo obiicitur, *d. cap. Vnic. de form. fidelit. in fin.* vbi dominus, si non præstat fidem 47 vasallo, dicitur esse periurus, & periurium † præsupponit iuramentum: Ergo tenetur etiam dominus iurare.

Resp. Dicitur quidem dominus periurus, qui non præstat fidem vasallo, quia dum recipit à vasallo iuramentum & seruitia, merito ad compensationem fidei obligatur; sed sine iuramento, cum mutua debeat esse fides & defensio inter dominum & vasallum, gloss. *in d. cap. Vnic. in verb.* FRATREM, *hic finitur lex.* Eamque sententiam esse communem fatetur Clar. *in § feudum quæst.* 26. *num.* 1. Idque oritur ex mutua obligatione, cum in feudo sit *συνάλλαγμα*, hoc est, vltro citroq; obligatio, *l. labeo. ff. de verb. sign.* Et satis id exprimitur, *in d. c. vnic §. fin. de form. fidelitat. in Verb. Vicem reddere debet dominus in omnib. fidel.* hoc est, vicissitudinaria, mutua & reciproca debet esse fides, quem textum sanctum ius continere, & dominis esse terribilem Bald. testatur, referente Zasio *part.* 2. *num.* 56. Mynsi. *cent.* 4. *obseru.* 91.

Hanc autem fidem dum fallit dominus periurus, hoc est, perfidus, voce *periurus* coniungitur, vt vox *periurus* ex voce *perfidus* interpretationem accipiat; & ita textus ille est accipiendus. Denique obstat *d. cap. Vnic. §. in quibus de consuetudine recti feudi.* vbi hæc sunt verba: *Vasallus calumniæ sacramentum à domino non exigat*, quod etiam ex parte domini 48 est intelligendum, additurq; hæc ratio, quia quod quis iuris † in alium statuit, eodem iure ipse vtatur: Ergo è contrario sensu propter hanc rationem, iuramentum fidelitatis dominus præstare tenetur, dum illud præstat vasallus.

Resp. Non valet connexio: Nam in feudo nullum præstatur iuramentum calumniæ, nec à parte domini, nec à parte vasalli, & id singulare esse in iure feudali testatur D. Borcholt. *cap. vt feudalium, num* 99. quamuis de iure ciuili iuramentum calumniæ in ingressum litis à parte actoris & rei sit præstandum, *tot. tit. C. de iureiurando, propter calumniam dando.* Hinc relinquitur, dominum ad iusiurandum fidelitatis propter reuerentiam cogi non debere, quamuis fidem in omnibus vasallo præstare teneatur, vt superius dictum.

Quinto loco videndum erit, quando inuestitura probetur, de quo multa capitula in libris feudalibus extant. Probatur autem inuestitura noui feudi, vel per pares curiæ, vel per breue testatum, *cap. Vnic. in princ. fin. de inuestit. feud. controu fuerit. cap. Vni qui testes sunt necessarij.* Curt. *p.* 2. *q.* 4. *num.* 16. Zasius *p.* 6. *num.* 3. *cum seqq.* Schneid. *p.* 4. *num.* 21. *cum seqq.* 49 Borch. *c.* 7 *n* 46. *& c. Vlt. num. vlt.* Pares curiæ sunt illi † qui ab eodem domino feuda habent. Borch. *c.* 2 *n.* 26.

Hi ideo requiruntur, ne quid damni domino, vel ipsis ex illa infeudatione accidat, & vt tandem etiam possint, in controuersia inter dominum & vasallum, alium testes esse.

d. cap.

d.cap.Vnic.qui testes sunt necessarij.Sonsb.part 9. num. 12. Hi tamen si abfuerint, nec re-
uersi fuerint breui, per extraneos inuestitura probari potest. d.c.vnic. quid sit inuest. d.cap.
vn in princ. vers quod autem ide consuetud.rect.feud. Antiqui autem feudi inuestitura pro-
banda est, etiam per extraneos, non autem per fœminam, d cap Vnic. in fin. qui testes sunt
necessarij. Nihil autem refert, an etiam ab extraneis confirmatum sit breue testatum, d. c.
Vnic.qui testes sunt necessarii Breue † testatum est publicum instrumentum à parib. con- 50
firmatum. Breue dicitur, quod breuibus fiat verbis: testatum dicitur, quia testes aliquan-
do inscribunt in instrumento rei testificandæ gratia. Zasius p 6 num.4. & 5. Schneid.p 4.
num.25.26.Borch.c.2. nu. 27. Vt autem in aliis contractibus non requiritur de substan-
tia, scriptura.l. 4 ff.de pignor.ita nec instrumentum vel literæ inuestiturales de substantia
requiruntur, vt expresse probatur ex d. c. Vnic.§.1. in Verb si instrumentum defecerit, vel fa-
ctum non fuerit, quid sit inuestitura. Et testatur Schneid. d. part. 4 num 20. Omnino au-
tem vtile est, diligenter facere instrumentum super inuestitura facta, & literas inuesti-
turæ diligenter asseruare vasallos & dominos, ne vtrique fraus fiat; id quod facile con-
tingere potest, si instrumentum deest, Sonsbec.pa.9. num. 23. Ex scriptura enim constat
de pactis adiectis contractui feudali, quæ seruari iure naturali æquum est, l.1 ff.de pactis.
l.contractus ff.de regulis iuris.non autem rectius seruantur, quam si in scriptura custo-
diuntur. Et forte facile dominus dicere posset; feudum pro fœminis etiam sumptum,
saltem esse masculinum, nisi id scriptura indicaret & probaret: vnde hodie in inuesti-
turis literæ dari solent, & tum, quando & quoties fit renouatio inuestituræ, vnde to-
tus tenor inuestituræ potest cognosci, Schneidev. d. loco. Præter hos probationum lo-
cos confessio domini loco probationis est, Schneidev par.4.num.22. & 27. Nulla enim
est melior probatio † quam confessio aduersarii, idque etiam per sigillum domini fieri 51
potest, Schneidev part.4 num.26.in fin. Curriuspart 2. quæst. 4. num. 20. De modo pro-
bandi inuestituram hoc habendum est: Actore in causa feudali nihil probante, reus
non statim vincit, quemadmodum in iure ciuili fit, l.actor.23.C de probat. Sed datur de-
fensio reo, qui iurat cum duodecim sacramentalibus (Eydtpflichtiger Mann) dict.capit.
vnic §.1.in fin.si de inuestitur.feud.controuers fuerit, dict. capit. vnic. § fin. quid sit inuestitura.
Sacramentales sunt, qui † iuramento iuuant reum iurantem, eiusque causam promo- 52
uent, Borch.capit.2.num. 18. Et quidem possidentem iuuant, dicendo eum recte iurasse,
atque eo purgant conscientiam iurantis, quando est aliqua suspicio vel præsumptio
contra iurantem. Zasius p.11.num.35, Laudensis ad tit.10 & 11 lib 1 feudor.num.7. Et hoc
tum procedit, quando vel dominus vel vasallus reus existens possidet; tum enim datur
defensio propter possessionem, vt Gerhardus loquitur, in d.cap.Vnic. in princ.si de inuestit.
feud.controuersia fuerit Zasius p.11.num.33. quamuis partem tantum quis possideat, d.cap.
vnic.§.cum autem quis dixerit.si de inuestit feud controu.fuerit. Et datur illa defensio ad il-
lum finem, vt vel iuret is, qui possidet cum duobus sacramentalibus, inuestituram fa-
ctam esse; vel non esse factam; vel si malit, vt iusiurandum aduersario referat, d. cap. Vnic.
in fin princ.quid sit inuest.d c.Vn.in pr.§.si quis si de inuest. inter dom. & vasall. lis oriatur. Si
autem vasallo actori dominus refert iusiurandum, cogitur actor iuramentum cum sa-
cramentalibus duodecim suscipere & iurare, se vel patrem suum fuisse inuestitum. Quod
si actor iurare noluerit, dominus is, qui conuenitur, erit absoluendus. dict. capit. Vnic. § si
quis si de inuestitur.inter dominum & vasallum lis oriatur, & qui esset tum actor, hoc est,
nihil amplius vasallus actor contra dominum moueat, dict.capit vnic.§ si vero. quid sit in-
uestitura.

Hæc autem defensio tunc demum datur reo possidenti, quando actor in probatione defecit, *d. cap. Vnic. §. Item si vasallus. in fin. si de inuestitura controuersia fuerit.* Actor enim suam intentionem scilicet inuestituram sibi vel patri esse factam, probare debet per pares curiæ illius domus, qui interfuerunt, vel per publicum instrumentū à tribus vel duobus paribus confirmatum, *d. c. vn. in princ. quid sit inuestit. d. c. vn. §. item si Vasallus. si de inuest. controuersia fuerit, d. c. vn. §. cum autem. si de inuestitura feud. controu. fuerit.* Zas. *part. 11. num. 34.* & hic actor non est in possessione, sed eam petit. Et si probat, vincit & obtinet, *d. c. Vn. § cum autem. si de inuest. feud. controu. fuerit.*

Si autem pares curiæ denegauerint iurare, corrupti forte odio vel gratia, vel precio, & dixerint se non interfuisse, cum inuestitura facta fuerat, vel non reminisci; tunc domino cogente iurent tactis sacrosanctis scripturis, quod huius rei veritatem nesciant. Si etiam pares ex aliqua causa recusauerint iurare, nec dominus compellat eos iurare, licet vasallo etiam per extraneos testes probare inuestituram. *d. cap. Vn. in pr. quid sit inuest. dict. cap. Vnic. in princ. si de inuest. inter dominum & Vasallum lis oriatur.* Hi enim in supplementum probationis admittuntur, Curt. *part. 2. quest. 4. num. 27.* quod etiam tum procedit, quando absunt diu pares domus, vel si aliquis pares non habet, *d. cap. Vnic. §. si ante. quid sit inuest.* Schneid. *part. 4. num. 23.* & si tempore inuestituræ idonei fuerint, etiam sufficiunt tempore probationis, licet desierunt pares esse, *cap. vn. an remoueri debeant testes, &c.* Quod si inopia probationum abfuerit, datur defensio possidenti, eo quod est dictum ante modo: si autem dominus iurat, de suo facto iurat, scilicet inuestituram non fecisse de facto parentum & antecessorum suorum, ad hunc modum; se nec scite, nec credere à parentibus vel antecessoribus suis factam esse inuestituram: vasallus semper iurat, sine mentione conscientiæ, quemadmodum dicitur, *in d. cap. Vnic. de consuet. recti feudi,* hoc est, iurat vasallus se inuestitum esse à domino, non iurat se credere vel existimare, quod inuestitus sit, *d. c. vnic de consuet. recti feud.* Deinde dominus iurat vel cum parentibus (hoc est, agnatis, qui ita in iure feudali vocantur) vel cum duodecim coniuratis vasallis, vel partim cum parentibus, partim cum vasallis, partim cum extraneis. *d. c. Vnic. de consuetudine recti feudi;* & in eo priuilegium habet maior dominus; eiusq; melior est conditio quam vasalli, qui inter sacramentales scilicet parentes, hoc est, agnatos semper habere debet, *d. c. Vnic. de consuetud. recti feud.* Borch. *cap. 7 part. 1. num. 1.* Nunc quæ obiici possint, videbimus.

Primo obiicitur, *dict. capi. Vnic. Vers. sacramentum, de consuetudine recti feudi,* vbi dicitur, sacramentum interdum dari ei, qui non possidet, cum tamen *in d. cap. vnic. per totum, si de inuest. feud. controuers. fuerit,* dicatur, propter possessionem possidenti dari iusiurandum, vt superius dictum.

Resp. Summe hic notandum authoritatem, arbitrium & prudentiam iudicis in hac re seu controuersia probationis inuestituræ plurimum valere. Iudex enim pro circumstantiarum, locorum scilicet & personarum qualitate & conditione æstimare discerere debet, an possidenti, an vero petenti, hoc est, an actori vel reo iusiurandum sit deferendum, vel an neutri sit dandum? & datur tum iusiurandum, quando aliquid est, quod iudicem mouet, & hoc velut clauis controuersiarum feudalium solum sufficeret, vt sentit Zasius *part. 11. n. 34. in fin.* Hinc sine omni pugna *in c. Vn. de vsu Mediolanensium* filius domini defuncti necesse habet iurare cum duodecim sacramentalibus; quamuis tamen Sonsb. *par. 15. n. 19.* nescio qua ratione velit, iudicem non arbitrio suo id facere posse, sed prout lex præscribit, & ita *d. c. Vn. de consuet. recti feudi.* intelligit.

Secun-

Secundo obiicitur, quod solus iuret vasallus sine sacramentalibus, *d.c.vn.§.si quis. vers. si autem aliquis. si de inuest. inter domin. & vasall. lis oriatur.* Ergo falsum est, coniungendos esse duodecim sacramentales iuranti.

Resp. Est specialis casus, quia tum iurat solus vasallus sine testibus, si per annum sciente domino, & non contradicente, in possessione feudi fuerit. Curt. *part. 2. quæst. 4 num. 19.* Sonsb. *part. 15. num.* 7. Borcholt. *c. 7. p. 1. n. 84.* Nam id pro inuestitura est, *d.c. vn. in princ. de consuet. rect. feud.* vt superius dictum fuit.

Tertio obiicitur † *d.c. vnic. de consuet. inter dominum & fidelem*, vbi dicitur, quod vel 53
per iuramentum fidelis, hoc est, vasalli sit dirimendum negotium vel controuersia feudalis, vel per duodecim sacramentales: Ergo possunt abesse sacramentales, quod innuit particula disiunctiua vel.

Resp. Textus ita est accipiendus, quasi vna cum iuramento fidelis requirantur duodecim sacramentales, iique fidelis iuramentum iuuent: vel dicamus, id fieri dispositione iudicis, cuius authoritas ea in re plurimum potest, quamuis tamen de sacramentalibus non sit hodie adeo laborandum, cum ab aula recesserit, nec moribus nostris sit receptum, vt loquitur Zas. *part. 11. num. vlt.*

Denique obiicitur, *d. cap. vnic. §. si vero. si de inuest. feud. controuersia fuerit*, vbi dicitur dominum, qui est in possessione, non habere defensionem, & non iurare eum duodecim sacramentalibus: Ergo falsum est, quod ante dictum fuit, tam vasallum quam dominum possidentem habere defensionem.

Resp. Specialis est casus quoque tum, quando videlicet actor est vasallus domini ex causa alterius feudi, de quo non est controuersia, hoc casu propter honorem & reuerentiam domini, non fatigatur dominus quærendis & adhibendis sacramentalibus. Ex ordine quidem, inquit Gerhardus, teneretur dominus, hoc est, stricto seu summo iure inspecto: sed tamen ex æquitate remittitur domino defensio, quam æquitatem suadet id, quod ex alia causa sit controuersia. Deinde dominus solus iurat sine sacramentalibus, si vasallus sit Gastaldus, vel actor domini, *d. cap. vni. de consuet. inter domin. & fidelem*, de quo vide latius Sonsbec. *part. 11. per tot.* Cuiac. *ad d. cap. vnic. si de inuest. feud. controuers. fuerit.* mihi *pag. 54.* Hottom. *in disp. feudali. cap. 43. de forma probationum feudalium.* Borch. *cap. 7. part. 1. num. 53. 54. 55.*

Sexto & vltimo videndum erit de effectu inuestituræ †, quidnam scilic. vasallus domi- 54
no, & econtra dominus vasallo præstare teneatur: Habendum igitur est hoc, dominum, si feudi inuestituram abusiuam fecit, cogi præstari feudum, in eiusq; vacuam possessionem vasallum mittere, adeo vt non liberetur præstando id, quod interest; *c. vnic. § fin. de nou. form. fidelitat. cap. vnic. § si facta. si de feudo defuncti contentio oriatur.* quemadmodum superius satis dictum fuit.

Deinde hoc facto tenetur dominus vasallo tradere literas Inuestituræ; quibus eo facilius probare posset inuestituram, quoties opus id fuerit *cap. vnic. in fin. de duob. fratribus. à capitan. inuest. cap. vnic. in princip. si de inuest. controu. fuerit. capit. vnic. quid sit inuestitura*, quemadmodum superius quoque dictum fuit, &c. Hoc si fecit dominus, vicissim pro accepto beneficio vasallus facta inuestitura tenetur præstare iusiurandum fidelitatis quod fidelitas dicitur, *cap. vnic. in fin. per quos fiat inuestitura, capit. vnic. quid præcedere debeat.* Vasallus autem potest præstare fidelitatem per se, vel per procuratorem, & feodum accipere potest, *dict. capitul. vnic. §. 1. per quos fiat inuestitura.* Et si plures sint hæredes seu filii vasalli mortui, singuli inuestituram petere, & fidelitatem facere debent; maxime

si indiuisum feudum habent. Quod si feudum ex diuisione ad vnum tantum peruenerit, ille tantum fidelitatem faciet, *d.c.vn. § omnes filii si de feud. defunct. content. sit.* Zas. *part. 7. num. 10.* Borch. *cap. 7 part. 1. num. 33.* quia licet plures sint filii, tamen quia in vnius vasalli mortui locum succedunt, debent reputari pro singulari persona. Item iuramentum †
55 fidelitatis est indiuiduũ, & in his, quæ indiuidua sunt, quilibet hæredum tenetur in solidum. *l. hæredes. §. antea ff famil. hercisund.*

Sed obiicitur vehementer, *c. vn § firmiter. Versic. præterea. de prohibit. feud. alien. per Frid.* vbi dicitur, omnes hæredes feudi diuisi vel diuidendi, debere fidelitatem facere. Ergo non tantum in diuiso feudo id procedit.

Resp. Dicitur *in d. c. vnic § omnes.* maxime tum omnes filios fidelitatem præstare debere,
56 si est indiuisum feudum. Nota particulam, *Maxime*, † quæ vult inprimis seu potissimum in indiuisis feudis omnes filios fidelitatem præstare. Ea enim est natura istius verbi, vt constat ex *l. final. C. Vnde liberi.* vbi dicitur, qui se negat hæredem mortui paterni aui, facultates suscipere non potest, maxime si est emancipatus, hoc est, inprimis. Hotomannus tamen aliter explicat vocabulum, *Maxime*, vt respiciat ad sequentia verba. *d. § omnes*, scilicet quia plerunque in feudo diuidendo feudum vni ex partibus attribuitur, & tunc vna fidelitas est præstanda, non quod diuisum sit, & omnes habeant, & omnes fidelitatem facere non teneantur; & hæc solutio commoda est, nec displicet Schneidevv. *part 5. num.* 11.

Secundo obiicitur, *cap. 77. lib. 2. extraord.* quod valde pugnat cum *d. § omnes.* vnde Hottom. dicit, non posse dissimulari hic discrepantiam.

Resp. Cuiacius corripit textum, *d. § omnes.* & legit pro indiuisum, diuisum, in gratiam conciliationis; sed Hottom. dicit correctionem esse vitandam, & generaliter est sciendum, capitula extraordinaria non esse tanti momenti, vt ordinarios & receptos textus feudales corrigant, & sæpe forte sunt ineptorum hominum fragmenta & figmenta, nec in antiquis codicibus habentur. Vnde secundum Sousbeccium inter iura feudalia non referuntur: possunt tamen hæredes secundum consuetudinem Germaniæ receptã vnum eligere, qui tanquam curator omnium nomine inuestituram petat & iuret. Id quod testatur Hartman. *in pract. obseruat. titul. de feud obseruat.* 20. Zasius *part. 7. numer.* 11. Schneidevv. *part. 5. num. 11.* Borcholt. *cap. 7 part. 1. num.* 34. Ex diuiso etiam ita obseruatur hoc, vt ab omnibus hæredibus domini, si plures sint, inuestitura petatur, & singulis iuramentum fidelitatis præstetur: possunt tamen hæredes vnum constituere, à quo inuestitura petatur, & cui omnium nomine sacramentum fidelitatis præstetur. Zas. & Bor-
57 cholt. *d. loco.* Et hodie de consuetudine † defertur seniori iusiurandum, cum seniores magis sint honorandi. *l. semper. ff. de iure immunit. l. fin ff. de fide. instrument.* & ab hoc ex voluntate hæredum plurimum defuncti domini omnium nomine inuestitura petitur, & omnium nomine iuratur, *arg. l. quid si nolit. § si plures ff. de Ædilit. edict.* & tunc est vasallus non vnius tantum, vel vnius in solidum, sed omnium simul; And. de Isern. *in d. § omnes.* Quo fit, vt hodie in inuestituræ literis omnes vasalli & domini ponantur.

Sed obiicitur valde, *d c. vnic. § præterea: de prohib feudi alien. per Fridericum*, vbi dicitur, quod vasallus non cogatur pro eodem feudo plures habere dominos. Ergo non potest plures habere, quam vnum, si velit.

Respond. Dominus non habet licentiam, partem feudi alienare propria auctoritate, & dominum alium pro illa parte vasallo obtrudere. De tali casu ille textus loquitur, hic autem agitur de eo, quando ex necessitate successionis vasallus multos habet do-

bet dominus, qui omnes habentur loco vnius defuncti, scilicet domini, *l. cui fur ff. de condit. & demonstrat.* vbi dicitur, quod omnis numerus eorum, qui in locum eius substituuntur, pro singulari persona sit habendus. Nec hoc adeo damnosum est domino, cum hoc faciat omnibus cohæredibus in solidum. Atque ita hoc soluit & explicat Schneid. *part. 5. num. 16.* Si autem vasallus fidelitatem facere noluerit, feudum non consequitur, *dict. cap. vnic. §. fin. de noua forma fidelitatis.* Sub illo enim fine feudum datur, vt fides præstetur, hoc est, vt vasallus sit fidelis, quod verbum nulla indiget adiectione, sed integram & perfectam in se continet fidelitatem, vt loquitur Obertus *in d. c. vnic. in princ. de noua forma fidelitatis.* præsertim cum & feudum † à fide dicatur, *dict cap. vnic. §. vltim. per quos fiat inuestitura*, quæ fides tam præcise requiritur, vt remitti non possit pacto; quemadmodum Doctores concludunt. *in dict. cap. vnic. §. fin. per quos fiat inuestitura.* Sonsb. *part. 2. num. 34.* Zas. *part. 1. num. 2.* Duaren. *cap. 2. num. 3.* Cuiac. *libr. 1. feud. pag. 18.* Botcholt. *cap. 4. num. 20.* alias enim inuitaretur vasallus ad peccandum, & feloniam committendam contra bonos mores, *l. 1 pacta. C. de pact.* & conuentio non valet, ne dolus præstetur, *l. contractus 24 ff. de reg. iur. leg. si vnus. §. pacta, quæ turpem causam, ff. de pact.* Et feudo cadit vasallus, qui fidem domino non præstat, *d. c. vn. § fin per quos fiat inuest. d. c. vn in fin. de form fidel.* 58

Sed obiicitur primo ita: Iuramentum fidelitatis, imo fidelitas potest remitti, *d. c. vn. § fin. per quos fiat inuest. d. c. vn. §. 1. quæ fuit prima causa beneficii amittendi.* Ergo hic falsum asseritur.

Resp. Per fidelitatem ibi intelligitur iuramentum seu sacramentum fidelitatis, quod remitti potest, vt & seruitium in feudo franco, quemadmodum superius dictum fuit. Wesenb. *part. 1. num. vlt.* Et talis vasallus dicitur vasallus per non sacramentum, *cap. vnic. qualiter olim proprietatem feudi, &c.* Fides autem nihilominus est præstanda, hoc est, vita & forma domini est à vasallo defendenda, & hæc fides est quasi forma & finis vnicus feudi, Wesenb. *c. 1. num. penult.* Iusiurandum vero saltem ideo adhibetur, vt firmiter astringatur vasallus ad fidem præstandam, metu periurii, *d c. vn. de form. fidelit. & d. c. vn. de noua form. fidelitat.*

Remittitur autem sæpe † opinione famæ & integritate vitæ vasalli, cum multis viris grauibus religio sit iurare. Sonsb. *part. 2. num. 34.* & multi perquam timidi sunt ad iurandum metu Diuini numinis, *l. 8. § 1. ff de cond. instit.* Continet enim iuramentum inuocationem numinis Diuini, qua petimus, vt seruato iureiurando bene nobis sit: non seruato, omnia sinistre nobis eueniant. Vnde & promissio nuda † Principum æquipollet iuramento, Mynsi. *cent. 10 num 17.* 59 60

Secundo obiicitur, *cap. vnic. in princip. quo tempore miles inuestitur. peter. debeat.* vbi dicitur, is miles excusetur, qui intra tempus legitimum non petit inuestituræ renouationem, scilicet iustæ causæ, puta mortis vel capitalis inimicitiæ interuenerint. Ergo dum adest inimicitia, fides est sublata, nec præstatur fides; fidei enim inimicitia † est contraria. 61

Respon. Ibi feudum paternum seu antiquum habet vasallus miles. Tenetur igitur accipere intra annum & mensem (quod speciale est in milite vasallo, vt inferius dicam) renouationem inuestituræ. Et quia capitalis fuit cum domino inimicitia, non accepit inuestituram, sed excusatus fuit ob interueniens odium; quæ inimicitia tamen postea desiit, & cessauit. Ea tum cessante accepit inuestituram, & fidelitatem promisit. Ante quidem feudum non habuit, sed stetit in conditione accipiendi: & tum accepta per inuesti-

turæ renouationem successione, amplius cum domino inimicitias non habuit, & si tum non fuisset fidelis, feudum amisisset.

Tertio obiicitur, *c. Vn. in pr. an ille, qui interficit fratrem, &c.* Vbi si quis interficit fratrem domini, feudum non amittit, & tamen fides ibi non est. Ergo fides non est de feudi substantia, sed remitti potest.

Resp. Qui interficit fratrem domini, interficit extraneum respectu obligationis. Nihilominus enim potest stare in curte domini, & præstare fidem suo domino, quam promisit: non enim promisit fidem suo generi, sed tantum domino & reliquis suis heredibus per inuestituræ singularis renouationem.

Instatur hoc modo: sed vasallus amittit feudum, si proprium fratrem interficit, *d. c. Vn. an ille, qui interficit fratrem*: Ergo & tunc, quando fratrem domini interficit, debet vasallus feudo priuari.

62 Resp. Magna est differentiæ † ratio, quia qui proprium fratrem interficit, committit parricidium; qui autem fratrem domini sui interficit, committit homicidium, vnde & mitius ac lenius punitur, *argum. l. 1. & tot. tit. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & tot. tit. ff. ad leg. Corn de sicar.* Curt. *part. 4. n. 39.* Secundo, quia vasallus domini fratrem non ideo interficit, vt plus in feudo habeat, quod plerunq; fieri præsumitur, si proprium fratrem interficit, quemadmodum ex *d. c. vn. an ille qui interficit, &c.*

Relinquitur igitur, fidem in omni feudo esse præstandam, nec remitti posse, quæ res
63 alias mali exempli esset. Promittitur autem fides in forma † fidelitatis, quæ triplex est, vna *in cap. vnic. qualiter deb. vasallus iurare:* Duæ reliquæ extant *in duob. cc. seqq.* quæ tamen tres formulæ in idem recidunt, eiusdemq; sunt efficaciæ & argumenti. Consistit autem hæc fides in seruitiis moderatis & honestis, *dict. cap. vnic. de noua forma fidelitat.* Et hæc seruitia aut sunt specificata, expressa & determinata inuestituræ conuentione, *dict. cap. vnic. de noua forma fidelitat.* Et ideo seruanda, *l. 1. ff. de pact. l. contractus. 24. ff.*
64 *de regul. iuris.* quemadmodum superius dictum fuit. Et ea plerunque sunt † manualia vel actualia, *cap. vnic. §. fin. quid sit inuestitura. cap. vnic. in fin. in quibus causis feudum amittit. cap. vnic §. fin. de capitan. qui curiam vendidit.* Modo tamen, vt dictum, sint honesta siue militaria, puta, vadere cum vxore domini in festiuis diebus ad ecclesiam, vel in certis solennibus conuiuiis & pompis domino esse à poculis, vt tempore emporiorum Lipsensium, vel Francofurtensium viatores comitari ob maiorem securitatem, vel equo vno aut pluribus, pro conditione & qualitate feudi domino seruire, & militaria seruitia præstare, propter quæ feuda primum nata sunt, id quod hodie à feudis, præcipue nobilibus ita obseruatur. Ad inhonesta impossibilia seruitia vasallus non tenetur, puta dominum in lupanar, vel popinam sequi, *l. renumerandum. 6. §. rei turpis. ff. mandati. l. impossibilium ff. de reg. iuris.* Rebuffus *in tractat. feud. in princ.* Aut seruitia hæc non sunt determinata, & expressa in specie, sed generaliter promissa, *dict. cap. vnic. de noua forma fidel.* Boreholt. *cap. 1. num. 28.* Et tum ea sunt præstanda à vasallo, si bene præstari possunt. Et hæc potius officia quædam sunt, ratione fidei, qua vasallus domino obligatur, præstanda, quibus vitam & famam domini (quæ pari passu ambulant, iusta de manumissis vindicta) tenetur quouis in loco consilio & auxilio tueri ac defendere, *dict. cap. vnic. de nou. form. fidel.* Schneidew. *part. 5. num. 75.* & si hæc seruitia sunt personalia, manualia, seu actualia, vasallus non nisi requisitus ea tenetur præstare. Zas. *p. 7. num. 27.* Sonsb. *part. 11. num. 25.* Boreholt. *cap. 1. num. 24.* Cum ignorare possit vasallus probabiliter, quando dominus sua opera indigeat. Wesenb. *cap. 9. num. 14.* Vnde quandocunque

docunque tempore steterit vasallus, & seruitium nullum præstiterit, feudum non amit-
tit. *cap. Vnic. §. 1. in princ. hic finitur lex. d. cap. Vnic. §. fin. an ille, qui fratrem d. cap. Vnic. §. licet. &*
§. etsi vasallus. si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatum. Eiusmodi seruitia
sunt ea, quæ paulo ante enumeranimus, cui addatur hoc, quod vasallus vocatus ad expe-
ditionem à domino tenetur venire spacio competenti, vel acceptabilem personam, hoc
est, substitutum idoneum mittere, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino sub-
ministrare. *dict. cap. vnic. §. firmiter. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.* Id quod hodie
etiam ita obtinet, Zasius *part. 7. num.* 20. *&* 42. Wesenbec. *cap. 9. num* 13. Schneidev *part. 5.*
num 112. eaque electio est vasalli, si dominus hoc proposuerit. Iul. Clar. *in § feudum quæst.*
22. Si tamen bellum est rationabile & iniustum, non tenetur vel cogitur vasallus domi-
num iuuare ad læsionem, sed tantum ad defensionem, si hoc ipsi placuerit. *d. cap. Vnic. in*
princ. hic finitur lex. Zas *part. 7. num.* 39. *&* 40. Curt. *part. 4. num.* 6. Sonsb. *part. 11. vers* 25. *cum*
seqq. Id quod etiam in excommunicato, seu bannito à Rege vel Imperatore ob-
tinet. *d. cap. Vnic. §. 1 hic finitur lex.* Zasius, Curtius & Sonsbeecius *dd. locis.* Si autem plures
sint domini, non omnibus seruitia præstantur, quamuis fidelitas omnibus promittatur.
d. c. Vnic § præterea, de prohibit feud. alien. per Fridericum. Sonsb. *part. 11. num.* 19. Pistor. *quæst.*
47 *part. 2.* Wes. *c. 8. n.* 26. Boteh. *c. 1 n.* 31. & ipsi domini inter se comparent, vt vni præstetur
& iusiurandum, & seruitium, prout tum est ab iis constitutum, seruetur, Zasius *part. 7. nu.*
12. Wes. *c. 9. nu.* 12. quod procedit maxime tum, quando seruitium est personale & indiui-
duum, Schneidev. *part. 5. nu.* 14. si est diuiduum, potest cuilibet hæredum pro ea parte,
qua est hæres, seruitium præstari. Schneidev. *d. part. 5. num.* 7. Borch. *c. 1. num.* 30 *cum mul-*
tis seqq. Si autem hæc seruitia proficiscuntur ex iure naturali seu ex obligatione remu-
neratoria ratione fidei, qua vasallus est domino obligatus, potius præstanda sunt pro
vita & honore domini in bello & pace defendendis, Specul. *in princ. titul. de feud.* Zasius
part. 7 num. 28. Wesenb. *cap. 9. num.* 10. idq; argumento. *l. sed etsi, §. consuluit. ff. de petit hæ-*
reditat. Et præstantur hæc, quamuis aliquis non sit requisitus seu vocatus à domino,
Wesenb. *cap. 9. num.* 14. quemadmodum distinguitur *in cap. vnic. in princ. vers. Tu tamen*
scias. hic finitur lex. & in d. c. vn. §. licet vasallo. si de feud. defunct. content. sit. Vbi hæc ser-
uitia per particulam TAMEN ab illis separantur, *d. cap. vnic. §. fin. an ille qui interficit fra-*
trem. Huiusmodi officia seruitialia ex fide, vi & metu religionis, non ex conuentione
præstanda, varia sunt, puta consilia, & credentiam domini asseruare, *cap. Vnic quibus mo-*
dis feudum amitt. d. c. Vnic. de nou. form. fidel. vbi hæc satis exprimuntur, teste Curt. *part. 2.*
num. 38. quæst. 3. de feud. laicor. dominum non accusare, *cap Vnic. §. item si delator. quæ fuit*
prima causa benefic. amittend. testimonium in eum non dicere, *cap. Vnic. § in quib. de con-*
suetud. rect. feud. Sonsb. *part. 10. nu.* 47. Dominum adiuuare re & consilio, si necessitas no-
toria imminentis periculi, vel corporis, vel famæ seu existimationis id postulauerit, *d. c.*
vnic. de nou. form. fidel. d. c Vnic. §. lic. si de feud. defunct d. c. Vnic. §. 1. hic finitur lex. & vt gene-
raliter dicam, omnia officia ex fide vltro sunt præstanda, ad quæ quis iudicio rationis se
astrictum esse agnoscere potest, quemadmodum id satis exprimitur, *in d. c. vn. de nou. for.*
fidel. Et quidem generaliter adiuuet vasallus dominum †contra omnes, contra fratrem, 65
contra filium, contra patrem, non autem contra antiquiorem dominum. *d c. vn § fin. hic*
finitur lex. Zasius *p. 7. num.* 22. 23. Sonsb. *p. 11. nu* 4. Specul. *in princ. tit. de feud.* Wes. *c. 8 nu.* 28.
Boteh. *c 7. p. 1. nu.* 40. Nec contra Imperatorem vel Regem, qui specialiter & nominatim
in omni feudo sunt excipiendi. *d. c. Vnic. in princ. de noua form. fidelitat. d. c. vnic. §. 1. in princ.*
de probib. feud. alien. per Fridericum. Etsi non sunt in specie excepti, tacite tamen excepti
censen-

censentur. Dd *in dd. locis*. Et quod quis contra patrem, fratrem, & filium proprium teneatur dominum propter acceptum beneficium iuuare, est communis opinio, teste Zasio *pag. 7. n. 29.* Iul. Clarus *quæst. 21. n. 4 § feudum*. Cui tamen assertioni tale obstat argumen-
66 tum: Iura sanguinis † seu naturalia nullo iure ciuili dirimi possunt. *l. iura sanguinis. ff. de reg iur § penult Instit. de iur. natur. gen & ciu* si iuuaret vasallus dominum contra patrem, filium, consuetudine Longobardorum, & sic iure ciuili, *§ ex non scripto Instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* dirimerentur præcepta naturalia, & iura sanguinis. Ergo id nulla ratione procedit & iniquissimum est.
67 Resp. Verum quidem est, consuetudinem † debere esse rationabilem. *l quod non ratione ff. de legib.* Hic autem dura & irrationabilis est, vnde dicendum & cum Zasio, *d part. 7. num.* 29. duram quidem esse legem, sed tamen ita legem seu consuetudinem esse scriptam seu obseruatam, *arg l. prospexit. qui & à quibus manumissi liberi non fiant*. Id quod tamen moribus nostris, & pietati seu iuri naturali aduersatur. Deinde beneficium accipere
68 † est libertatem vendere: Dum igitur ad fidem se obligat vasallus, sibi imputet, qui tam
69 duram conditionem accepit, vnde quod ab initio † placet vasallo, deinceps non displi-
70 ceat, *c quod semel de reg. iur. in 6.* Et qui sentit commodum † sentit etiam incommodum, *l. nihil tam naturale. ff. de reg iuris.*

Secundo obiicitur: Nemo contra patriam tenetur iuuare dominum, Specul. *de feud. § quoniam, Vers. decimosexto quæritur.* Borch *c 7 p. 1. n. 47.* Ergo nec contra patrem, cui maior debetur reuerentia, cum ius Diuinum in decalogo expressam obedientiam quandã, immota quadam ratione erga parentes exigat.

Resp. Id quidem verum esse, sed quia literam expressam habemus, in textibus feudalibus de patre, non patria, sequimur id communi opinione, quamuis durum sit & contra pietatem paternam. Vnde Sousb. *p. 15. n. 36.* affirmat, contra esse seruandum, licet sit textus expressus, cum sit contra diuina iura, patrem offendere, & paterno sanguine manus conspurcare, quod ne quidem Ethnici fecerunt. Et iuuatur ea sententia *c. vnic. §. Vasalli, Vers. Vasalli. de pace Constant.* vbi dicitur, feudum non amitti, si vasalli debita seruitia non exhibuerint, sed ea, quæ dura sunt, & contra pietatem paternam præstantur. Deinde posset id intelligi in dubio, quod *in d c. vn §. fin hic finitur lex* proponitur, quando honeste quis posset contra patrem, vel fratrem, vel filium pugnare & dominum iuuare; quamuis tamen etiam vasallus se posset excusare semper, & medios vnius anni fructus domino mittere pro redemptione. Sousb *part. 12 n. 7.* cui accedit, quod Cuiac. affirmat, *in d. § fin.* vocabulum PATREM, à veteri libro abesse, quam tamen correctionem Hottom. improbat. Et si illa Cuiacii sententia vera est, iuuatur maxime id contra patrem, scil. non esse iuuandum dominum; id quod etiam vsu ita obseruatur. Et Wesenb. affirmat, *cap. 9. n. 10.* vasallum non esse cogendum, dominum aduersus patriam, parentes & liberos iuuare,
idq; Zasius audacter affirmat, *pag. 7. n. 29.* Nec fieri propterea vasallum periurum ratio-
71 ne dati iuramenti, quod non debet † esse vinculum iniquitatis, cum iuramentum † con-
72 tra bonos mores non sit obligatorium, *c non est obligatorium, de reg iur in 6* Sousbec *part. 11. num 39. & 40.* Quamuis eo casu, quando pater est proditor patriæ. contra patrem filius vasallus dominum iuuare posset, *arg. l. minime 35. de relig. & sumpt.* Zasius *p. 7. num. 29.* Sousb. *p. 11. n 36. 37. 38.*
73 Denique obiicitur *l. vlt. C. de impub. & aliis sub.* vbi dicitur, filium & patrem † vnam
74 esse personam, & vocem patris † esse vocem filii: Ergo si vasallus contra patrem iuuaret Dominum, contra seipsum iuuaret, quod fieri non debet, nec potest; cum in omni

dispo si-

dispositione & pacto loquentis persona exeipiatur *l. inquisitio, C. de solut.* gloss. communiter approbata, *in d. c. vn § fin. hic finitur lex.* Zas. *p. 7 n* 34. Sonsb *part. 11. n. 41.* Schneid. *pa. 5. n. 95.* Borch. *c. 7. part. 1. n. 41.*

Resp. *D. l. vlt.* procedit in suo casu, quoad patriam potestatem, & quoad acquisitionē: hic autem sunt separatæ personæ, quia filius est vasallus domini, non pater. Vi igitur beneficii accepti filius tenetur contra proprium patrem pugnare, quamuis tamen id hodie vix obtineat, vt nec vasallus iuuare tenetur dominum, si certo sibiq; mortis periculum imminere videtur, *c. vn. de feud. sine culpa admittend* Zas. *part. 7. n. 37.* Sonsb. *part. 11. num. 33.* & vasallus dominum propriis sumptibus iuuare tenetur, si id facultates feudi ferunt, & si commode fieri possit, non si eum detrimento. Specul. in *dict. tit. de feud. § quoniam. vers. Vigesimo secundo quaeritur.* Iul. Clar. *in § feudum. quæst. 25.* Zas. *part. 2. n. 44.* Sonsb. *part. 11. nu. 43.* Myns. *cent. 5. obs. 76. n. 2* Schneid. *part. 11. n. 111.* Borch. *c. 3. nu. 26.* nisi in inuestitura aliud fuerit commentum, cuius tenori præcise est standum, Zas. *part. 6. nu. 13.* Borch. *c. 1. n. 25.* quemadmodum & superius dictum fuit. Et sicut vasallus tenetur iuuare dominum; ita dominus contra filium, fratrem, patrem, tenetur vasallum defendere & iuuare, secundum communem opinionem Iacobini *de feud. in verb. & promiserunt. num. 15.* Iul. Clar. *quæst. 27. num. 6. Is. § feudum. per d. c. vn. in fin. de form. fidel. & d. c. vn. §. domino, si de feud. defunct. content. sit.*

Ad quod tamen hodie cogi non poterit, vt nec vasallus ex natura correlatiuorum, quia debet esse æqualitas & reciproca fides inter dominum & vasallum, Spec. *in pr. tit. de feud.* Schneid. *part 5. num. 125.* Quamuis autem vasallus ad multa ratione beneficii teneatur; ex communi tamen Dd. sententia non tenetur alere dominum egenum, nisi forte dominus ex facto & culpa vasalli ad inopiam peruenerit, vel nisi supetbūdauerit diuitiis maxime ex re feudali collectis. Iul. Clar. *quæst. 23. per tot. §. feudum.* Zas. *part. 7. n. 48.* Curt. *part. 4. n. 9.* Sonsb. *part. 11. num. 64.* Wesenb. *c. 9. n. 17.* Pistor. *quæst. 20. part. 1* Nec æs alienum pro domino soluere, *d. c. vn. si de feud. defunct. content. sit inter dominum & agnatum.* Zas. *in d. loco.* Sonsb. *d. part. 11. nu* 45.

An autem vasallus teneatur aliquid † conferre pro filia domini dotanda, vel maritanda? merito dubitatur. Cum paternum tantum sit officium filias dotare. *l. c. 19. ff. de ritu nuptiar.* adeo vt mater non teneatur dotare regaliter filias. *l. neq; mater. C. de iure dotium.* Schneid. *part. 5. n. 120.* Sed contrarium ex æquitate sentit Specul. *in dict. tit. de feudis. § quoniam.* quod Dd. communiter sequuntur, Zasius *part. 7 nu* 50. Schneid. *d. loco,* quod idem putat Speculator in filio pauperis domini, qui vult assumere gradum Doctoris. Zasius *d. loco.* 75

Nouissime sciendum est, post refutationem feudi non teneri vasallum ad seruiendū, sed ad dominum non offendendum, textus expressus *in c. vn. de vasallo. qui contra constit. Lotharii.* Zas. *part. 2. nu.* 25 Memoria enim beneficii accepti prioris non est abolenda in æternum. Dd. *in d c. vn.*

Ad Thesin 1.] Hos tres acquirendi feudi modos posui, secutus textus feudales, *tit. 33. lib. 2. in pr. tit. 1. lib. 2. § fin tit. 26. §. si quis per* 30. *annos. lib. 2.* & omnium fere Dd. morem; quanquam non ignoro, inuestituram non esse modum acquirendi feudi, sed formam seu modum feudi per contractum, præscriptionem & successionem acquisiti constituendi, quod Wes. *de feud. c. 6. in princ.* & alii notarunt. Contra hic obstat. Curt. *part. 2. nu. 13.* vbi ait, successionem minus proprie dici modum acquirendi.

Ad Thesin 2.] Contra obstat: hæc definitio non videtur complecti impropriam inuestituram.

stituram, nam *c. Vifis. cauf. 15. quaft. 2.* (de impropria inuestitura loquens, vt notat Schenck. ad *tit. 2. lib. 2.*) maius quiddam esse attestatur, possessionem dare, quam inuestituram facere, & certe abusiua inuestitura nullam inuestito tribuit possessionem *c. per tuas. & ibi gloss. super verb. possessionem de donat.*

Resp. Vocabulum possessionis hic considerari in lata significatione; nam est etiam possessio quædam, facere potestatem apprehendendæ possessionis.

Ad Thesin 3.] Lib. 2. tit. 2. in princ. in quo capite propria inuestitura definitur possessio. Possessionem Theophilus dicit esse rei corporalis detentionem. Borch. *c. 7. n. 5.* Wesenb. *cap. 8. num. 11.*

DISPVTATIO V,

De successione feudi.

Thesis 1. Successione perinde atq; inuestitura feudum acquiritur, *cap. 1. de success. feud. & cap. 1. de consuetud. recti feudi.*

2. Et licet iure communi succedatur vel ex testamento, vel ab intestato. *§ fin. Instit. per quas person. nob. acquir.* In feudis tamen vnica est successio ab intestato; nulla est ex testamento. *tit. 8. lib. 1. de success. feud.*

3. Cuius tres sunt ordines; descendentium, ascendentium & collateralium. *Nou. 118.* quorum vno ascendentium scilicet sublato, duo tantum in feudis attenduntur, *lib. 2. tit. 50. de natur. success. feud.*

4. Descendentes ascendentibus succedunt in infinitum, *cap. 1. de natura success. feud.* idq; ab omnibus receptum est, tam in ecclesiastico feudo, quam seculari, *argumento. cap. vnic. qui feud. dare possunt, §. & quia vidimus.* Curt. *part. 3. num. 1. 2.*

5. Succedunt autem primo loco filii. *cap. 1. de success. frat.* naturales & legitimi, tam nati, quam nascituri. Aluarot. *in c. 1. de eo, qui sibi & hared. suis.* nulla emancipationis ac patriæ potestatis habita ratione. Sonsb. *part. 9. nu. 60.* Non etiam naturales, ne quidem matre, *cap. 1. si de feud. defunct. content.* & ibi Schenck. *§ naturales.*

6. Et quidem cum germanis fratres consanguinei. Zal. *part. 8. in fine. Nou. 18. iuncto tit. 1. lib. 2. §. strenuus.* Non etiam adoptiui prolium vnione vniti & legitimati: præterquam in feudis post legitimationem acquisitis, *cap. 1. §. adoptiuus, si de feud. defunct. content.* Iacob. Riccius *in tractat. suo, de vnione prolium. c. 9. num. 33.* Wesenb. *cap. 6.*

7. Nisi legitimatio per subsequens matrimonium, aut ea à Principe expresse ad feuda sit facta. Clarus *§. feudum. quæst. 82. num. 4.* Mynsing. *centur. 5. obseruat. 42.*

8. Quo

8. Quo casu non distinguimus, feudum simpliciter sit acceptum, an pro se & filiis legitime natis? Nec item, an feudum nouum sit, an antiquum, dummodo ex iusta Princeps fecerit legitimatione, Borch. *c.7. in secundo modo succedendi, nu.51.* Gayl. *lib.2. obs.142.*

9. Eam tamen vel à domino, vel domino consentiente factam esse requirimus; Sonsb. *part.9. nu.63.*

10. Exhæredatos etiam & præteritos in feudo succedere, dummodo in dominum non deliquerint, contra communem tentabimus opinionem Wesenb. *cap.6.*

11. Succedunt autem filii æqualiter in capita, etiamsi in cæteris bonis inæqualiter sint instituti, *cap.1. qui feud. dare possunt, & tit. 8. de success. feudi.* Clar. *§. feudum. quæst.86.*

12. Nepotes in stirpes, siue concurrunt cum liberis primi gradus, siue soli sint, seruata iuris communis successione. *c.1. de success. feud. Nou. 118. §. cum filiis. Inst. de success. ab intest. l.2.3. C. de suis & legit.*

13. Ex transuerso ad feuda antiqua vocantur agnati: ad noua non aliter, quam si hoc dictum fuerit. *c.1. de success. feud. c.1. de feud. March.*

14. Et quidem in infinitum, dummodo à primo acquirente sint progeniti, graduum tamen habita distinctione. Mynsing. *cent.2. obser.93.* Borch. *cap.7. num.29.*

15. Id quod iure Saxonum secus est, nisi simultanee sint inuestiti. Gayl. *lib.2. obs.151. num.5.* Vaccius *differentia 20.*

16. Primo autem loco vocantur fratres defuncti, & cum germanis cõsanguinei. Gayl. *lib.2. obs.151.*

17. Filii etiam fratris cum patruis suis patruo defuncto succedunt, sed in stirpes, non in capita, *cap.1. vers. his vero deficientibus. de success. frat.* Sonsb. *part.9. num.98.*

18. Idq; verum est, etiamsi frater vtrinq; sit coniunctus defuncto, & filius fratris ex altero latere tantum. Herm. Rot. *part.2. quæst.43.*

19. Duorum autem fratrum filii ex sententia Azonis à Carolo V. confirmata succedunt in capita, non in stirpes. Zas. *p.8. nu.18.*

20. An & transuersales ascendentium in feudis admittuntur? id quod verius est, Borch. *c.7. in secundo modo acquir. nu.85.*

21. Et hæc quidem procedunt, dummodo alia ratione à successione non remoueantur. Regulariter namq; fœmina in feudo non succedit, nisi de eo conuentum specialiter sit, aut feudum à fœmina etiam sine pacto primum sit acquisitum. *c.1. de success. feud. & c.1. de feud. fœmin.*

22. Et tùm quidem non ſuccedunt maſculis extantibus, ſed illis deficientibus, etiamſi propinquiori gradu fœmina coniuncta fuerit, Borcholt. *cap.7.in ſecundo modo, num.75.cum ſeq.* per §.*ſimiliter, titul. de capitan. qui curiam vendid.*

23. An autem fœmina ſemel excluſa per maſculum, ſemper excluſa maneat? quæſtionis eſt, & vt hoc & æquitati & rationi conuenienter dicatur, verendum eſt. Sonsb. *p.9. nu.131.*

24. Deinde remouentur à ſucceſſione clerici, etiamſi deinde habitum religionis abiecerint, *c.1.ſi de feud. defunct.* §.*qui clericus. & c.1. de milit. vaſall. qui arma belli depoſ. c.1. de feud. fœmin.*

25. Similiter muti, ſurdi & alioqui imperfecti, adeo vt nec dominus gratiam eis in præiudicium agnatorum facere poſſit, *c.1. Epiſc. vel Abbat. feud. dar. non poſſ.* §.*hoc quoq;* vbi Aluar. *de ſucceſſ. feud.*

26. Nec diſtinguimus, vitium ſit naturale, an ex accidenti? Thom. de marinis, *in tit. 2. de feud. ex pacto, nu. 134.*

27. His tamen caſibus illis alimenta & filiæ dos ex feudo præſtatur. *cap.1. Epiſc. vel Abbat.* Aluarot. & Dd. *in cap. 1. ne mutus vel ſurdus.* Piſtor. *part. 2. quaſt. 37.*

28. An autem deficientibus aliis hæredibus vir aut vxor admittatur? non admitti magis quam modum, nec vlla fiſci in feudis eſt ſucceſſio. Zaſ. *part.8. num.*70. Iul. Clar. *in* §.*feudum. quaſt 84.*

29. Coronidis loco: Num hoc iure feudali gradus ſecundum ius canonicum rectius numerandi, videamus. Piſtor. *part. 2. quaſt. 19.*

DISPVTATIONIS V.

De ſucceſſione feudi, obiectiones & reſolutiones.

SVMMARIA.

1 *Succeſſio ſecundus acquirendi feudi modus.*
2 *Inueſtitura dicitur poſſeſſio realis.*
3 *Mors omnia ſoluit.*
4 *Succeſſio eſt peculiaris modus acquirendi feudum: eiuſq; definitio;* num. 7. *& diuiſio,* num. 8.
5 *Filius eſt dominus hereditatis paternæ ipſo iure.*
6 *Poſſeſſio vnde dicta?*
9 *In feudis ratio ſuccedendi ab inteſtato eſt: & quot eius ſint gradus?* num. 10. 12.

11. *Deſcen-*

SEcundus acquirendi feudi modus est successio, † qui modus clare exprimitur, [illegible] 21 [illegible] inuestitura, in cap. vnic. § [illegible] in fin. de feud. cognit. cap. 1. vnic. in princ. de success. feu. & [illegible] de [illegible] feud. Zasius part. 8. per tot. Petrus de bell. pertic. c. 7. nu. 1. Wesenb. [illegible].

Sed obiici potest tale argumentum: Prima [illegible] noua inuestitura est radix & funda-

mentum omnium reliquatum renouationum inuestiturae, & vt causa aperiatur successionum, Zas. *part. 6 num. 23.* Ergo successio non est modus specialis acquirendi feudi, cum ex noua inuestitura pendeat, & successione velut transmissione feudum conseruetur, non acquiratur; quemadmodum putat Curtius *part. 3 in princ.* Schneid *part. 6 num. 1.* Horst. *in synopsi thesium feudalium.*

Respon. Verum est, radicem & fundamentum successionis esse primam inuestituram, eamque veluti viam praeparare ad successionem. Aliud tamen est inuestitura noua, aliud successio. Nam si pater primo acquirit feudum inuestitura noua, non acquirit id successione: filius si succedit patri, non acquirit feudum noua inuestitura, sed successione acquirit, & tuetur feudum, vnde successio modus acquirendi peculiaris est in iure feudali & ciuili. *tot. titul. Institut. de haredit. qua ab intest. defer. §. Vltim. Institut. per quas personas nobis acquir.* Et potissimum hic spectatur successio, non inuestiturae renouatio. Quod deinde successio sit peculiaris modus acquirendi feudi, ex eo satis apparet, quod inuestitura noua realis & abusiua possessionem, vel quasi possessionem tribuat, vnde
2 & inuestitura † realis possessio definitur, *capit. vnic. in princip. quid sit inuestitura.* Gayl. *lib. 2. obseruat pract. obseruat.* 152. *num.* 14. quemadmodum superius satis dictum fuit. Illa autem possessio exspirat morte eius, qui accipit illud feudum noua inuestitura, cum
3 mors † omnia soluat. *Nou. 22. de nupt §. deinceps in princ.* Si igitur pater accepit possessionem per nouam inuestituram, patre mortuo possessio in filium realiter non continuatur, cum nec patris defuncti animus nec voluntas ad haeredem filium transmittatur *l. 4. ff locati.* Non igitur potest continuari possessio in filium, qui non est in rerum natura, sed corpore & animo de nouo rursus est adquirenda à filio per renouationem inuestiturae & apprehensionem actualem & corporalem rerum feudalium, *l. 3 & l. quem admodum. 8. ff de acquir. poss.* Et hanc sententiam defendit Zasius *part. 6 num. 41. & num 44.* vbi affirmat, se ita consuluisse & consulendo obtinuisse. Hanc sententiam Camera Imper. aliquando fuit secuta, teste Gayl. *lib. 2, obseruat. pract. obseru.* 152. *n. 11. in fin.* Mynsing *cent. 3. obseru. 38.* quod Wesenb. sequitur *cap. 6. num* 5. quae sententia dum verior est, & nouissi-
4 mo Camerae vsu approbata, sequitur successione † peculiarem esse modum acquirendi feudum; possessio enim est sublata per mortem patris, vnde filii noua apprehensione rursus quaeritur & conseruatur, & in feudo nihil aliud est, nisi possessio, *c. Vnic. §. fin. de inuest. de re alien facta.*

Nemo igitur non videt, successione de nouo quaeri possessionem feudi extinctam, quamuis tamen dicendum sit, vasalli demortui filium habere habitualem possessionem feudi ratione primae inuestiturae, potentia scilicet inspecta: Realem autem possessionem non accipit, nisi facta apprehensione, quemadmodum Zasius & Gayl. *in dict. locu.* luculenter ostendunt, nisi forte in ipsa possessione filius patre moriente deprehenderetur, Gayl. *d obseru* 152 *num. 12.* Tunc enim possessionem, quam habet, denuo acquirere necesse non habet, *§ sit itaq; discretiu. Instit. de act.*

Sed obiicitur *§ sui. Instit de hared qual. & differentia.* vbi dicitur, filium viuente patre intelligi dominum & *l. 1. §. largius. ff. de success. edict.* vbi dicitur: filium PENES ad propria venire bona.

5 Resp. Filius est ipso iure dominus haereditatis † paternae; non tamen consequitur possessionem rerum haereditariarum, nisi corporaliter eam apprehendat mortuo patre, Gayl. *lib 2. obseru. obseru. 129. num. 1. & 2.* viuente patre nulla est haereditas propric. *l. 1 ff. pro herede. vnde in d. § sui.* est vox impropietatem denotans. Intelligitur enim dominus filius

lius viuo patre, hoc est, videtur potentia inspecta, non autem reuera est dominus respe-
cta possessione actuali, aditio quidem hæreditatis, quæ in sola voluntate & animo cōsi-
stit, Gayl. *lib. 1. obs. obser. 129. n. 1 & 2.* ei necessaria non est, sed tantum possessionis appre-
hensio. Deinde eandem proprietatem importat limitatiua & restrictiua particula PE-
NE *in d. l. 1. § largius.* quasi opus sit apprehensione possessionis etiam in suis hæredibus.
Idem dicitur *in l. in suis. 11 ff. de lib. & posthum.* vbi est vox *Quodammodo* particula limita-
tiua. Dicimus igitur cum Zasio & Gayl. filium mortuo patre fictum & imaginatum esse
dominum, seu habitualem, & potentialem: effectualem, actualem & corporalem nō es-
se, nisi facta apprehensione possessionis, quæ necessaria est, & ad nos non pertinet (pos-
sessio) nisi apprehendatur, *l. cum hæredes. 23 in pr. ff. de acquir. possess. l. 1. §. Scæuola. ff. si testa-
mento liber esse iussus.* Negari autem non potest, hæreditatem transferri ipso iure seu lege
cum iuris sit: possessio autem cum facti sit, sine apprehensione non transfertur, id quod
probatur per *l. 1. in pr. ff. de acq. poss.* vbi dicitur possessionem † esse quasi positionem à se- 6
dibus, quibus quis insistit, dictam, quo sane factum indicatur, & dominium ac possessio
sunt separata, nec dominii translatio infert possessionis translationem. *l. naturaliter 12.
§ nihil commune ff. de acquir. poss.* Gayl *dict. lib. 2. obseru. obser. 129. n. 1. & 2. & obser. 152 nu. 4.*
Hottom *illust. quæst. 2.* Verum igitur est in allodialibus seu patrimonialibus & feudali-
bus apprehensione possessionis opus esse Gayl. *d. obseru. 152. num. 1. in fin.* Consuetudo ta-
men, vt ipso iure hæreditas ad hæredem transeat sine apprehensione actuali, valet, Cor-
ras. *lib. 6. Miscell. capit 13. numer. 1.* Idque mirabile & notatu dignum putat Mynsing. *cen-
tur. 3. obseruation. 39.* Glossa autem *in dict. capit. vnic ad finem, in verb. aut successione, de
feudi cognitione*, non concedit in feudalibus apprehensione opus esse, per textus superius
refutatos, id quod Præpositus ibidem approbat dicendo, in feudo antiquo non opus es-
se filios in possessionem mitti. Et Aluarottus *in cap. vnic. § si facta, si de feudo defuncti, &c.*
& Bald *in c. vnic. ver. quæro, de controuers. inter masculum & fœminam*, vbi dicit filium ma-
gis venire continuatione, quam vera possessione, adoptione, referente Zasio *part. 6 n. 4.*
Id quod tamen de continuatione dominii, non de possessione est intelligendum, vel de
eo casu, quando filius est in possessione feudi mortuo patre: tunc enim non opus habet
apprehensione, quemadmodum ita conciliantur ab And. Gayl. *lib. 2. obs. obser. 122 nu. 12.*
Corrasius tamen dicit apprehensione non opus esse in feudalibus, sed tantum in allodia-
libus *lib. Miscel 6. d. c. 11. n. 78.* Et Wes. *c. 8. n. 5.* dicit in feudo antiquo transferri possessio-
nem, secus in allodialibus. Idem statuit simpliciter Iason, illudq; esse notādum putat *in
l. quoties, C de rei vindic.* Schurpff. *consil. 32 num 2. centur. 2. & consil. 56. num. vltim. centur. 3.*
Sed quod male obtineant in hac sententia, satis ostensum fuit. Successio igitur mo-
dus est singularis acquirendæ possessionis feudi, quæ in defuncti persona feudi extin-
cta, & tunc de nouo quasi reuiuiscens apprehenditur. His cognitis ad successionem est
accedendum. Successio † est quando descendentes vel collaterales in feudo alicui ab 7
intestato succedunt *toto capitul. vnic. de success. feud tot. capit. vnic. de natura successionis feu-
di.* Dico *ab intestato*, quia, etsi iure ciuili duplex sit conditio † succedendi, ex testamen- 8
to & ab intestato, *§. final. Institut per quas personas nobis acquir. l. 3. §. de illo quæritur ff pro
socio.* tamen in feudis vna † tantum succedendi ratio militat ab intestato, quæ dicitur, 9
legitima successio, quod hi ex lege 12. tabul. *§. 1. Institut. de hæred. quæ ab intestat. defer. §. 1.
Institut. de legitima agnatorum successione.* Nulla enim defuncti vasalli ordinario in feu-
dis manet vel valet, quemadmodum eleganter loquitur Gerhardus, *in d. cap. vnic. in fin.
princ. de success. feud.* Curt. *part. 4. num. 132.* Wesenb. *c. 6. n. 6.* Rationes hæ sunt: quia patro-

nus

nus seu dominus reseruat sibi perpetuam proprietatem in feudo transferendo in vasallum vsumfructum, vt ipse solus habeat, & eius descendentes masculi, *c. Vni. in fin. in quibus causis feudum amitt.* quemadmodum superius dictum fuit. Vnde vasallus de illo vsufructu pro suo arbitrio deponere non potest licet dominus feudum nouum in testamento possit constituere. Wesenb. *cap. 6 num 6.* Petrus de bell. pertic *2. c. 6. num 4* Quemadmodum seruitus alia qualibet in testamento potest constitui. §. *Vlt. Instit. de seruit.* Deinde si legatet vasallus, alienatet, legata & fideicommissa alienationis verbo continentur, *l. & fideicommissum.* 87. *ff. de legat. 3. l. dotalem, 16. ff. de testament. milit.* Hottom. *in d. c. Vnic. in princ. de success. feud.*

Consuetudine tamen induci posse, vt vasallus de feudo libere testetur, affirmat Zas. *part. 8. num. 63.* Casus tamen est, quo potest vasallus de feudo disponere, si scilicet feudum est improprium, ita datum, vt ipse vasallus habeat, & cui ipse vasallus dederit: tunc enim permissa est facultas vasallo, in quemcumq; feudum illud alienare, propter expressam conuentionem, *in c. vnic §. feudum. si de feud. defunct. & c. vnic. de feudo non hab. propr. feud naturam.* De fructibus vasallus libere testari potest, dominus factus, *d. cap. Vnic. in fin. in quib. caus. feud. amitt.*

10 Successionis vero ab intestato † iure ciuili supra sunt ordines seu gradus, 1. Succedunt descendentes ascendentibus, & quidem primo sui hæredes. Descendentium namque † tam masculorum, quam fœminarum prima est iure ciuili successio, *Nouell. 118. in fin princ. de hæred. quæ ab intest. defer.* Ius namq; naturale, seu naturalis ratio, quæ lex quædam tacita est, adiicit liberis parentum hæreditatem, *l. 7. in princ. ff. de bon. damnat. l. nam etsi 15. in princ. ff. de inoffic. testament.*

11

Secundo turbato mortalitatis ordine ascendentes descendentibus iure ciuili succedunt, *d. l nam etsi in princ.* & quidem cum fratribus defuncti & sororibus *d. Nou. 118. § si igitur defunctus*, fratrumq; & sororum filiis, *Nou. 127.* quemadmodum D. Borch. *in tract. de success.* monstrat, & *c. 7 feud. part. 2.*

Tertio, deficientibus descendentibus & ascendentibus succedunt collaterales, graduum prærogatiua seruata. *d. Nou. 118. §. si igitur defunctus tot. tit. Instit. de legitima agnator. success.*

Quarto, deficientibus horum ordinum personis succedunt vir & vxor. *l. vnic. C. Vnde Vir & Vxor.*

Quinto & vltimo, deficientibus legitimis hæredibus omnibus succedit Fiscus, *l. 1. & l. vacantia. C. de bon. vacant lib. 10.* Iure autem feudorum duo † tantum succedendi sunt ordines descendentium & collateralium, Wesenb. *cap. 6 num. 7.* Borch. *cap. 7. num. 2.* de quibus deinceps dicemus. Et quidem ascendentes regulariter non succedunt descendentibus, eaque est successionis feudi natura, vt expresse traditur *in cap. Vnic. in princip. de natura successionis feudi.* Zasius *part. 8 num. 2.* Curtius *part. 3. in 2. membro, num. 42.* Wesenb. *cap. 6. num. 8.*

Ratio huius autem viua hæc est, quia feudum datur, vt is qui accepit illud noua inuestitura habeat, & eius descendentes, non ascendentes, *d. c. Vn. in quib. caus. feud. amitt.* Defluit igitur statim in descendentes feudum ex propria sua natura, Zas. *part. 8. nu. 2.* Si autem quis liberos non habet, & feudum nouum acquisiuit, feudum statim eo mortuo ad dominum reuertitur. *d cap. vnic. de natur. success. feud.*

Dixi regulariter ascendentes descendentibus non succedere; quia certi sunt casus excepti, in quibus est ascendentium successio, quos vide apud Curtium *part. 3. in 2. membro, num. 43.*

num 43. vbi de ascendentium agitur successione. Zas. *part. 8. num. 2.* Sonsbec *part. 9. nu.* 48.
Wesenb. *cap. 6. num.* 8 Borch. *cap. 7. part. 2. num. 9.* Deinde in feudis maritus non succedit
† vxori, nec econtra vxor marito, *cap. vnic. §. fin. de inuestitura, de re aliena facta, cap. vnic. an* 13
maritus succedat vxori. & ibi Aluarot. & Præpos. Zasius *part. 5. num.* 20. Sonsbec. *part. 9. numer.* 116. Wesen. *cap. 6. numer.* 21. Denique nec fiscus succedit in feudis. Sonsb. *d. p. 9. n.* 116. 14
nec tum quando bona reliqua allodialia publicantur. Iul. Clar. *quæst.* 54 *num.* 1. § *feudum*
quia ad dominum omnibus legitimis hæredibus deficientibus feudum pertinet, Sonsb.
d. loco.

Manet igitur verum, duos tantum modos seu ordines in successione feudali esse receptos, ordinem scilicet descendentium, & collateralium. Antequam vero ad ordines hosce duos in feudis receptos accedamus, sciendum est, graduum seu geniculorum (ita enim vocantur, *in cap. vnic. §. hoc autem notandum de his, qui feudum dare possunt.* ad similitudinem scholarum seu graduum) supputationem in iure feudali simpliciter iuris ciuilis rationem sequi, quemadmodum expresse dicitur, *in d. c. vn. in fin. pr. an ille qui interficit fratrem.* & ibi Cuiac. ordinem scilicet graduum in feudis eum obseruari, qui est in legibus, hoc est, in legibus ciuilibus.

Deinde probatur illa sententia, *in cap. vnic. §. 1 de success. feud. verb. vsq; ad quartum gradum*, inclusiue, quod simpliciter supputandum est, secundum iuris ciuilis rationem, & secundum communem Dd. sententiam, Zas. *part. 3. n. 1.*

Deinde confirmatur illa sententia, *in cap. vnic. §. hoc quoque, in fin. de his qui feud. dare possunt.* & ibi Æguinarius Baro. Nam certum est ex illo dicto. *cap. vnic.* in feudo ad quartum gradum fuisse olim successionem, *d. cap. vnic. §. 1. de success. feudi.* Item dicitur, *in dict. cap. vnic. §. hoc quoque*, patrueles fratres tantum succedere, hoc est, natos ex duobus fratribus filios, qui iure ciuili quarto gradu sunt, quod ita demonstratur. Auus genuit meũ patrem, est vna generatio & vnus gradus: Pater meus genuit me, est secunda generatio & secundus gradus: Deinde auus meus genuit patruum meum, est tertia generatio & tertius gradus: deinde patruus meus genuit filium patruelem, mihi est quarta generatio & quartus gradus.. Fratres igitur patrueles, sibi inuicem iuncti sunt quarto gradu, quousque durauit successio, iure antiquo in feudis, *d. d. cc. vnic.* Idem testatur Curtius *part. 3. in 2. membr. num.* 52. Duar. *cap. 11. num. 14. in fine.* vbi dicit: non esse aliam in feudo supputationem, quam quæ est in iure ciuili. Borcholt. *cap. 7. part. 2. numer.* 86. quod Practici omnes sequuntur. Et quamuis hæc communiter ita obtineant, tamen Hartman. Pistor. motus Hottomanni authoritate *in cap. vnic. si vasallus feudo priuetur*, & quibusdam textibus feudalibus, contrarium asserit. *libr. poster. quæst. feud. quæstio.* 19. *numero* 8. *cum multis seqq.*

Primo fundat se in textu *d. c. vn. si vasallus feudo priuetur*, vbi quartus gradus numeratur ab eo, qui feudum acquisiuit: si enim, inquit Pistorius, à primo acquirente esset incipiendum, nec considerandum, quatenus ab illo remotus sit is, qui succedere vult, sed potius dinumeratis personis, quæ sunt intermediæ inter hunc & illum, cui succeditur, tot constituerentur gradus, quot personæ numerantur, vna dempta.

Resp. Supputatio iure ciuili fit numeratis generationibus; semper enim generata persona gradum adiicit, vt Imperator Iustinianus loquitur *in §. hactenus. Instit. de gradib. cognat.* Hæc si *in d. vnic. si vasallus feudo priuetur*, ita instituuntur, optime ad rationem & supputationem iuris ciuilis reduci potest, & quidem hoc modo: vasallus delinquit in alium, non in dominum, Cuiac. *ibidem*, & feudo priuatur antiquo.

O Filius

15 Filius igitur ob delictum patris † ad id aspirare non potest, nisi deficientibus agnatis, ei à domino gratia fiat: si non sunt alii à latere, ad petitionem vasalli admittuntur agnati, qui quarto gradu remoti sunt ab eo, qui acquisiuit; tales possunt esse aliqui quarto gradu iuncti, ita tamen ne sint descendentes ex filio. Connumerantur tamen intermediæ personæ, suo ordine iure ciuili præscripto, nec illarum numeratio omitti potest, cum alias quartus gradus inquiri non posset, id quod tamen Pistorius putat non fieri, cuius rei argumentum dictum, *c. Vn.* multum præbet. Et quod de quarto gradu in collateralibus dicitur, id olim obtinuit. Deinde facti sunt septem gradus in collateralibus. Deniq; nouo iure in infinitum successio collateralium protrahitur, *d. c. v. in fin. si vasallus feud. priuetur. d. c. Vn §. hoc quoq; sciendum de his qui feud. dare poss.* & ibi Cuiacius. Vnde nihil illud facit pro Pistorii sententia.

Secundo putat Pistorius *numero* 14. *in dict. quæst.* 19. se fundatum esse, *in capit. Vnic. §. satis bene, de prohib. feud. alienat per Lotharium, in fine.* vbi de secunda & tertia generatione agitur.

Sed respond. ibi agi de speciali casu quando scilic. factum antecessoris superstiti nihil obest, licet in secundam, tertiam, vel plures generationes feudum peruenerit, hoc est, in

16 plures gradus, quia generatio † nihil aliud est nisi gradus, *d. §. hactenus. Instit. de gradib. cognat.* quam supputandi rationem secundum generationes ibi Iustinianus monstrat, quam dum non sequitur Pistorius, videtur illa ratio ei incognita iure ciuili. Præterea *dict. capit. vnic. §. satis bene.* est suspectus. Cum sit ab aliquo interpretum additus ex *capit. extraord.* 93. incipiente, *quaedam.* Quibus capitulis fides haberi non solet. Hottoman. *ibidem.*

Tertio affertur *d. c. Vn. §. hoc quoq; obseruatur, de success. feud.* vbi quarto gradu dicitur, feudum paternum, vsque ad primum acquirentem, & continet personas quinque, patrem, auum, proauum, abauum, & atauum, quæ verba Pistorii sunt.

Resp. Id in linea ascendentium consideratur more iuris ciuilis, vbi vna tantum persona consideratur in ascendentibus, non duæ. Et si instituo apud me supputationem, qui habeo feudum, vt fieri debet, & quatuor generationes supputo, habeo quatuor gradus, exempli gratia: Pater meus genuit me, est vna generatio & vnus gradus: Patrem meum genuit auus meus, est secunda generatio & secundus gradus: Auum meum genuit proauus meus, est tertia generatio & tertius gradus: Proauum meum genuit abauus meus, est quarta generatio. Ergo etiam quartus gradus. Si vlterius ascendo, desinit esse feudum paternum, & fit antiquum, vt superius dictum fuit.

Quarto affertur à Pistorio, *nu. 16. cap. Vn. de success. feud.* Sed illud capitulum secundum communem supputationem intelligi potest.

Quinto affertur hoc argumentum: in textib. feudalibus, primũ acquirentem inspici, & non intermedias personas: Ergo iuris ciuilis supputatio in feudis locum non habet.

Resp. Primus inquirens inspicitur ab omnibus agnatis, qui succedunt non iure proximi antecessoris; sed primi acquirentis, cui acceptum fertur feudum. Vnde etiamsi proxime procedens delinquat & omittat feudum, tamen non amittunt id agnati, ad quos ratione primi acquirentis feudum venit, dum nihil deliquerunt. Interim tamẽ intermediarum personarum in supputando optima ratio haberi debet, sine quo supputatio rite perfici non posset.

Sexto Pistor. *n.* 19. putat facile responderi posse ad *d. c. Vn. in fin prima an ille qui interfecit fratrem.* scil. quod ibi de legib. dicitur, non de legib. ciuilibus, sed Longobardorum esse intelligendum.

Resp.

Resp. Id nulla ratione in dubio concedendum erit, quia illæ leges patum forte attendebantur vsu longissimo mutato. Et nouum non est, legum vocabulum † accipi pro legibus ciuilibus, vt *in d. cap. vnic. § hoc autem notandum.* & ibi Hottom. & Æguinarius Baro, *de his, qui feudum dare possunt*, quia ibi dicitur, legibus succedere masculos & fœminas, hoc est, iuris ciuilis legibus, quemadmodum constat ex *Nou.* 118. Nam vt additur, in feudis non succedunt fœminæ, & interpunctus est ille §. post verbum (*succedant*) contra Cuiacium. 17

Deinde *cap. Vnic. de feud. cognit. in princ.* legum ciuilium expresse mentionem facit, vnde & alii loci pro legibus ciuilibus sunt accipiendi. Quia igitur omnia ad rationem supputationis ciuilis reduci possunt, frustra laborat Pistorius cum Hottomanno; ab vsitata & facili supputatione praecognita, sciendum est, vt successio teneat, & robur habeat, renouatione inuestituræ opus esse.

Renouatio autem inuestituræ nihil est aliud, quam † confirmatio, corroboratio, redintegratio seu recognitio primæ, seu nouæ inuestituræ, quæ non de nouo datur, sed confirmatur. Gayl. *l. 2 obseruat. obseruat* 152. *numer* 13. Wesenbec. *capit.* 8. *numer.* 13. & 14. Qua vasallus nouus reuerentiam & deuotionem domino suo exhibet, eique quasi gratias agit, quod pro vasallo eum recipit, & in maius gratitudinis signum dat ei pauculam pecuniam pro receptione, quemadmodum superius dictum fuit, Schneid. *part.* 5. *num.* 3. Et hæc renouatio in textibus feudalibus simpliciter inuestitura dicitur, *cap. Vnic. in princ. quæ fuit prima causa benefic. amittend. d. cap. Vnic. in fin. qui testes sunt necessarij.* Et in hac renouatione dum non tanta solennitas, vel exacta probatio requiritur. Wesenbec. *cap.* 8. *n.* 13 & 14. vt in inuestitura noua, quæ radix † & quasi fundamentum est renouationis, potest fieri coram testibus etiam extraneis ad minimum duobus, *cap. Vnic. vers. de veteri. qui testes sunt necessarij.* Sonsbec. *part.* 9. *num.* 27. Nota particulam, *etiam*, qua indicatur & relinquitur, renouationem inuestituræ etiam coram paribus curiæ fieri posse, & etiam coram extraneis, gloss. *in cap. vnic. in verb. Archiepiscopus. qui success. feudi dare teneantur.* Exceptis tamen fœminis propter inhabilitatem & sexus fragilitatem. *dict. capit. Vnic. in fin. qui testes sunt necessarij.* Sonbeccius *part.* 9. *dict. numer.* 27. *in verb. quod de noua inuestitura.* Secus est, vbi pares semper propter maiorem solennitatem requiruntur, vt superius dictum fuit. Et hæc renouatio fit cum præstatione iurisiurandi fidelitatis, *in dict. cap. Vnic. in princip. in verb pollicendo fidelitatem*, *quæ fuit prima causa benefic. amitten. capitul. Vnic. in princip. de cap Corradi. capit. Vnic. §. 1. in princip. de prohibit feud. alienat per Lotharium.* Zasius *part.* 3 *numer.* 1. Et dum eodem modo iuratur, quemadmodum superius in noua forma inuestituræ dictum fuit, ex *capitul. Vnic. de forma fidelitat. & capitul. Vnic. de noua forma fidelitatis.* Et hæc renouatio toties est facienda, quoties incidit mutatio possessionis à parte domini & vasalli. *d. c. vnic. in fin qui testes sunt necessarij.* Quod de consuetudine ita obseruatur, vt si vasallus maior natu moritur, successor proximus cogatur petere renouationem inuestituræ, vel si dominus maior natu moritur, cogantur vasalli à successore renouationem petere. 18 19

Tempus deinde in noua † inuestitura petenda iure feudali definitum non est, vt supra dictum: In renouatione autem, quæ fit in feudo antiquo vel paterno, annus & dies constitutus est ad petendam nouæ inuestituræ confirmationem, *dict. capitul. Vnic. in princip. de capitul. Corradi. dict. capitul. vnic. §. final. de prohibit feud. alienat. per Lotharium. dict. capitul. vnic. §. 1. præterea. de prohibit feud alienat. per Fridericum.* Zasius *part.* 7. *numer.* 5. Sonsbec. *part.* 11. *numer.* 5. Iul. Clar. *in § feudum. quæst.* 49. *num.* 1. Schneid. *p.* 5. *nu.* 1. 20

21 De iure Saxonicò annus † & sex septimanæ fnot. Laodtreeht *cap.* 25. Schoidev. *part.* 5.
22 *num.* 3. *in fin.* Et hoc tempus † currit à tempore scientiæ, *gloss. in cap. Vnic. in verb. vltra an, num quo tempore miles, &c.* Zasius *pag* 7. *num* 2. Gayl. *lib.* 2. *pract. obseruat. obseru.* 48. *num.* 8. Iul. Clar. *in* § *feudum. quæst.* 48. *n.* 3. Cur. *part.* 4. *n.* 54. Sonsb. *part.* 11. *n.* 21. Wesenb. *cap.* 8. *n.* 6. Schneid. *part.* 5. *num.* 27. nisi omnino crassa ignorantia fuerit. Schneid. *d part.* 5. *n.* 28. & hoc tempus ita asseruatur, nisi iusta causa interueniat, puta mortis, pestis, belli, inimicitiæ capitalis, iustæ absentiæ; *d. cap. vnic. in fin. quo tempore miles.* cum impedita tempora non
23 currant † ex æquitate canonica. *c. qui ad diuersitatem* Et ibi Innocentius, *extra de concess. prabend.* Zasius *d. part.* 7. *num.* 3. *&* 4. Curt. *part.* 4. *num.* 46 Sonsb. *part.* 11 *n.* 20. *&* 23. Schnei. *part.* 5. *n.* 42 *cum seqq.*

Deinde minorennitas, seu infantia, meretur veniam in hoc tempore: si autem minori datum fuerit feudum, exspectare debet dominus, donec fiat pubes, hoc est, doli capax, & dum accipiat iusiurandum fidelitatis. *c. vnic.* §. *si minori* & ibi Cuiac. *si de feudo defuncti content.* Iul. Clar. *quæst* 49. *num* 4. § *feudum.* Schneidevv. *part.* 5. *num.* 29. Deinde impubes renouationem inuestituræ non facit, nisi maior sit factus, hoc est, quatuordecim annorũ, *d. c. vn* § *præterea. de prohibit. feud alienat per Frider.* Gloss. *in d.* § *præterea*, & tum si forte læditur 25. annis, habet restitutionem in integrum, Zasius *part,* 2. *num.* 8. Curt. *part.* 4. *n.* 46. Sonsbec *part* 11 *num* 22. Schneid. *part.* 5. *num.* 30. vbi dicit hanc esse communem Dd. sententiam, per *Lait prætor. & tot. tit. ff. de minorib.* 25. *annis*, & Cuiacius *in d.* §. *si minori*, dicit id Dd. rectè sentire.

Sed obiicitur *dict. cap. vnic. in princ. quo tempore miles.* vbi dicitur, quod annus & mensis requiratur ad renouationem inuestituræ faciendam: Ergo non præcise requiritur annus & dies.

Resp *Dict. cap. Vnic.* ex communi Dd. sententia accipiendum est de vasallo milite, hoc est, armis dedito & occupato. Vnde & *rubrica. &* §. *1.* militis mentionem faciunt, eique longius tempus conceditur, in honorem forte militiæ; cum & alias propter iuris ignorantiam & propter pericula & merita, pluribus priuilegiis milites gaudeant. *toto tit. Instit. & ff. de milit. testamento.*

Casuale igitur est in milite, hoc est, speciale est, vt loquitur gloss. *in d. cap. Vnic. in verb. mensem*, quem sequitur Zasius *parte* 7. *num* 1. Curt. *part.* 4. *num.* 48. Iul. Clar. *quæst.* 49. *num.* 2. § *feudum.* Sonsbec. *part.* 11 *num.* 7. Wesenb. *cap.* 8. *num.* 3. Schneid. *part.* 5. *num.* 3. & refert
24 Boreh. *cap.* 7. *part.* 1. *num.* 32. Vnde hoc feudum militare † potius feudum est. Horstius *in synopsi thesium feudal. thes* 41. Et milites hæredes habent illud priuilegium, quod intra annum & mensem renouationem inuestituræ facere possunt. Sonsb. *part.* 11. *num.* 7. vnde dicitur de infantia *in d. cap. Vnic quo tempore miles vasall.* Infantes quidem non sunt milites, sed tamen quia feudum est militare, ii quoque paternum gaudent beneficio & priuilegio. Quamuis glossa pro *infantia* etiam *infamia* legat, quod amplectitur Cuiacius *part* 4. *num* 47. Quamuis autem pro soluendo *d. c. Vnic. quo temp. mil.* putat corrigendum esse textum, & pro mense diem ponendum hac ratione, quia vasallus alias in iure feudali miles dicitur.

Sed respond. Correctionem † esse vitandam, vbi vitari potest; & quamuis interdum
25 vasallus dicatur miles: ideo, quia feuda propter militaria seruitia primum data sunt: Tamen certum est, vasallos sæpe non esse milites, quod ita probo. Si enim omnes vasalli essent milites & arma tractarent, non opus habuissent feudistæ in subinfeudationis materia præcipere, eam debere fieri in personam eiusdem conditionis, puta si miles est, hoc

hoc est, militaria tractat, quia habet feudum, militi etiam rursus infeudet, hoc est tali, qui tractat arma: hoc inquam iam anxie & sollicite præscribere necesse non fuisset, cum id alias per se liqueret. Et de tali subinfeudatione est textus *in c. vn. §. similiter. de lege Corradi. c. vn. § beneficium à vasallo, si de feudo defuncti contentio sit.* Ex quo satis apparet, in tempore petendæ renouationis inuestituræ etiam differentiam esse inter militem & paganum. His præmissis, nunc ad ordinem successionis descendentium & collateralium accedamus.

DE SVCCESSIONE DEscendentium.

ORDO descendentium in feudis † olim tenuissimus fuit. Sonsb *part 9. numer. 44.* & paucis cœpta initiis ratio succedendi temporis progressu sæpius est mutata. Harman. Pistor *part. post feud. quæst. 19. in princ.* idq; satis constat ex *c. vn. § quia vidimus, de his qui feudum dare possunt*, vbi dicitur, antiquissimo tempore feudum fuisse ita connexum in potestate dominorum, vt, quando vellent, possent auferre rem in feudum à se datam, & sic precarii instar fuit. *tot tit. ff de precario.* Deinde eo est ventum, vt per annum firmitatem haberet, postea eo est deductum, vt vsq; ad vitam fidelis, hoc est, vasalli produceretur, instar nudi & simplicis vsusfructus. *§. finitur. Instit. de vsufruct.* Cum igitur filii in eo tum non succederent, eo est progressum, vt ad filios deueniret feudum, & quidem ad omnes æqualiter, id adhuc ita obtinet. Datur enim feudum descendentibus liberis masculis in perpetuum, *c. vn. in fin. in quibus causis feudum amittit.* vt scilicet in eo succedant in infinitum, *c. vn. in pr. de natura successionis feudi.* Et quidem æqualiter, *d. c. vn. §. & quia vidimus, de his qui feuda dare possunt.* Pistor. *quæst. 19. n.* 4 Zasius *part.* 8 *n.* 3. Curt. *part.* 3 *in* 2. *memb. n.* 1. Wes. *c.* 6. *n.* 9. Et quidem prima causa est in successione liberorum, vt loquitur *c. vn in pr. de success. frat.* cum etiam iure ciuili ad eos iure naturali hæreditas parentum ad liberos deuoluatur, *l. 7. in pr. ff. de bon. damnat.* 26

Liberi autem sunt † legitimi & naturales simul nati ex iusto matrimonio, & hi, vt dictum est, in infinitum æqualiter succedunt, *d cap. vnic. §. & quia vidimus.* Et hoc adeo procedit, quamuis ex alia re certa liberi sint instituti. Iul. Clar. *quæst. 86. per tot. §. feudum* Curt. *part.* 3. *memb.* 2. *num* 8. Wesenb. *cap.* 6 *num.* 14. Vnde facile decidi potest quæstio: An liceat patri plures filios habenti † vni ex iis feudum assignare? Nam dum æqualiter succedunt liberi, nemini illorum præiudicium à patre fieri potest, cum etiam nulla ordinatio defuncti vasalli in testamento facta in feudis locum habeat. Curt. *part.* 4. *num.* 131. Schneid. *part.* 6. *num.* 14. 27 28

Sed obiicitur *l. assignare ff. de assignand. libert.* vbi dicitur, assignationem liberti nequaquam legatum, neq; quasi fideicommissum percipi. Ergo assignatio filiorum facta valet, nec censetur legatum, vel fideicommissum.

Resp. Etsi non sit legatum vel fideicommissum, tamen est testamentaria dispositio, quæ in feudis non recipitur, & non est legatum, quia legatum est † donatio quædam, à defuncto relicta §. 1. *Inst de legat.* sed hic ipse testator assignat Deinde non est fideicommissum, quia fidei alterius relinquitur, qui rogatur, vt alteri restituat. 29

Secundo obiicitur *c. vnic. §. omnes si de feud. defunct. content. sit.* vbi dicitur: Feudum ex diuisione ad vnum posse peruenire: Ergo dispositio vasalli in assignatione vni filiorum facta valet.

Resp. Iure ciuili licet patri suam hæreditatem ita inter filios diuidere, vt vni tantum feudum attribuat, sed iure feudali hoc non licet, & quod attinet ad *d. §. omnes*, sciendum est ibi non esse dispositionem testatoris, sed fratrum inter se voluntariam conuentionē & pactionem, & ideo semper ponitur vox *diuisionis*, nec quicquam de electione testatoris disponitur, vt ibi refert Cuiacius.

Deinde, quia *in d. cap. vnic. §. & quia vidimus*, dicitur, omnes liberos masculos debere, succede: statuendum est liberos consanguineos, diuersorum matrimoniorum æqualiter omnes succedere: vbi enim textus
30 † non distinguit, nec nostrum erit distinguere. *l. de precio. ff. de publ. in rem act.* Et fauorabilia sunt extendenda. *c. odio. de reg. iur. num. 6.* Et hoc fit contra communem cursum successionis iuris ciuilis. *Nou. 1. de hæred. & falcid. §. si igitur defunctus, neq; descendentes. Nou. 22. §. sed neq; illud nobis relinquendum est.* Sonsb. *part. 3. n. 93.* Borch. *cap. 7. part. 2. num. 16. & 47.* & secundum dispositionem iuris ciuilis, *in dd. Nouellis.* vtraque proles ex diuersis matrimoniis nata, donationem propter nuptias & dotem sui parentis accipit. Quamuis tamen valeat pactio illa, si pater nobilis cum ignobili nuptias ea conditione celebrat, ne liberi ex ea nati succedant. *cap. vnic. § filii. si de feud. defunct. content. sit.* Sonsb *part 9 num. 51.* Wesenb. *cap. 6 num. 14* Licet pactio de futura successione alias irrita sit, & votum captandæ mortis alterius respiciat; *l. pactum quod dotali. C. de pact.* Borch. *in tract. de success. ab intestat.* Quamuis in contrarium sit Sonsb. *part. 9. num 54* Deinde dum filii æqualiter succedunt, *d. c. vn. § & quia vidimus. de his qui feuda dare possunt*, nihil refert, an institutus sit filius in bonis allodialibus, an exhæreditatus.

Quia exclusus à bonis allodialibus non statim excluditur à feudalibus, quæ à primo acquirente in omnes descendentes defluunt, *dict. cap. vnic. in fin. in quib. causis feud. amit.* nisi forte etiam in ipsum dominum deliquerit, vel in alium grauiter, quod in dominum redundet, Zasius *part. 8 num. 9.* Curt. *part. 3. in 2. membro, num. 6.* Sonsb. *part. 9 num. 61.* Wesenb. *cap. 6. num. 9* Et certum est ex *c. vn. § item qui de prima causa benefic. amit.* ex iusta causa
31 † ingratitudinis feudum amitti, & tales causæ iure ciuili sunt 14. *Nou. 115. §. aliud.* vt inferius videbimus.

Si autem iniuste est exhæreditatus filius, rumpitur testamentum, & feudum retinetur. Iul. Clar. *quæst. 74 in § feudum.*

Sed videtur dicendum, exhereditatum iuste non posse succedere, quando causa exhęredationis directo, vel in consequentiam non respiciat dominum per *c. vnic. an agnatus vel filius, &c.* vbi dicitur, quod filius non possit habere feudum, si non habeat hæreditatem patris.

Resp. Textus illius capituli loquitur de tali casu, quando filius ex temeritate repudiat hæreditatem patris: tum enim non dignum eum esse beneficio, hoc est, feudo antiquo, quamuis secus sit in nouo feudo. Zasius *part. 8. num. 15.* Hic autem non ex temeritate repudiat hæreditatem, sed non potest eam habere, ob causam ingratitudinis commissam.

Deinde ideo non videtur succedere exhæredatus filius, quia vasallus ex iisdem causis cadit feudo, ex quibus quis iuste potest exhæredari, textus est *in c. vn. § item qui versus prædictis modis, quæ fuit prima causa benefic. amit.* Ergo siue redundet illud delictum vasalli in dominum directo, vel principaliter, vel etiam penitus nullo modo, tamen vasallus amittit feudum, nec potest in eo succedere.

Resp. Si delictum est tale, vt propter id vasallus non possit cum honore stare in curte domi-

domini, merito feudum amittitur. *c. vn. an ille qui interficit fratrem.* Non enim ex qualibet causa est priuandus vasallus feudo, ex qua eius opinio & fama grauatur, *d. c. vn. vers. prædictis modis in fin. quæ fuit prima causa benef. amit.*

Deniq; videtur hæc sententia contraria probari ex eo, quod vasallus nihil possit disponere in testamento de feudo. *d c. vn in pr. de success. feud.* Ergo nec pater filium vasallum à feudo in testamento repellere potest.

Resp. Illum textum grauiter obstare putat Schneidev. *p. 6. num. 27.* sed loquitur de eo, quando vasallus ipse non potest quicquam disponere in testamento, alias si quis exhæredatur à patre in allodialibus, non amittit feudum propter exhæredationem statim, nisi dominum respiciat ignominia. Et dum dominus vasallo aufert feudum, non dispositio patris in testamento. Porro nihil refert, filium esse præteritum à patre: habet enim præteritus iure ciuili inofficiosi testamenti querelam, qua impugnat testamentum patris, non ex officio pietatis factũ, & consequitur suam legitimam. §. 1. *Inst. de inoffic. testam. tot. tit. ff. & C. eod.* Et ideo etiam dum textus feudales non distinguunt, ad feuda admittuntur simpliciter filii præteriti. *d. c. vn. §. & quia vidimus.* Zas. *p. 8. n. 7.* Curt. *p. 3. in 2. memb. n. 9.* Emancipati etiam † filii in feudis succedunt, cum expresse non prohibeantur, *d. c. vn. §. & quia vidimus.* Curt *p. 3. in 2. membr. n 2.* Wes. *c. 6. n. 9.* 32

Sed obiicitur tale argumentum: Per emancipationem tollitur agnatio, & manet tantum cognatio. Cognati autem non succedunt in feudo, *c vn. de success. frat.* Ergo nec emancipati, dum cognati sunt, ad feudalem successionem admittuntur.

Resp. Wesenb. *in d. loco* notans Sonsbeccium *part. 9. n. 59. & 60.* respondet: Cognatos non succedere, quemadmodum per lineam fœmininam, aut maternam coniunctos; secus si per lineam masculinam aut paternam, in qua nihil interest, vtrum agnati sint, an cognati, cum hoc discrimen sit sublatum. *Nou. 118. de hæred. quæ ab intest. defert.* post naturales & legitimos simul sunt etiam legitimi liberi tantum, hoc est, tales liberi, quos non natiuitas, sed lex fecit, & hi sunt adoptiui. Caius *lib. 1 Instit. tit. 5. in pr. tot. tit. Instit. de adopt.* Hi in feudis non succedunt, textus *in d c. vn § adoptiuus. si de feudo defuncti contentio sit:* siue sint adoptiui in specie ita dicti, siue atrogati, cum textus *in dict. §. adoptiuus*, non distinguat. Zas. *par. 5. n. 67. & par. 8. n. 14.* Curt. *part. 3 in 2. membr. n 33.* Sonsb. *par. 9. n. 62.* Schneid. *part 6. num. 19.*

Ratio vera hæc est, referente Cuiacio *ibidem*, quia sanguini † dantur feuda, non peregrinis. Deinde dantur feuda ex amore † vasallorum *cap. vnic. in fin. princ. de feud. dat. in vicem leg. commissor.* Non autem est verisimile iustum amorem transire in extraneum quendam, cum dominus etiam cogi non possit, vt alium vasallum, qui non sit eius sanguinis, habeat, quemadmodum eleganter habetur, *in c. vnic. de duobus fratrib. &c* & semper præsumitur vasallus fortis ex fortibus natus, quibus primum datum est feudum. Huc pertinet & id, quod adoptatus nobilitatem non consequatur, quamuis iura saltem nobilitatis acquirat, & habeat, donec adoptans nobilis viuat. Cuiac. *in consult. 56. per tot.* porro naturales liberi, puta ex concubinis nati, in feudum non succedunt, *d. cap. vnic. §. naturales. si de feudo defuncti contentio sit.* Zasius *part* 8. *num.* 22. Iul. Clarus *quæst.* 82. *in princ. §. feudum.* Schneidev. *part. 6. de successione descendentium, num.* 8. quemadmodum nec spurii ex vago & incerto coitu nati. Iul. Clar. *d. quæst.* 82. *n.* 1. Ne quidem in feudo fœmineo. Wes. *c. 6. n. 10.* Ratio hæc est, quia dum naturales † non succedunt, quibus certior pater est, nec spurii † gaudent successione. Deinde dantur feuda sanguini, de quo in spuriis admodum dubitaretur. Deniq; quia honeste in curte domini stare non possunt, cum filii nomi-

33
34
35
36

nominari non possint, *auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* Zas. *part. 8. num.* 73. *tum seqq.* Wesenb. *in d. loco.*

37 Quid deniq; de legitimatis † liberis est statuendum? Hos secundum modos legitimandi esse considerandos, quoad successionem, communis est opinio. Et quidem legitimari per subsequens matrimonium, ob fauorem matrimonii in feudis succedunt,

38 quia matrimonio omnia † vitia tolluntur, omnia purgantur & absterguntur, retrotrahiturque ad tempus natiuitatis matrimonium, vnde liberi fictione quadam fiunt legitimi. *c. tanta. extra. qui filii sint legitimi.* Zasius *part.* 8. *num.* 26. Curt. *part.* 3. *in* 2. *membro, num.* 41. Schurpff. *consil.* 1. *cent.* 1 *num.* 16. & 17. vbi dicitur, hanc sententiam esse commu-

39 nem, Wesenb. *cap.* 6. *num.* 9. Deinde etiam legitimati per rescriptum † Principis in feudis succedunt, tum, quando Princeps eos ex sua plenitudine expresse ad feudi successionem legitimauit, Gloss. *in d. §. naturales.* quam communiter approbant Zasius *part.* 8. *numer.* 74. Curt. *part.* 3. *in* 2. *membro, numer.* 39. Mynsing. *cent.* 5. *obseruat.* 42. *num.* 5. Iulius Clarus *d. quaest.* 82. *num.* 1 §. *feudum.* Schneid. *part.* 6. *de success. descendentium, num* 9. Borch. *c.* 7. *part.* 2 *num.* 54.

Sed obiicitur *d. c. vn. §. naturales. si de feud. defuncti content. sit.* vbi dicitur, quod naturales non succedant in feudis, licet postea fiant legitimi, hoc est, legitimationem impetrent. Ergo falsum est, quod asserimus, legitimatos per subsequens matrimonium & per rescriptum Principis succedere in feudis.

Resp. Dd. communiter volunt *d. §. naturales* loqui de legitimatis per rescriptum Principis tantum, ita tamen, ne sit expresse facta mentio legitimationis à Principe ad feudi successionem, Schurpff. *in d. cons.* 1. *cent.* 1. *num.* 17. Curt *part.* 3. *in* 2. *memb num.* 39. Gayl. *lib.* 2. *pract. obseru. obs.* 140. *num.* 8. & 9. Iulius Clarus. *d. loco*, & Schneidev. *d. loco.* Wesenb. *ca.* 6. *num.* 11. Quamuis Sonsb. *part.* 9. *num.* 62. dictum §. *naturales*, etiam de legitimatis per subsequens matrimonium accipiat, quasi nec in his sit successio, cum generaliter loquatur, nec hanc explicationem admittat; quam forte feudistæ adiecissent, nec putat obstare *d. c. tanta. extra. qui filii sint legitimi*, dicit enim Sonsb. quamuis omnia vitia purgentur per subsequens matrimonium, tamen inde non sequi successionem feudalem; sed tamen illam concedendam esse Dd. est communis sententia, & fauorabile est, ideoq; extendendum, *c. odia, de reg. iur. in* 6. cum alias in iure ciuili id consonet tota Non. *quibus modis naturales efficiantur sui.* Cuiac. tamen *in d. §. naturales.* putat rem expediri per vocabulum *postea*, hoc est, naturales succedere, licet non fiant legitimi postea, hoc est, post delatam successionem: Ergo à contrario sensu si ante delatam successionem legitimatio facta est, successionem legitimi habent. Et hoc etiam in legimatis per oblationem curiæ procedere putat D. Borch. *c.* 7. *part.* 2 *num.* 53. qui tamen patri, non reliquis agnatis succedunt. Borcholt. *d. loco*, Hottom. adhuc alia sententia est *in d. §. naturales*, quam omitto, vtpote incongruam.

40 Secundo obiicitur, Principem † nemini ius suum auferre posse, Sonsb. *part.* 9. *num.* 65. & si posset legitimare ad feudi successionem Princeps expresse naturales liberos, fieret hoc in præiudicium agnatorum.

41 Resp. Princeps ius quæsitum alieni ex iusta causa auferre potest, quia fauorabile † est tolli vitia, & reddi honores, & quis non misereatur eorum, qui non sua culpa, sed vitio parentum ita nati sunt? Zasius *part.* 8. *num.* 57. Gayl. *libr.* 2. *obseru. obs.* 149. *num.* 20. & *obs.* 142. *num.* 1. & 13. Borcholt. *in tractat. de hered. in materia legitimatorum*, Vtut autem succedunt legitimati ex communi Dd. sententia, sunt tamen nihilominus similes Alchimiæ,

quæ

quæ facit adparere id, quod nihil est, referente Mynsing. ex Baldo, *cent. 4. obsern. 91.* Andr. Gayl. *lib. 2. obsern. obser. 140. n. 19.* & assimilantur hominibus medicatis à morbo, in quibus semper remanent cicatrices, cum sint inter bonos & graues viros de facto infames, quemadmodum Mynsi. *in d. loco* refert. Et tantum de successione descendentium.

DE SVCCESSIONE COLlateralium.

DEficientibus descendentibus, ad successionem † feudi vocantur collaterales agnati, per masculos descendentes, & ex linea primi acquirentis promanantes, & quidē graduum prærogatiua seruata, vt proximiores succedant, remotioribus exclusis. *c. vn. de natura success. feud. c. vn. in princ. An ille, qui interficit fratrem, &c. c. vn. de success. fratrum.* Et quidem in infinitum successio est in feudis antiquis inter collaterales: datur enim feudum, vt perpetuo habeant descendentes vasalli. *c. vn. in fin. in quib. causs. feud. amitt. d. c. vn. §. hoc quoq; sciendum est, in fin. de his, qui feud. dare possunt.* Et agnati sunt descendentes in feudo antiquo, & ita vocantur. *in d. c. vn § hoc quoq; sciendum.* Wesenb. *c. 6. num. 19.* Iul. Clar. *quæst. 69. num. 1. & 3.* olim quidem vsq; ad quartum gradum fuit successio in collateralibus. *d. c. vn § hoc quoq; sciendum. d. c. vn. § 1. de success. feud.* Post deinde aliquibus placuit, vsq; ad septimū geniculum successionem esse extendendā, *d. c. vn. § hoc quoq; sciendū.* quāuis nouo iure † in infinitū successio duret. *d § hoc quoq; sciendū. d. c. vn. de natura successionis feudi* Sonsb. *part. 9. n. 44.* Cuiac *in d. § hoc quoq; sciendum.* Borch. *c. 7. p. 2. n. 91.* Hanc tamen varietatem & pugnam textuum feudalium in Camera Imperatoris ita esse compositam, & secundum id pronunciatum refert Mynsing. *cent. 2. obs. 95.* ita scilicet, vt si collaterales per mediantes descendentes succedant, in infinitum successio protendatur. *d. c. vn. de natur. success. feud.* Zasius *part. 8. nu. 34.* Schurpff. *consil. 8. cent. 1.* Pistor. *quæst. 19. feudal n. 26.* Curt. *part. 3. in 3. membr. de success. collateralium n. 48.* Sonsb. *part. 9. nu. 54.* Wesenb. *6. 6 n. 19* Borch. *c. 7. p. 2 n. 93.* 42 43

In feudo igitur antiquo vel paterno frater fratri eiusque hæredes in infinitum succedunt, nec hic inter fratres consanguineos, & vtrinq; coniunctos distinguitur, quæ sententia à Camera est approbata, teste Andr. Gayl *lib 2. obseru. pract. obser. 151. in pr.* Schurpff. *consil. 8. cent. 1 n. 6.* Curt. *part. 3. in vltim. membro n. 56.* Borch. *c. 7. part. 2 n. 80.* Quamuis iure ciuili aliud sit, *ex authent. cessante. C. de legit. hæred.* Schurpff. *d. loco.* In nouo autem feudo frater ad fratris successionem regulariter non admittitur, quamuis communiter de eo fuerint inuestiti, tex. express. *in d c. vn. § cum vero Conradus. versic fin vero. de his qui feudum dare poss. d. c. vn § fin. de success. feud. c. vn. §. fin. de feud. Marchia. c. vn. de fratribus de nouo beneficio inuestitis.*

Sed obiicitur *l. vnic C. si liberalitatis imperialis socius sine hærede discesserit. lib. 10* vbi communiter donata per successionem ad socium pertinent. Ergo communiter inuestitari fratres, sibi quoq; succedere debent.

Resp. Cuiacius *in d. c. vnic. de fratribus de nouo beneficio inuestitis*, illam legem ad feuda facile trahendam non esse, cum loquatur de mera liberalitate, quæ ad donantem non recurrit. Feudi autem liberalitas non est mera, sed certis modis ad dominum reuertitur, vt inferius dicetur.

Secundo obiicitur *c. vn. § praeterea. vers. item si fuerint, quibus modis feud. amitt.* vbi duo sunt fratres, & vnus accipit inuestituram, & tamen alter alteri succedit.

Resp. Gloss. ibidem putat, hoc ita esse intelligendum, quando communiter feudū nouum acceperint, & nominatim sit adiectum, vt alter alteri succederet.

Sed huic solutioni videtur *d. § praeterea in princ.* obstare, vbi agitur de feudo paterno per successionem accepto. Ergo id de feudo nouo accipi nō potest, *in vers. item si fuerint.*

Resp. Separatus est *d. vers. item si fuerint* ab initio *illius* §. Hottomannus autem putat agi quidem ibi de feudo paterno: sed ideo non valere successionem, quod feudum paternum diuisum sit, sine inuestituræ renouatione. Deinde non admodum hic tam rem approbari, quia viuentis etiam pars ad dominum reuertitur, sine cuius consensu est diuisum feudum, & pars alienata.

Tertio, deniq; obiicitur *c. Vn. de benefic frat.* vbi dicitur, fratrem fratri succedere posse, si communiter illud acceperint.

Resp. Constat ex multis iuris feudalis textibus, fratrem fratri in nouo feudo non succedere regulariter, sed *in d. c. vn. de benefic. frat.* huius regularitatis ponuntur quatuor exceptiones, quibus frater fratri in nouo feudo succedere potest.

44 Prima est: Si pacto & conuentione hoc fuerit ita factum, quæ † dat legem contractui, *l. contractus ff. de reg. iur.*

Secunda: Si beneficium de communibus bonis pecunia domino sciente fuerit emptum.

Tertia: Si fratres simul steterint, hoc est, habitauerint; quæ explicatio est ex *d. c. Vn. de frat. de nouo beneficio inuestitis.*

Quarta: si id in militia & bello simul acquisiuerint. Alia solutio peti potest, ex *d. c. Vn. de fratrib. de nouo benefic. inuestit.* scil. fructus esse communes si simul habitent, & si simul equis militent: Si autem frater fratri pacto forte succedit, quod fieri posse constat ex *d. c. Vn. §. cum vero Corradus. in fin. de his, qui feudum dare & accipere possunt d. c. Vn. §. 1. in fin. de feudo Marchia, d. c. vn. § fin. de successione feud. d. c. Vn. de benefic. fratris. d. c. vn. de fratribus, de nouo benefic. inuestit.* tum successio vsq; ad septimum gradum durat, quia non mediate per descendentes, vnius scil. fratris liberos ad fratrem, vt agnatum, *§. 1. Instit. de legit. agnatorum tutela*, feudum peruenit: sed immediate ad collateralem, fratrem scil. atq; ita Dd. conciliant id, quod de septimo gradu dicitur, *in d. c. vn. §. hoc quoq; sciendū. de his, qui feudū dare possunt. & in c. vn. §. 1. de success. feud.* quam conciliationem, cum *c. vn. de natura successionis feudi*, & cum *d. c. vn. §. hoc quoq; sciendum, de his, qui feud. dar. poss.* vbi dicitur in infinitum agnatos succedere, adprobauit Camera Imperialis, restante Mynsing. *cent. 2. obseru. 95.* quam etiam sententiam communiter Dd. amplectuntur, vt ante probatum fuit, &c. Cum fratribus deinde primo vocatis, in linea collaterali ad feudi antiqui successionem, *d. c. Vn. in princ. de success. fratrum.* succedunt fratrum præmortuorum filii iure repræsentationis, *c. vn. § fin. in Verb. in Vicem patris,* constitutiones feudales: & *d. c. Vn. in princ. in verb. loco sui patris, de successione feudali.* Quæ successio vocatur in stirpes, quando omnes liberi masculi præmortui fratris tantam portionem capiunt, quantam parens eorum esset accepturus, si vixisset, id quod etiam de iure ciuili obtinet. *Nou. 118 cap. 3.* Si igitur defunctus neq; descendentes Zas. *p. 8. nu. 17.* Iul. Clar. *in §. feudum. quaest. 75. num. 1.* Sonsb. *p. 9. nu. 98.* Curt. *p. 3. num. 53. in 13. quaest.* vbi pluribus authoritatibus probat hanc opinionem esse communem. Wesenb. *c. 6. nu. 16.* Borch. *c. 7. part. 2. nu. 81.* Si fratrum mortuorum liberi soli sunt, quæritur, quando patruis suis succedant? exempli gratia; vnus frater præmortuus

tans reliquit tres filios, alter frater quatuor filios, tertius frater sine liberis decessit. Quæritur, quando duorum fratrum præmortuorum liberi patruo mortuo succedant? Hæc quæstio difficultatis est, Iul.Clar. *q.75.nu 2. §. feudum.* Et de hac quæstione magnus est Dd.conflictus & magna controuersia. Zas *part.8.num.*18. Maxima tamen Dd. pars in illa est sententia, & quidem veriori, eos non, vt superiori casu in stirpes, sed in capita succedere, hoc est, vt tot partes fiant in bonis patrui mortui, quot personæ & capita sint filiorum fratrum præmortuorum, Azo *in summa sua, C de legit. hared.* Zasius *d p.8.num.18.* vbi dicit, nefas esse ab hac sententia discedere. Iul. Clar. *d quæst.75.nu,2.* Hartm. Pist *quæst.23. nu.13.part. post feud.* Wes.c.6.nu.17. Hottom. *in illust q.14.* Cuiac. *Nou.*118. Boreh. *c.7.p.2. nu.28.* Et huius sententiæ fundamentum ponunt in c. extraord. incip *decedente fideli.* Sed quia illud *d.c.extraord.* dubiæ est authoritatis, & in paucis libris reperitur, dicendus est ille punctus ex iure ciuili & quidem ex *tit.*18.§ *pen.lib.*1.*Instit.Caii.* vbi expressis verbis affirmatur, fratrum filios patruo non in stirpes, sed in capita succedere, velut, si vnus frater reliquit duos filios, duas partes habeant in bonis defuncti patrui, alter quatuor reliquit liberos, qui quatuor auferant partes ex bonis defuncti patrui, vt ibi hanc rem exemplificat. Dum igitur ius vetus non reperitur mutatum, cur stare prohibeatur. *l. sancimus. C. de testamentis.* Et probatur id ex *d. Nou.*118 *c.3 huiusmodi vero priuilegium,* vbi Iustinianus Imperator duntaxat loquitur de nepotibus ex fratre, qui eum patruis succedunt, & disponit eos iure repræsentationis, hoc est, in stirpes solos succedere, idq; esse ipsorum priuilegium, dicit: Ergo personale hoc ad alios non est extendendum, *l. priuilegia ff de reg. iur.* Non igitur eo casu id datum est priuilegium, quando patruus succedunt fratrum præmortuorum liberi, sed tantum quando cum patruis succedunt.

Tertio, hanc sententiam probauit Carolus V. in Comitiis Spirensibus anno 1529 & etiam amplexa sunt Gallica Parlamenta, quemadmodum Zasius, Wesenb. Hottom. & Borch. *in dd. locis* sectantur. Magis tamen communis olim fuit sententia, licet non verior, eos casu hoc etiam in stirpes succedere. Accurs. *in §. auth. cessante. C. de legit. hared.* quam late propugnat Sonsb. nouissime, *part.9.n* 100. *cum seqq* & refutat præsertim Zasium, affirmatq; eum nociua prægnantia afferre, sed pœna talionis afficitur à Præceptore Borcholt. *in d. loco.* & Hottom. *in d. loco.* quibus coniunctis ipsis argumenta rursus satis refelluntur, quo nos remittimus, ita vt non opus sit hic actum amplius agere. Et tantum de successione collateralium, &c.

Facta nunc successione in descendentibus & collateralibus, in quæstionem venire potest, an vasallus æs alienum, à defuncto vasallo contractum, soluere teneatur, de quo est 45
c. vn. an agnatus, vel filius, &c. & c. vn. §. filius de capitan. qui curiam vendidit. In hac quæstione notabili & quotidiana Iul. Clar. *quæst.76. num.vlt. in fin. §. feudum,* rectius explicanda distinctione est vtendum, ad quam *in d. c. vn. an agnatus vel filius, &c.* occasio datur, & quidem ita est habendum, si feudum est nouum, tam filium, quam agnatum non posse hæreditate defuncti repudiata feudum retinere, sed vtrunq; simul suscipere, vel vtrumq; repudiare debere, si hoc placuerit, an agnatus, &c. Hæreditas enim vtpote allodiale quiddam in feudo separationem accipit, *c. vn. de allodiis, d. c. vn. & ibi Dd. an agnatus, &c.* Et feudorum natura † ab aliis bonis est separata. Dd. *in c vn. de success. feud.* Wes. *cons.*15. *nu.*9. 46
*part.*1. Gayl. *lib.2. obs. pract. obs.*154.*n.*2. quemadmodum superius dictum fuit, vnde & æs alienum soluere tenentur.

Ratio autem, quare id in nouo feudo ita procedat, hæc est, quia successor, siue sit filius, siue agnatus, habet id nouum feudum ex mera vigilantia antecessoris. Si igitur

P 2 eius

eius repudiarent hæreditatem, & defugerent onera hæreditaria æris alieni soluendi, non etiam essent digni feudo censendi. Iul. Clar. *quæst. 76. num.* 1. §. *feudum.* & sequitur Boreh. *cap. 7. part.* 2 *n.* 49. Si feudum est antiquum, distinguemus rursus inter feudum hæreditarium pro se & hæredibus acceptum, & inter feudum ex pacto, & prouidentia, pro se & liberis vel filiis tantum acceptum, vt superius dictum fuit. Si est hæreditarium feudum, ein Erblehen/ non potest filius hæreditatem repudiare & feudum habere, quia hæres tum non esset, si non haberet hæreditatem, Mynſ. *cent. 3. obſ.* 67. Et ideo tenetur debita paterna soluere. Iul. Clar *d. quæſt.* 76. *n.* 22 Zasius *part.* 8. *n.* 6. Boreh. *c.* 7. *p* 2. *n.* 14. Gayl. *lib.* 2. *obſ pract. obſ.* 154. *n.* 7. 8. & 10.

Agnatus autem hæreditate dum repudiata feudū retinere potest, nec cogitur æs alienum defuncti vasalli soluere. Et ita dicti Dd. *d. c. vn. an agnatus, &c.* intelligunt, & *d. c. vn.* § *filius de capit. qui curiam vendidit.*

Ratio autem, quare hoc casu diuersum sit in agnatis & filio, hæc est, quia feudum paternum non recognoscunt & accipiunt agnati, ex proximi vasalli defuncti beneficio, nec ex quauis mediante persona: sed ex primi acquirentis prouidentia ac domini munificentia, ac liberalitate: quod in filio similiter non facile dixeris, qui tenetur onera parentis hæreditaria portare, & dum vult feudum, velit etiam hæreditatem, *argumento, l. secundum naturam. ff. de regul. iuris. Gloſſ. in d. cap. vnic. an agnatus vel filius, in verb.* RETINERE. Hottom. & Cuiacius *ibidem.* Et alias parentem iniuria filius afficeret. *l. 6. ff. de interrogat. act.*

Quamuis tamen ex quadam æquitate & fauore sepulturæ, quæ multa habet priuilegia, filius paterna hæreditate repudiata ius sepulturæ paternæ retineat. *l. 6. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Si feudum est ex pacto seu prouidentia, quia non pro hæredibus, sed pro filiis, seu liberis est acceptum feudum, tam agnatus quam filius hæreditatem repudiare potest, & feudum retinere ex voluntate primi acquirentis; & per consequens ad solutionem æris alieni ab antecessore collecti cogi non potest. Et hæc sententia dum nota Germaniæ consuetudine seruatur, merito adprobanda est, vt Mynſ. *in d. loco in fin.* & Zas. *dict. part.* 8. *n.* 16. referunt.

Quid autem de fructibus est statuendum? Illud similiter controuertitur, & exprimitur *in dict. cap. vnic. an agnatus vel filius. & in cap. vnic. §. his conſequenter. hic finitur lex.* Controuersia autem super illo puncto, ex eo primum est nata, quod *in d. cap. vnic. §. his conſequenter*, duæ referantur sententiæ satis claræ, & dubitetur, cuinam standum sit? Cuiacius *in d. §. his conſequenter*, neutram sententiam sequitur, pro rata temporis illius anni, quo defunctus vasallus mortuus est, fructus esse diuidendos inter dominum & hæredes defuncti vasalli, secundum *l. fructus.* 7. § *Papinianus. ff. ſolut. matrim. quemadmodum dos. pet.* quam sententiam iuri ciuili esse congruam, & congruentem etiam iuri naturali fatemur. Hartman. Pistor. *in quæſt.* 24. *iuris ciuilis, num.* 42. quam tamen sententiam inter agnatos, quibus feudum aperitur, & hæredes defuncti vasalli obtinere putat Wes. *in parat. ff. ſolut. matrim. quemadmodum dos. pet. num. vltim in fin.* Inter dominum vero, cui feudum aperitur, & inter hæredes defuncti vasalli distinctionem iuris feudalis *in d. §. his conſequenter.* seruandam esse, & quidem priori loco relatam sententiam, *in d. §. his conſequenter* obtinuisse, adeo vt oleum & operam perdant, qui contra niti velint, putat Hart. Pistor *d. quæſt.* 24. *nu* 43. cum communior sit Dd. sententia, Gayl. *lib.* 2 *pract. obſeruat.* 154. *num.* 1. quamuis eius ratio facile reddi non possit, vt nec priorum aliorum, secundum *l. non omnium.* 20 *ff. de legib.* & ita placuit consuetudine obseruandum, quæ pro

lege

lege est, § ex non scripto. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. de quibus. ff. de legibus. Id quod Fridericus Schenck in d. §. his consequenter, recte putat; & videatur hac de re Hartman. Pist. d. quaest. 24. num. 34. & D. Borch. cap. 7. par. 2. num. 95. vsque ad finem, vbi ex Hartmanno contraria refutat.

De meliorationibus detrahendis denique quidnam certi est statuendum? de hac re agitur in d. cap. Vn. § si Vasallus, hic finitur lex. Et rursus duae diuersae ibi proponuntur sententiae; sed prior est communior ac iure ciuili ac naturali propinquior, nimirum vt dominus soluat pretium meliorationis defuncti vasalli haeredibus, vel patiatur eas auferri, si forte defunctus vasallus aedificium in feudo extruxit, vel alios sumptus in fundos feudales fecit: vel si seruitutem pretio feudo acquirat, id quod facere vasallus potest, dict. cap. Vnic. § si Vasallus cap. Vnic. § e contrario. de inuest. de re alien. facta. Quamuis enim seruitus, vt adiunctum, quod per se sine subiecto, feudo scilicet, nō subsistat, l. 2. ff. de Vsufructu, accedat feudo eique acquiratur & accrescat, vt accessorium, per cap. accessorium. de reg. iuris. in 6. d. cap. vnic. §. e contrario. tamen aequum est, pretium acquisitionis reddi, dict. cap. vnic. § si Vasallus. quod non ita obtinet in alluuione, quae iure naturali accressit fundis feudalibus, & dominorum efficitur, § praeterea. Instit. de rerum diuisione. cap. vnic. §. si quis de manso. si de inuest. feud. content. sit. dict. cap. Vnic. §. e contrario. de inuest. de re aliena. facta. Stat igitur prior sententia, nimirum dominum teneri pretium meliorationis soluere, vel pati, vt meliorationes vel aedificium auferantur, cum iniustum esset, si vellet conditionem facere meliorem, cum defuncti vasalli, eiusque haeredum iactura, contra l. iure naturae, ff. de reg. iur. §. certe, Instit. de rerum diuis. l. plane §. sed benignius. ff. de petit. hared. Et haec sententia est communis, & iuri naturali conueniens Hartman. Pistor. quaest. feudali. 42 part. post. num. 1. 2. 3. Nec obstat, sententiam vltimo loco relatam ex Dd. sententia esse communiorem, quia ea regula saepe fallit, quemadmodum D. Borch. d. cap. 7. part. 2. num. 95. in fine, affirmat.

Et hoc, quod de melioramentis est dictum, procedit eo casu, quando feudum amissum est per cursum temporis, vel per generationem finitam, absque dolo & culpa ipsius vasalli. Hoc casu electio est penes vasallum, an velit meliorationes dare vel pati, vt aedificium tollatur. Iul. Clar. quaest. 88. num. 1. § feudum.

Superest nunc, vt coronidis loco, quoad hunc acquirendi feudum modum, videamus de personis quibusdam, † quae non gaudent successione feudali, & quae illae sint facile intelligitur ex superius relatis personis, quae succedere possunt, cum contrariorū eadem est ratio. §. 1. Inst. de his qui sunt sui Vel alieni. iuris. §. 1. Instit. de tutelis. Tales sunt foeminae, quae in feudis regulariter non succedunt, nisi id pacto ita fuerit effectum, vel nisi feudū fuerit foemineum, quemadmodum expressis verbis indicatur in cap. Vnic. in princ. de natura successionis feudi. Sonsbec. part. 9. num. 126. vel si gratiam ei dominus fecerit, propter redemptionem, vel seruitium patris, capit. vnic. quemadmodum feudum ad filium pertineat. Curtius part. 3 num. 4 Zas. part. 8. num. 40. Sonsb. part. 9. num 123. 124. Borch. capit. 7. part 2. num. 72. vel si id consuetudo ita patitur. Curtius part. 3. num. 10. Zasius part. 8. num. 41. Clar. quaest. 73. num. vlt Mys. cent. 5. obseru. 74. num. 2. 3. Wesenb. cap. 6. num. 21. Borch. cap. 7. part. 2. num. 64. Et foeminae non veniunt regulariter appellatione haeredum in iure feudali, cap. vnic. de alien. feud. cum militaria seruitia & fidem praestare non possint, & publicis etiam negotiis interesse prohibeantur, l. post, de postulando, l. foemina ff. de reg. iur. Et quamuis interdum vna cesset ratio, tamen altera non cessat. Zasius part. 8. numer. 36. Curt. part. 3. num. 1. & 9. Gayl. lib. 2. obseru. obs. 159. num. 1. Clar. quaest. 23. num. 1. Sonsb. part. 9. num. 122.

47

P 3

num.118.119.cum seqq. Si autem pacto id fuerit effectum, fœminæ succedant regulariter deficientibus demum masculis ordine successiuo non simul, id quod clare exprimitur, *in cap.Vnic.§.fin.de success.feudi in Verb filiam filiis non extantibus succedere.* Curt *part.8.num.18. 19.* Harm.Pistor.*part.post.feudal.quæst.35.num.2.& per tot.* Zasius *part.8.num.46.* Wes.*c.6.n. 22.* id quod similiter proponitur, *in cap.Vn.§ similiter.de cap. qui curiam vendidit.* vbi præualuit sententia Gerhardi, quemadmodum D.Boreh *c.7.p.2.n.vlt.* fere in fine refert. Et hoc quidem in tantum verum est, vt si semel est exclusa fœmina per masculum relictum, hoc est, si semel feudū ad masculum superstitem peruenit, fœmina cum sobole vlterius, hoc est, nunquam in posterum admittatur, *c.Vn.§.qui etiam Episc.vel Abbat.* Zas.*p.8.n.58. 59.* Nec alius scil. vsus particulæ *vlterius* affingi posset, quod tamen tentat Pist.*part.post.q. 36.n.25.* sed certa contra naturam particulæ *vlterius*, quam pro particula *vltra*, propter adiunctum præsens tempus intelligit; quasi feudista dicat, vltra filium superstitem non admittitur, illo autem mortuo admittitur. Textus autem cum adest clarus, nec vlla ratione cauillandus, *in d.§.quin etiam.* ab illo non est recedendum, præsertim cum & *in §.mutus.Vltimo.d c.vn.Episc.vel Abbat in fin.* dicatur: Hic omnibus casibus feudum amitti, & ad dominum reuerti, si scil. pacto feudum est acceptum, pro filiis & filiabus, & semel ad masculum peruenit; quod eo casu mortuo filio filia non succedat, sed ad dominum feudum reuertatur. Ergo filia ex eo tunc non succedit.

Deinde hanc sententiam probant simpliciter And.de Isern.*in d.§.quin etiam.* Schenck à Taudenbergh *in d.§.quin etiam.n 4.* vbi affirmat, obitum masculi eo casu amplius fœminæ non patrocinari. Zas.*part.8.nu.88* Curt *part.3.n 32.* Duar.*c.10.n.12.* & Boreh.*c.7.nu. 86.* Sunt tamen multi in contraria sententia, fœminam scil. eo casu succedere posse, si semel est exclusa per masculum. Et primo est Landensis *in d.§ quin etiam.* cuius fundamenta refutata affert Curt*in d.loco.*

Primum fundamentum habent ex *d.§.quin etiam:* vbi particula ET copulat & coniungit masculos & fœminas, quoad successionem: Ergo etiam fœminæ deficientibus masculis successionem habent.

Sed respondet Frider.Schenck.*in d.§.quin etiam,nu.2.* particulam, ET, non copulare & coniungere hoc loco sensum, sed magis insinuare ordinem, Zasius *part.8.n.24.* & quamuis coniungere hic videatur eos æqualiter: Tamen interpretationem recipit ex natura rei feudalis. Wesenb.*cap.6.num.22.* & copulantur verba, non sensus. Sonsb.*p.9.n.128.* Si-
48 quidem natura feudorum † hæc est, vt fœminæ non facile succedant, & forte id illa ratione, ita *in d.§ quin etiam*, primum est constitutum.

Secundum fundamentum est ex *d.c.Vn.§.vlt.de success.feud.* & ex *d.c.Vn.§ similiter.de capitan.qui cur.vend.* scil. extantibus masculis fœminas feudum habere non posse: Ergo à contrario sensu si masculi non extant, fœminæ id habent.

Respon. Id concedemus in eo casu, in quo loquuntur dicta capitula, scilicet, quando quis accepit pro filiis & filiabus feudum, & filius non habet, fœminæ ratione pacti succedunt, alias si semel feudum fuerit acquisitum per masculum, non poterit vlterius succedere fœmina. *d.§.quin etiam.*

Tertium adducitur imprimis, *cap.Vnic.de duob.fratrib.à capitan.inuestitu.& c.Vnic.de inuestitura, quam filius accepit à Sempronio.* vbi dicitur, quod fœminæ deficientibus masculis succedant & non admittantur, donec masculi supersunt. Considera particulam DONEC, quæ hoc importat, succedere tandem fœminas, si masculi deficiunt, exempli gratia: Non dabo tibi hoc, donec illud aut illud feceris. Ergo si factum id fuerit, datio proce-

procedit, alias promissio fieret irrita. Suspenditur igitur tantum datio, ni ad tempus est exclusio fœminarum suspensa. Gayl. *lib. 2. obser. obs. 148. n. 3. circa finem*, Borch. *cap. 7. part. 2. num. 78.*

Resp. Casus *in dd. cc.* est singularis propter singularem conuentionem, quæ talis fuit, vt fœminæ & masculi succederent, & deficientibus tandem masculis etiam fœminæ. His fœminæ succedunt, etiamsi masculi primo feudum acceperint, & deinde mortui sint. Et hic casus specialis bene est notandus, quemadmodum Curt. *in d. loco.* refert eum gloss. *in d. cap. vnic qui sibi vel heredib.* Sonsb. *p. 9. num. 138.* Zas. *p. 8. n. 49.* Borch. *c. 7. part. 2. nu. 75.* Nec huc pertinet *d. c. vn. §. similiter. de capitan qui curiam vend* quia ibi de simplici agitur conuentione, & filius ex sententia veriori Gerhardi succedit exclusa fœmina, vt superius dictum fuit. Gloss. *ibidem*, vt refert Zas. *part. 8. n. 52* quam sententiam ex æquitate procedere quidam voluerunt, *c. vn an maritus succedat vxori.* Borch. *c. 7. part. 2. nu. 65.* Non igitur obtinent ii, qui sententiam hanc, fœminam scilicet hoc casu non excludi, defendunt, inter quos est Sousbeccius, qui postquam *part. 9. n. 128.* retulit nostram sententiam, *cum seqq. numeris* eam refutat, cuius argumenta etiam alia D. Borch. *c. 7. part. 2 n. 57.* Eandem sententiam late defendit Hartm. Pistor. *part post. feud. quæst. 36 per tot.* & Myns. *cent. 5. obs. 74.* qui postquam retulit nostram sententiam, per humanitatem & æquitatem quandam id, quod etiam facit Iul. Clar. *in § feudum, quæst 80. n. 2.* & Wesenb. *c. 6. num. 23.* Et largiemur hoc illis, procedere eam sententiam ex æquitate; non autem in textibus iuris feudalis est fundata, Zas. *p. 8. n. 47 in fin* & in eo casu nostra sententia obtinet, quando diutius viuit filius, qui feudum habet. Nam si statim moritur, succedit fœmina, quia filius non videtur vixisse, *argumento l posthumus 12. in princ ff de iniust rupt irrito fact. testamento.* Zasius *par. 8. num 4.* Iul. Clar. *d quæst. 80 num. vlt.* Schneid *part. 6. de successione fœminarum, num. 50.* Mynsing. *d obseru. 74 num. 6.* Sonsbec. *part. 9 num. 130* Borcholt. *c. 7. part. 2. nu 38.* Si autem econtra fœmina semel est admissa ad feudum, non admittitur superueniens filius, vt excludatur fœmina secundum communem opinionem, Iul. Clar. *d. quæst. 80. n. 1.* Curtius *part. 3. num. 33.* Quia semel alicui ius quæsitum † temere auferri non debet sine 49
eius facto. Zasius *part. 8. n. 53.* ibi vocat hunc casum dubitabilem, Sonsb *part. 9. num. 140. 141.* Pistor. *late in quæst. 35. n 10.* Nec obstat, quod fœmina per masculos alios excluditur, vt superius dictum fuit, quia hoc locum habet in feudo acquirendo, non de feudo acquisito, Schneid *part. 6 de success. fœmin. nu. 48. 49.* Et hæc ita obtinent; si feudum pacto sit acquisitum: si feudum fuerit fœmineum, hoc est, si per fœminam sit acquisitum, vel habeat principium in fœmina, *d. c. vn. de feudo fœmin.* Curt. *p. 3. n. 3.* Sonsb. *p. 9. n. 123.* Pist. *quæst. feud 34. n. 13* Borch. *p. 2. c. 2. n 69.* succedunt fœminæ similiter, *dict. c. vn. in pr. de nat. succ. feud.* Curt *p. 3. n. 3.* Sonsb *p. 9. n 123.* Sed masculi sunt potiores fœminis, & fœminæ masculis demum deficientibus succedunt, *d. c. vnic. de feudo fœmina, cap. vnic. §. mulier si de feudo defuncti contentio sit, &c.* Hartman. Pistor. *d q. 34. num. 25. 28.* In hoc etiam filia sola sine pacto speciali succedit, *d. c. vn. de feudo fœmina.* Zasius *part. 8. n. 39.* eaq; sententia Oberti & Gerhardi est verior, Sonsb. *part. 9. n. 123.*

Quæritur autem, anne fœmina in † feudo franco succedat? Et probabiliter affirmatur fœminam feudi successione non gaudere hoc casu, nisi id pacto vel consuetudine fiat, Zasius *part. 8. n. 44.* Laudensis *in c. vn. §. & quia vidimus n. 29. de his. qui feudum dare possunt.* Curt *p. 5. n 5.* Schneid *part. 6. de success. fœminar. num. 18. & 19.* Duar. *c. 10 nu. 7.* Borch. *c. 7. p. 2. num. 68.* eamq; sententiam in puncto iuris esse veriorem, putat Iul. Clar. *in quæst. 73. n. 8. vers. & licet hodie. §. feudum.* 50

Sed

Sed multi contrariam sententiam tuentur. Cuiac. *in d. cap. vnic. §. quin etiam. Episc. vel Abbat.* Hartman. Pistor. *quaest. 34. lib. post. feud. num. 29. cum seqq.* eamque communem esse & in practica sequendam affirmat Iul. Clar. *d. quaest. 73. num. 6. & 8.* & confirmant suam sententiam.

Primo, capitulo extraord. 404. cuius Rubrica est: *Casus quibus foemina, &c.* vbi dicitur, foeminas posse succedere in feudo sic dato, vt nullum pro eo seruitium fiat: Ergo in feudo franco, quod liberum est ab omnibus seruitiis, vt superius dictum fuit, foemina succedit.

Resp. Illud capitulum est supposititium, & nullius auctoritatis. Duaren. *cap. 10. num. 7.* vt & omnia capitula extraordinaria, quae noua sunt authentica, non sunt allegabilia, sed apocrypha & communiter non habentur, Curt. *par. 3. num. 5.* Et quamuis in *dict. quaest. 33.* Pistorius affirmet capitula extraordinaria, *quae non sunt authentica*, locum habere in explicatione eorum, quae non sunt clara; tamen ex aliis causis, quae sequuntur, hoc non cocedemus. Deinde generalitas textus, *in d. c. vn. §. & quia vidimus, de his, qui feudum dare & accipere possunt, & in d. c. vn. §. 1. de success. feud.* id non patitur, vbi foeminae à feudo omnino indistincte reiiciuntur.

51 Secundo afferunt pro sua sententia tale argumentum: Cessante causa † cessat legis dispositio. In feudo franco causa cessat, hoc est, seruitia non praestantur militaria, propter quae foemina à feudo reiicitur. Ergo cessat legis dispositio, & per consequens foemina succedit.

Resp. Etiamsi vna causa cesset, tamen non cessant reliquae causae, quare foemina non possit habere feudum; scil. reuelatio & periculositas arcanorum, deinde publica hone-
52 stas, quae foeminas ab † omnibus officiis publicis & ciuilibus repellit, *l. 1. ff. de postulando. l. foemina. ff. de regul. iuris.* Deinde consilium fragile, Zasius *part. 8. num. 36.* Curt *part. 3. num. 9. 12. & 13.* Sonsbec. *part. 9. num. 119.* Schneid. *part. 6. de success. foeminar. num. 21.* Et licet interdum, sed raro reperiantur exempla, quod pugnarint Camilla, Vigiliana, Amazones, tamen reliquae non cessarunt. Schneidev. *part. 6. de successione foeminarum, num. 20.* Curt. *part. 3. num. 9.* Cui accedit, quod feudum francum, vt & alia impropria feuda, in vno alteratum non sit alteratum in aliis ex fide praestandis. Curt. *d. part. 3. num. 5. & part. 1. quaest. 8. num. 28.* Sonsb. *part. 4. num. 32.*

Contra datam solutionem instant ii, qui contrarium defendunt, ex *cap. vnic. an mutus vel surdus.* vbi praecipua causa est amissionis feudi, quando seruire vasallus non potest: Ergo dum est praecipua causa, scilicet seruitium in feudo franco remissum, reliquae merito non attendantur.

Resp. Reliquae causae fere eiusdem sunt momenti, scil. scire, consilia domini asseruare, & dominum in casu necessitatis defendere, & pulsare iniuriam, & negotiis ac consiliis domini honeste interesse. Nec quicquam etiam iuuat illam sententiam, mutum & surdum in feudo, pro quo nullum seruitium praestatur, succedere posse, cum tamen inter imperfectas personas aeque ac mulier referantur, *in d. cap. vn. an mutus, &c.* Id quod tamen Pistor. *in d. quaest. 34. & 33.* putat: hoc, inquam, nihil iuuat illam sententiam, quia talis, quamuis sit mutus vel surdus, nihilominus potest praestare fidem, domini consilia sibi credita conseruare, id quod tamen in foemina secus est. Ex eodem fundamento etiam sequitur, in feudo empto foeminam succedere etiam non posse, quia etiamsi in vno sit improprium feudum, quia emitur, cum tamen feuda proprie dentur ex amore & honore domini, *cap. vnic. in princ. de feud. dat. in vicem leg. commiss.* tamen in aliis propriam feudi

feudi naturam retinet, hoc est, fides est præstanda, arcana non reuelanda, quod facere mulier non potest, vnde nec in eo succedit. Et hæc sententia verior est, & magis communis. Iul. Clar. *quæst.* 73. *n.* 6. Hartm. Pist. *quæst.* 34 *part. post feud. num.* 8. Mynf. *cent.* 5. *obs.* 73. Zas. *part.* 8. *n.* 37. & *part.* 12. *n.* 21. vbi docet se ita consuluisse. Borch. *cap.* 7. *part.* 2. *n.* 65. Iuuatur etiam hæc sententia similiter generalitate textuum feudalium, quemadmodum de feudo franco dictum fuit.

Contrariam sententiam defendit Curtius *part.* 3. *num.* 6. vbi dicit sententiam Odofredi sic sentientis esse verissimam, quem sequitur Gayl. *lib.* 2. *pract. obseru. obs.* 159. *n.* 3. 4. 5. vbi affirmat in Camera Imperatoris ita esse obseruatum, sed rationes ipsius nullius sunt momenti; non enim feudi natura in reliquis mutatur, licet quoad pretium impropriuum feudum sit, quemadmodum superius de feudo empto dictum fuit.

In feudo denique ligio † an foemina succedit? Et dicitur, quod non succedat in eo ex generalitate textuum feudalium, arcentium foeminas omnino à successione. Borch. *cap.* 7. *part.* 2. *num.* 20. nisi id consuetudo patiatur, & ita Speculatorem *in* §. *quoniam. tit. de feudis.* & Curt. *part.* 3. *num.* 11. & *part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 26. D. Borch. *in d. loco* intelligendum putat. Deinde in feudis non succedunt imperfectæ personæ: nam mutus, surdus, furiosus cœcus, claudus feudum retinere, hoc est, in feudo antiquo succedere non possunt, *capit. vnic. vers. quidam. an mutus vel surdus.* si scilicet naturaliter vitium illud adhæret: alias si ex accidenti venit illud vitium, succedunt, quia spes est tandem seruire illos posse vitio sublato, & ita DD. concilitant *d. cap. vnic. an mutus vel surdus.* duas relatas sententias, vt principium loquatur in feudo antiquo, quando ex accidenti talis quis sit factus. Deinde finis loquitur in eo casu, quãdo natura quis talis sit factus; si tamen nouum est feudum, retineri à tali persona in vtroq; casu non potest, *cap. vnic.* §. *fin.* & ibi Schenck. *Episcop. vel Abbat.* Borch. *cap.* 7. *part.* 2. *n.* 63. quia de nouo feudo id intelligi verba illa *ad dominum reuertitur*, indicant, cum feudum antiquum ad agnatos pertineat tum, quando aliqui adsunt, vt inferius dicemus. 58 54

Æquitas tamen suggerit & humanitas, tales alimentari, si feudum magnum est & opulentum *d.* §. *vlt. Episc. vel Abbat.* Schurpff. *d. consil.* 91. *n.* 3. *cent.* 1. Et hanc sententiam amplectitur simpliciter *p.* 8. *n.* 68. Schneid. *pr.* 6. *de success. descendentium, n.* 31. *cum seq.* vbi dicunt hanc materiam esse intricatam variis lecturis. Curt. *par.* 7. *n* 8. Sonsb. *p.* 9. *n.* 116. Schurpff. *cons.* 24. *n.* 6. 29. *cent.* 2. Pist. *q.* 32 *par. post feud. n.* 1. & 3. vbi dicit, fuisse hac in re magnam interpretum varietatem; & tandem hanc sententiam probat, vt dictum est.

Clerici deniq; seu religiosi † in feudis non succedunt, *cap. vnic ad fin. de feudo fœmin.* & *vnic* §. *qui clericus. si de feudo defuncti contentio sit* & *c. d. c. vnic. ad finem, an mutus vel surdus.* Quia qui miles † Christi est, seruiat Christo, & qui est miles sæculi, seruiat sæculo, *ca. vlt. extraord.* Zasius *part.* 5. *num.* 17. 18. 24. Sonsb. *part.* 9. *num* 115. & *part.* 11. *num.* 137. Pistorius *quæst.* 33. *per totum*, vbi etiam *vers* 2. affirmat, eos etiam tum non succedere, quando per substitutum vellent seruire, id quod Zasius affirmat *in d. loco.* Et hæc sententia in Camera Imperiali etiam recepta fuit, teste Mynf. *cent.* 5 *obseru.* 48. *n.* 8. quemadmodum hac de re superius latius dictum fuit. 55 56

Ad Thesin 1.] Contra obstat: Personalia personam non egrediuntur: At feudum est tale: quia est vsusfructus. Resp. non simpliciter esse vsumfructum. Non obstat, quod per inuestituram feudum acquiratur, quia per inuestituram tantum confirmatur.

Ad Thesin 14.] Contra obstat, quod de iure ciuili non succeditur in infinitum, per §. *fin. de success. cogn.*

Ad Thesin 21]Contra obstat, quod fœminæ æqualiter cum masculis in feudis succedant, qualis est consuetudo in Gallia, vt habet Gayl *lib. 2 obseru 56 n 11.*

Ad Thesin 23]De hac quæstione vide Borch. *c.7.n 36.de feudu.* Gayl. *lib 2 obs.148.* Curt. *p 11. tertia partis prior. num.32 cum ibi allegat pag. 250.* qui tenent contrariam sententiam. Contra obstat *l. fin. ad S C. Tertul.* vbi beneficium filii defuncti matri non conceditur. Obstat *tit.6.lib.1.§ quin etiam.* vbi dicitur vlterius non admitti. Resp Hunc textum accipi & conferri debere cum *tit.8 §.filia lib.1. & tit.17.lib. 2.* Sed his obstant verba *d. tit. 6.* quia verbum, *Vlterius*, integrum tempus respicit: Deinde dictio, *&*, hic non copulat; sed ordinem successiuum denotat. 2. Quod semper sit exclusa, constat inde; quia de iure communi, in quo melior est conditio fœminarum, quam in iure feudali, fœminæ semel exclusæ semper censentur exclusæ, argumento eorum, quæ proponuntur *in l. inter. 83.§. 5 de verb. oblig.* vbi libertas & similia ad pristinum statum non reuocantur, quorũ tamen summus est fauor. Item obstare videtur *l.3. in fin. C de posth. hæred instit* vbi testamentum rumpitur, licet statim, postquam partus editus est, moriatur. Idem dicitur *in l. 2. C. d. tit.* Neq; respond. quod momentum nihil operetur, quia aliud dicit *d.l.2. & l.3.* Item obstat *l.17. §.7 ad S.C. Trebell.* vbi exiguum momentum conditionem tollit. Item obstat, si fœmina semel exclusa non semper est exclusa; sequetur à contrario sensu, semel admissam, etiam non retinere feudum semper posse, sed excludi per masculum. Sed falsum hoc, per *tit.7. lib.1. & tit.21. & 22 § sancimus. lib.1.* vbi sine culpa non amittitur. Ergo & illud. Item quod fœmina non debeat excludi, probatur per generalem regulam, *l.11. de reg. iur.* Item obstat, quod contrahentes non præsumuntur hoc voluisse, vt filiæ propriæ, à masculis aliis excluderentur: Semper autem standum est contractui. Item obstat *tit. 21. lib.1.* vbi repetitur feudum, si quis non conuictus fuerit; Ergo si conuictus fuerit, non repetitur. Item, quod fœmina semel admissa non excludatur, probatur: quia natura dominiorum ea est, vt postquam sunt quæsita, sint perpetua, *d.l.16. C. de probat.* Ergo cum ipsi materteræ & fœminæ dominium feudi fuerit semel quæsitum, ei auferri non debet. Item obstat *l stipulatio.35.§. 12. ff. de verb oblig.* vbi propter pactum appositum beneficia ad hæredes transeunt. Item obstat *tit. 5. lib 2.* vbi dicitur, fœminas ex pacto succedere in masculino feudo. Item obstat *tit.15 lib.1.* vbi de stricto iure minime succedunt, & in feudis obseruatur strictum ius, quia semper verbis inuestituræ standum est. Deinde *in tit.15. lib.1.* obstat, quod filii non excludunt matrem. Ergo fœminas non excludunt. Item obstat *l. 8 ff de his qui sunt sui vel alien. iur.* vbi quamuis res eo venerit, à quo incipere non potuerit, tamen postea manet & non vitiatur.

Ad Thesin 25.]Contra obstat *auth ingressi. C. de sacrosanct. eccles.* Resp. textum loqui de allodialibus, vt constat ex voce *testari*, quod in feudo non procedit.

Ad Thesin 26.]Contra inuicem obstant *tit. 6 lib.1 §.2 & tit.36.lib 2* Resp. *in d titul.36.* tamen recenseri sententiam Oberti Gerhardi. Item obstat *l.10. ff. de stat. hom.*

Ad Thesin 29]Contra obstat *c.1.tit 37.lib.2.* vbi secundum leges fiunt computationes. Resp. *auth. tit 37.* loqui de legibus Longobardicis. Item obstat, quod tantum computatio graduum in iure canonico pertinet, & inuenta est ratione matrimonii per *can.2 caus. 35.q 5* Item obstat *tit.1.lib.1.§ hoc autem notandum. & tit 8 libr.1.§ hoc quoque* vbi fit computatio patruelium, & dicitur distare tantum quarto gradu, quod etiam de iure ciuili ita est. Resp. eos textus loqui de vlterioribus.

DISPV-

DISPVTATIO VI.

De feudi præſcriptione & renouatiua inueſtitura.

Theſis 1. Tertius feudi acquirendi modus conſiſtit in præſcriptione, ſi quis enim 30. annis rem aliquam non feudalem, vt feudum poſſedit, & domino ſeruitium ad minimum ſemel exhibuit, quamuis ea de re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen 30. annorum ſe tueri poteſt, *c.* 1. §. *ſi quis per* 30. *ſi de feud. defunct. content.* vbi Dd. communiter. Borch. *c.* 7. *in tertio modo.*

2. Idq; in tantum obtinere putamus, vt titulum poſſeſſionis his tribus concurrentibus probare neceſſe non habeat, Piſtor. *p.* 2. *queſt.* 46. *per tot.* Molinæus *in conſuetud.* Pariſ. §. 7. *n.* 16.

3. Econtra quoq; dominus, qui per 30. annos fundi alicuius nomine, quaſi feudalis eſſet, ſeruitia ab aliquo recepit, actionem ad ſeruitia præſtanda præſcripſiſſe dicitur. Mynſ. *obſeruat.* 29. *cent.* 4. Borch. *d. cap.* 7. *n.* 9. Zaſius *part.* 6. *num.* 32. Duar. *c.* 8. *num.* 2.

4. An autem contra vaſallum ſui iuris reſpectu præſcriptio locum habeat, ex ambiguis quæſtio eſt? magis eſt in præſcriptione domini idem iuseſſe, quod de præſcriptione vaſalli modo dictum eſt; Mynſ. *obſer.* 28. *cent.* 4. Zaſ. *part.* 6. *num.* 33. Borch. *c.* 7. *num.* 11.

5. Maior dubitatio eſt, an econtra vaſallus, qui per 30. annos feudum libere, abſq; petita inueſtitura poſſedit, libertatem præſcripſiſſe videatur? Et non cenſeri contra communem defendere conabimur. *arg. c.* 1. §. *licet, tit.* 26. *lib.* 2. *l.* 7. §. *fin. C. de præſcript.* 30. *annor. l. neq;* 7. *C. de vſufruct.*

6. Circa præmiſſa quæſitum eſt, an feudum abſq; domini conſenſu alienatum à tertio bono fidei emtore præſcribi poſſit? nos negatiuam validioribus argumentis munitam approbabimus & tuebimur. *c.* 1. §. *præterea. de cap. Corrad. c.* 1. §. *Imperial. de prohib. feud. alien. per. Frider.* Duar. *c.* 8. *num.* 4. latius Sonsbec. *c.* 12. *n.* 15. *cum ſeqq.*

7. Porro quocunq; modo feudum fuerit acquiſitum poſt obitum tam vaſalli quam ſenioris, à vaſallo eiuſque hæredibus inueſtituræ renouatio eſt petenda, *cap.* 1. *quæ fuit prima cauſa benefic. amitt.* Borch. *c.* 7. *n.* 30. late Syluan. *in tract. de feud. recogn.*

8. Et hanc traditionis loco eſſe exiſtimamus. Quemadmodum enim iure communi poſſeſſione in ſuum hæredem quidẽ continuatur, ita nec in feudis migrare fruſtra repugnante Coraſio propugnabimus. Late Zaſ. *conſi.* 10. *per tot.* item *p.* 6. *n.* 41. Mynſ. *obſ.* 38. *cent.* 3. Gayl. *lib.* 2. *obſ.* 152. *n.* 11.

9. Hinc consequenter negamus verum esse, quod Schurpffius voluit, hæredi ante realem feudi apprehensionem spoliato possessorio recuperandæ succurrendum esse, Zasius *part.3. num.1. & part.6. num.44.* Item *d. consil.10. n.2. cum seqq.*

10. Petenda autem est inuestituræ renouatio à tempore hæreditatis intra annum & diem, idque obtinere putamus, etiamsi pro se & hæredibus suis iuratum sit, *dict. cap.1. qua fuit prima causa benefic. amitt. cap.1. § final. de prohibitione feud. per Lotharium.* Syluanus *quæstione 12.* Sonsbeccius. *part.11. numer. 17.18.*

11. Prædictum tempus Doctores communiter de priuatis solummodo vasallis intelligunt; nos explosa communi Dd. opinione inter militem, nobilem & paganum non distinguimus. Cuiacius & Hottoman. ad *capit.1. quo tempore miles.*

12. Iuxta præmissa quæritur, si domino defuncto intra annum & diem vasallus etiam moriatur, anne hæres de nouo habeat integrum tempus, an tantum superfluum? nos integrum tempus hæredi concedendum esse sub distinctionis fœdere tuebimur. Syluanus. *quæst.40.* Gayl. *lib.2. obser.50. nu.7. cum seqq.* Borch. *cap.8. n.8.9.*

13. Successiue quæritur, an fidelis, qui statuto tempore non petiit inuestituram, moram purgare possit? nos præcise negamus; quamuis non desint, qui contradicant. Mynsing. *obseruation.9. numer.2. centur.5.* Sonsbeccius *part. 11. num.9.*

14. Sane tempus petendæ inuestituræ, quamuis prorogare dominus possit, minuere tamen aut coarctare inuito vasallo minime potest. Syluanus *q.15.16.* Borch. *c.7. n.36.*

15. Hinc euadit quæstio, si tempus voluntate vasalli sit diminutum, an si intra tempus conuentum non petierit, feudo priuetur vasallus, ac si intra tempus legale non petierit? nos negatiue concludimus. And. de Isern. *in d. c.1. quo tempore miles.* Syluan. *q.17.*

16. Prædictum tempus anni & diei vtile est: Quælibet enim iusta causa impeditiua vasallum non petentem excusat à feudo, ne cedat. *cap.1. §. fin. de prohib. per Lothar.* Syluan. *q.83.*

17. Vt si bellum aut pestis vigeat in patria vasalli; aut si inimicitiæ capitales absque culpa vasalli inter dominum & vasallum exortæ sunt. Sonsbeccius *part.11. numer.20.* Schurpff. *consil.21. centur.3.* Borcholt. *capitul.8. numer.10.*

18. Excusat etiam vasallum absentia domini, nisi sit in loco vicino: item si va-

si vasallus ex iusta causa absit: tunc enim nec procuratorem mittere cogitur ad petendam inuestituram. Syluan. *quæst.* 72.73.74. Sonsb. *part.* 11. *num.* 11. Borch. *c.* 8. *n.* 19.20.

19. Item si possessio non sit penes ipsum vasallum, vt si promissio tantum ei sit facta de inuestiendo, aut dominus possideat, vel tertius extraneus. Henning. Goden, *cons.* 13. *nu.* 19. Roland. à Valle, *consil.* 18. *n.* 16. Schurpff. *cons.* 74. *cent.* 2.

20. Quid si dominus elapso temporis spatio seruitium scienter à vasallo receperit? Putamus ingratitudinem remissam censeri, etiamsi dominus de iure suo sit protestatus, Sonsb. *part.* 11. *num.* 22. Schurpff. *consil.* 74. *nu.* 2. Borch. *c.* 8. *num.* 24.

21. Porro non solum per se, sed etiam per procuratorem volente domino inuestituræ renouatio dari & accipi potest. *c.* 1. §. *sed vtrum. per quos fiat inuestit.* vbi Iacob. de Beluis. & Aluar. Menoch. *consil.* 63. *nu.* 13. Schurpff. *consil.* 65. *centur.* 2.

22. Quod si vasallus decedat relictis filiis infantibus, hi etiam volentes inuestituræ renouationem petere non possunt. Aluar. *in c.* 1. §. *si minori, si de feud. defunct. content.* Syluan. *quæst.* 56.

23. Impubes etiamsi doli sit capax ad petendum, cogi non potest antequam ad annum 14. (quod tempus etiam de pupilla accipimus) peruenerit; volens tamen admittitur. *d. cap. vnic.* §. *finiu non*, vbi Andr. de Isern. Syluan. *quæst.* 54.55.

24. Quinimo horum nomine, quia solus tutor recognitionem feudi recipere, & fidelitatem præstare possit, non ambigimus. Iac. de S. Georg. *in verb. qui quidem inuestiti, col.* 6. Sylu. *quæst.* 57.

25. Puberibus, si non petierint, currit quidem tempus, sed læsis beneficio restitutionis in integrum (quicquid contradicat Schenck. ad §. *praterea, de prohibit. per Fridericum.* quem sequitur Sonsbec. *part.* 11. *num.* 22.) succurrendum esse, num defendi possit? videbimus, Zasius *part.* 7. *num.* 8. Wesenb. *cap.* 8. *num.* 8. Borch. *cap.* 8. *num.* 18. Schenck. *ad* §. *præterea, de prohibit. feud. per Frideric.*

26. Hinc sobria consideratione digna occurrit quæstio, si vasallus decedat, duobus relictis filiis, vno minore, altero maiore; & maior intra annũ & diem recognitionem non fecerit; an excusetur ex persona minoris? nos affirmatiuam tuebimur. Syluan. *quæst.* 58.

27. Quod si vasallus legitimo tempore recognitionem petierit, dominum laudemi. id est, 50. parte pretii afficere debet, vltraque domi-

nus exigere non poteſt Schurpff. *conſil. 21. cent. 3.* Syluan. *quaeſt. 20. per tot. part. 2. quaeſt. 50.*

28. Deniq; & illud ſciendum, dominum in renouatiua inueſtitura formam & tenorem antiquæ inueſtituræ immutare, nec pacta noua adiicere, nec quicquam innouare poſſe, niſi de vtilitate eius, qui ius habet ex veteri. Zaſ. *part. 6. nu. 23.* Kirchouius *conſ. 0. nu. 68. tom. 2.*

29. Ex quibus conficitur, clauſulam illam, quæ vulgo inueſtitus, adiici ſolet, ſaluo iure aliorum, &c. parum aut nihil operari. Zaſ. *part. 7. num. 25.*

30. Ex præmiſſis illa ſuboritur quæſtio, an vaſallus cogatur oſtendere inſtrumentum ſuæ inueſtituræ, ſi non conſtat, qua de re vaſallus ſit? Nos affirmatiue concludimus. Molinæus *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu. 6.* Piſtor. *part. 2. quaeſt. 46.*

DISPVTATIONIS VI.

De feudi præſcriptione, & renouatiua inueſtitura, obiectiones & reſolutiones.

SVMMARIA.

1 *Feudum acquiritur præſcriptione vel poſſeſſione* 30. *annorum in rebus ſecularibus: in rebus vero eccleſiaſticis feudum præſcribitur* 40. *annorum ſpatio.* num. 8.
2 *Præſcriptionis definitio quæ?*
3 *Vaſallus vtile dominium in feudo conſequitur; eius vero proprietas penes dominum manet.*
4 *Præſcriptio dicitur quoq; exceptio: & hæ duo in forma plurimum differunt*, num. 5.
6 *Longum tempus ſunt* 10. *anni inter præſentes, &* 20. *inter abſentes.*
7 *Quæ mora facultatis ſunt, præſcriptione non tolluntur.*
9 *Dominus an feudales fundos liberos præſcribere poſſit?*

1 TErtio feudum † acquiritur præſcriptione vel poſſeſſione 30. annorum, id quod expreſſe affirmatur *in c. Vn. §. ſi quis per 30. annos ſi de feud. defunct. content. ſit.* Eſt autem
2 vſucapio ſeu præſcriptio † adiectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti. Quemadmodum definitur à IC. Modeſtino *in l. 3. ff. de vſurpat. & vſucap.* Dixi, *eſt adiectio dominii*, hoc eſt, modus acquirendi dominium vtile, quando in feudali
3 materia loquimur: non enim proprietatem feudi vaſallus conſequitur, quæ † ad alium ſpectat, ſed tantum vtile dominium, hoc eſt ius vtendi, fruendi, *c. Vn. § fin. de inueſtit. de re alien. fact.* Tempus definitum in iure feudali ſimpliciter ſunt 30. anni *d. §. ſi quis per 30. annos.* Si quis igitur per 30. annos continuos & non interruptos *l. 2. C. de præſcript. long. temp.* feudum poſſidet, & ſeruitium domino exhibet, quamuis ea de re non ſit inueſtitus, ſed vt allodiale habuit, feudum tamen præſcriptione 30 annorum retinet. Zaſ. *part. 6. nu. 50.* Sonsb. *p. 9. n. 1. 2. & 42.* Curt. *p. 2. in 4. membr. n. 14* Weſ. *c. 6. n. 3.* Borch. *c. 7 part 3. nu. 1.* Mynſ. *cent. 4. obſ 29.* Quamuis paulo aliter diſtinguat Iul. Clar. *in § feudum quaſt 45.* Requiratur igitur, vt per 30. annos continuos id habeat vaſallus, vt feudum, & vt præſtet ſeruitia; & ſufficit ad minimum ſemel ſeruitium eſſe præſtitum. Zaſ. & Borch. *dictis loc.*

Sed

Sed obiicitur *c. vnic. vers. inde etiam dicitur. de consuet. rect. feud.* vbi dicitur, si aliquo tempore, puta, anno (vt explicatur *in d. c. vnic. in fin. si de inuest. inter domin. & vasal. lis oriat. & gloss. in d. vers. inde etiam*) quis sciente, præsente & non contradicente domino feudum tenet, licet de eo non sit inuestitus, eum obtinere feudum: Ergo non requiruntur triginta anni; sed vnus sufficit.

Resp. Quamuis Hottom. illa verba, *aliquo tempore*, accipiat pro 30. annis, tamen sententia Zasii *part. 2. num. 11.* & Sonsb. *part 9 nu* 41. est verior, qui pro vno anno accipiunt illa verba, secundum *dict. cap. vnic. in fin. si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur.* Pugnare autem hæc videntur cum *d. §. si quis per 30. annos*, rem aliquam, vt feudum, tenet, & seruitia præstat, præscriptione 30. annorum se tueri potest, nec opus habet hoc casu possidens iurare, nec ipse dominus volens contrarium probare audietur. In *d. vero cap. vnic de consuetudine recti feudi.* & *d. cap. vnic. in fin. si de inuest. inter dominum & vasallum lis oriatur*, post factam probationem, hoc est, post præstitum iuramentum, demum feudum retinet is, qui per annum sciente domino tenuit: alias feudum non retinet, vt exp. esse additur *in d. cap. vnic. de consuetud. rect. feud.* & ita gl. etiam sentit. Sicq; ea conciliat Sonsb. *part. 9 nu. 42. in fin.*

Secundo obiicitur: præscriptio † est exceptio, *argumento Rubr. ff. de except. & præscript.* 4
Ergo non est modus acquirendi.

Resp. Argumentum hoc in loco ductum ex Rubrica non procedit, cum hæc † duo plu- 5
rimum in forma differant, licet ad vnum finem tendant, nec vnum & idem sunt, licet si quis æque præscriptione, atq; exceptione tueatur; sed præscriptione quid acquiro, exceptione retineo.

Tertio obiicitur *cap. vnic. de prohib. feud. alienat. per Lotharium, & cap. vnic. de prohib. feud. alienat per Fridericum*, vbi dicitur, nullius temporis præscriptionem obstare. Ergo nec 30. annorum.

Resp. Id procedit in eo casu, quando alienat vasallus feudum, tum dominus fundos alienatos rursus vindicare potest, nulla præscriptione obstante, vt infra dicemus.

Quarto obiicitur *c. vn. in pr. de vsu Mediolanens.* vbi dicitur, longum tempus requiri.
Longum autem tempus † sunt 10. anni inter præsentes, 20. inter absentes, *tot. tit. C. de long.* 6
temp. præscr. §. 1. Instit. de vsucap. Ergo male 30. anni requiruntur.

Resp. Cuiacius longum tempus pro 30. annis accipit, cum de 30. annis *in d. cap vnic de vsu Mediolan.* quid subiiciatur; id quod etiam gl. ibidem sentit. Deinde ille textus, vt & capitulum præcedens, loquuntur de feudo dato inuicem legis commissoriæ, hoc est, de iure reluendi pignoris. Et quidē cessat lex commissoria de pignoribus, & vsucapi dominium pignoris a creditore potest, quia pro alieno possidet. *l. pignori. 17. ff. de vsurpat. & vsucap.* nec longo tempore acquiri potest. *l. nec creditores 92. l. vltim. C. de pignor. act.* In *d.* autem *cap. vnic. de vsu Mediolanensium*, si alleget præscriptionem filius, patrem vel se, post factam pignorationem pignus in feudum accepisse, datur defensio. Et Hottoman. *ibidem* affirmat, hoc capitulum non esse referendum ad loca, in quibus agitur de præscriptione 30. annorum. Nam in illis locis vasallus pro suo, & sibi, & bona fide possidet: hic creditor alteri, & pro alieno, & mala fide possidet: An autem iuri reluendi pignoris possit præscribi 30. vel 40 annis, velut fuit inter Rogerium & Bulgarium, veteres interpretes & glossatores contentio? Et non posse Rogerius defendit, quæ sententia est vera, & probatur *in dd. capitib.* Non enim tollitur, nec 100. annis, Mynsing. *cent. 1 obser. 16.* Cuiac. *in d. l. pignori. 17. ff. de vsucap.* eaque sententia est æquior, verior & melioribus ratio-

7 rationibus suffulta. Gayl. *lib 2 pract. obseruat. obser. 18. num 5* quia quæ† meræ facultatis sunt, præscriptione non tolluntur, *l. 2. in publicam ff de via publica. l. cum notissim. 1. §. illud generaliter. C. de prascript. triginta vel quadraginta annorum.* Quamuis tamen Baldus *in tract. de praescript.* distinguat hoc modo: aut competit ius offerendi pro actione iam nata, & tollitur præscriptione triginta vel quadraginta annorum, quia illud ad actionem, non ad ius luendi referendum est.

Quinto obiicitur *cap. vnic. §. idem sciendum. de notis feudor.* vbi 40. anni requiruntur ad præscriptionem.

Resp. Cuiacius affirmat agi de re, quam quis cum socio habet communem, illa diuidi potest, & in feudum pars dari potest: & si facta est à patre inuestitura, ratam eam debet habere hæres, filius scilicet, sed ad æquam portionem partis, & ad adæquationem potest agi communi diuidundo, vel familiæ herciscundæ iudicio per 40. annos, quod specialiter in hoc casu exceptum est ex constitutione Friderici Secundi.

Deniq; obiicitur *cap. vnic. §. Titius. si de feudo defuncti contentio sit. & cap. vnic. §. vltim. qualiter olim poterat feudum alienari.* vbi annale silentium tantum requiritur. Ergo non 30 anni.

Resp. Quando fit alienatio vel refutatio sciente domino, vel agnato, tum annuale silentium sufficit. In nostro casu est aliud, vbi feudum non alienatur, sed tantum acquiritur vasallo, & in eo damnum dominus non patitur. Et hæc, de quibus hactenus dictum
8 fuit, procedunt in causis secularibus: Feudis namq; ecclesiasticis præscribuntur† 40. annorum spatio, secundum iuris ciuilis dispositionem in *Nou. 111 & Nou. 131* Mynsing. *d. loco.* Zasius *d. loco.* Borch. *c 7 part. 3 num.* 8. Et quod de vasallo dictum fuit, id etiam ex natura correlatiuorum in domino obtinet, quia vicem sibi reddunt vasallus & dominus in omnibus. *cap. vnic. §. fin. de form. fidelit* Ergo dominus etiam 30. annis seruitia à vasallo acquirere potest præscribendo, si vasallus per 30. annos fundos aliquot, vt feudum possedit Myns. *d. cent. 4. obseruat. 29.* Wes. *c. 15. n. 13.* Iul. Clar. *in § feudum. quaest. 19. n. 2.* Borch. *c. 7. part. 3. num. 4. & 10.*

9 Coronidis loco mouetur quæstio: An dominus† feudales fundos liberos præscribere possit? Pone casum: Vasallus quidam à domino tenuit feudum, deinde mortuus est. Agnati negligunt petere illud feudum, dominus igitur quiete possidet per 30. annos vel vltra; quæritur, anne tum agnati possent recuperare illud feudum? Et deciditur, quod non, sed dominum libertatem sibi acquisiuisse præscribendo, & dominium vtile cum directo consolidari. Id Zasius affirmat esse notabile, seq; hunc casum de facto habuisse, *p. 6. n. 33.* Atq; ita in Camera Imperiali crebrius fuisse conclusum testatur Myns. *cent. 4. obs. 28.* Borch. *c. 7. part. 3 num. 11.* Et tantum etiam de præscriptione.

Ad Thesin 1.] Contra obstat §. 1. *in fin. de vsucap.* Item obstat *cap. 1. quibus mod. feud.* vbi requiritur, vt fit inuestitus. Respond. Præscriptionem haberi loco inuestituræ præsumtæ. Item obstat, quod consuetudo non inducitur pluribus actibus, per §. *constat, de iur. natur gent. & ciuil.*

Ad Thesin 5.] Contra obstat *l. omnes. C. de praescrip 30. vel. 40. annor.* vbi omne ius tollitur. Item obstat *c 1. de vsu Mediolanensium.*

Ad Thesin 6.] Contra obstat *l. 15. § 27. de dam. infect.* vbi fundus vectigalis potest vsucapi. Item obstat *l. cum sponsus. §. in vectigalibus, de Publ. in rem. act.* Item obstat, quod vsusfructus potest per alienationem longo tempore acquiri, per *l. 36. de vsu & vsufruct. leg.* Ergo & feudum. Idem obstat *l. Impp. 7. de publ. & vectig.* vbi præscribi potest.

Ad

Ad Thesin 10.] Contra obstat, quod textus nullus distinguit. Resp. Hoc esse verum, nisi euidens hoc suadeat ratio, *argumento cap. 1. An filius vel Agnat.* vbi filius non potest retinere feudum, & hæreditatem repudiare. Item obstat *titul.* 22. *lib.* 1. vbi mortuo domino inuestitura petenda est. Resp. Hæredem non dici, nisi adita sit hæreditas cum oneribus.

Ad Thesin 11.] Contra obstat *cap.* 1. *quo tempore miles*, vbi debetur annus & mensis. Resp. Pro voce *mensis* legi debere *dies*.

Ad Thesin 12.] Contra, vbi requiritur integrum tempus, obstat *l.* 19. *C. de iure delib.* vbi tantum vnus conceditur annus; imo & semel quidem per *l.* 22. §. 13. *C. d. tit.* Item obstat *l. Æmilius* 38. *de minorib.* vbi non restituitur minor, propterea quod cum eius patre contractus initus erat. Neq; respond. thesin loqui de feudo antiquo: Leges autem de feudo nouo, quia tum obstant verba finalia thesis, vbi distinguitur: In antiquo enim feudo successori conceditur integrum tempus, quia successor habet feudum à principio: magis beneficio alterius quam præcessoris, & quasi ex successorio edicto. Vnde tempus in persona præcessoris inceptum non debet ipsi successori nocere. *arg. l.* 1. §. 10. de propria, non de præcessoris inuestitura, vt Curt. *part.* 4. *n.* 51. & facit *l.* 2. *de Vsufr.* quia erat beneficium personale, vt supra dictum fuit in eius definitione.

Ad Thesin 13.] Contra obstat *l. ex hoc* 8 *de alien mutand. iudic. causa facta.* Item obstat *l.* 8. *in pr. C. de omni agro desert.* Item obstat *c.* 1. § 3. *lib.* 2. *tit.* 52. vbi contrarium dicitur intelligere. Si autem nullus est textus, sed tantum Mynsing. authoritas.

DISPVTATIO VII.

De mutua obligatione domini & vasalli.

CONTINVATIO.

Post modos acquisitionis feudi expositos, consequens est, vt constituto iam feudo videamus, ad quid vasallus & eius dominus obligatus sit?

Thesis 1. Ac de primo quidem vasalli officio, nempe de inuestitura petenda, & de fidelitate præstanda, superioribus disputationibus actum fuit.

2. Secundo, vasallus à domino neq; excommunicato, neque bannito requisitus, seruitia debita & honesta, etiam nulla eorum in inuestitura facta mentione eidem præstabit, ita quidem, vt si ea deneget, iustissime feudo priuari posset, nisi iustam habeat causam, vt quod egestate laboret, cur feudum domino oppignorauerit, *cap.* 1. §. *licet. & ibi Dd. si de feud. defunct. content.* Schneid. *part.* 5. *n.* 91. 100. 105. & 117.

3. Vbi quæritur, an & quatenus dominum in expeditione sequi teneatur? & quidem si contra hostem fidei Christianæ, aut pro defensione sua bellum gerat, quocunq; loco velit, eum sequetur: sin vero vt ditionē suam

R augeat

augeat, tunc si in vicinia ex humanitate officia præstabit: sin procul, nullo iure ad id obligatus est. Schneid. *part.5.nu.94.*

4. Quæ distinctio locum habet, si dominus iustum vel probabile bellum exercendi causam habeat: nam si bellum irrationabile susceperit, tum ad defensionem ei suppetias ferre potest, sed nō cogitur, *c.1.§. domino Guerr. hic finitur lex.* & ibi Schenck. Wurmser. *obs.30.tit. de feud.* Curt. *p.4.n.6.* Iac. de Beluis. *in c.1.quib. mod. feud. amit. pag.35. vers. quæro ergo.*

5. Et quidem in propria persona hæc à vasallo seruitia, nisi natura impediatur, vt quia sit impubes, fœmina, mutus vel alias inhabilis, præstanda sunt, *c.1, in fine, in quibus causis feudum amitt. cap.1. §. si minori. si de feud. defunct. content.*

6. Pluribus quidem domini hæredibus pro parte hæreditaria, si seruitium sit diuiduum, si indiuiduum, vni quem ipsi, aut si inter eos non conuenerit, quem dominus inde elegerit. Pistorius *par.2.quæst.47 cap.1. si plures sint, tit.77. lib.4.*

7. Quid autem statuendum de vasallo, qui diuersa à diuersis dominis bella suscipientibus feuda tenet? & si quidem inuicem bellum gerant, antiquiori tantum seruiat, si contra alios, antiquiori personale seruitium præstabit: posteriori vero per substitutum seruiet, Pistor. *part.2.quæst.47.cap.1.§. illud quoq; præcipimus. de prohib. per Frider.*

8. Antiquiorem dominum magis ex natura feudi, quam ex persona vasalli æstimamus. Pistor. *quæst.47.*

9. Cuius vero sumptibus seruitia præstanda sint, quæritur? etsi in inuestitura nihil expressum vasallus si feudum sit amplum, intra tamen, non extra territorium domini ea faciet. Borch. *c.1.n.25.* Wurms. *obs.31.tit. de feud.*

10. Non autem quemadmodum vasallus domino seruite, ita etiam eundem pressum creditoribus subleuare aut pro debitis carceratum liberare tenetur, *c.1.§. licet. si de feud. defunct. content. c.1.§. item si delata. quæ fuit princ. causa benefic.* Schneid. *part.5.n.121.123.*

11. Quamuis contrariam in alimentis domino inopi pro facultate feudi præstandis sententiam cum Bartol. amplectamur. Batt. *in l. aliment. §. Imper. de liber. agnat.* Hartm. Hartmanni *obs.33.tit. de feud.*

12. Tertio, tenetur vasallus legitimæ ætatis cum domino in publicam expeditionem ire, vel alium domino acceptabilem mittere, aut dimidiam partem reditus feudi singulis annis soluere, *capit. primo. §. firmiter, de prohibitian. per Fridericum. capit.1. de allodiis. & capit.1. de capit. Corrad. in princip.*

13. Quarto,

13. Quarto, obstringatur vasallus ad omnem reuerentiam, cultum & honorem domino præstandum. *c.1.de form. fidel.*

14 Cui consequens est, eum testimonium contra dominum reddere non posse, quamuis actionem ciuilem etiam interdictum vnde vi; non autem actionem criminalem contra eum recte intentet, *cap.1.§ similiter. de consuetud. recti feudi. cap.1.§.item si delator. qua fuit prima causa.* Mynsing. *cent.4. obseruat.91.*

15. An vero sine venia impetrata variatum fuit? nobis affirmatiua verior videtur. Myns. *d.cent.4. obs.92.*

16. Quinto, cogitur etiam vasallus domino tradere instrumentum recognitionis feudi per literas reuersales, quibus dominum agnoscat, & in quibus etiam specifice enumeret res, quas à domino in feudum tenet. *c.1.§. vasallus.& §.si vasallus.si de feud.defunct.content.c.1.§.fin. de leg.Corrad.* Pistor. *part. 2.quæst.46.*

17. Deniq; ita feudum vasallus administrabit, ne quo modo, puta syluas excedendo, aut subditos male tractando, deteriorem eius conditionem faciat, *cap.1.§.econtrario. de inuest. de re alien. facta. cap.1. de public. latron. de pace tenenda.*

18. Seruitutem tamen tam realem, quam personalem in sui præiudicium feudo recte imponet, non etiam vt ex eo domino vel agnatis, etiamsi per longissima perseuerauerint tempora, seruitus præiudicium aliquod generet *cap.primo.§.rei autem, de inuestitur. de re alien.* Pistorius *obseruat.28.titul.35. de feud.*

19. An autem feudum vel totum vel partem alii subinfeudare possit, non immerito quæritur? Et alii sibi pari & æquali eadem lege actiori quidem, sed non meliore etiam contradicente domino vel agnatis, illud concedere posse, dummodo id sine fraude fiat, concludimus, *cap.1.§.similiter. de leg.Corrad.cap.1.§.beneficium.si de feud. defunct. content.* Mynsing. *centur.1. obseruat. 62.*

20. Quæ quidem subinfeudatio domino in perpetuum præiudicat, si modo subinfeudatus ipsi seruire, & ab eo feudum recognoscere velit agnatis, vt quandiu subinfeudans, vel aliquis descendentium eius in viuis existat, *cap.1.§.fin vero.qualiter olim feud pot.alien.c.1.§.fin. si de inuestit. feud. controuers.fuer.*

21. Quod si subinfeudatus feudum alienare velit, cuius consensus requiratur, quæritur? Et in feudis subinfeudari solitis immediate domini, in aliis superioris consensum necessarium esse concludi-

mus adhoc, vt defuncto quoque subinfeudante alienatio valeat. Pistorius *part.2.quæst.45.*

22. Hactenus de officio vasalli; nunc de officio domini videamus, vbi pro regula tenendum, dominum ad ea omnia, quæ iuuat vasallus & securitatis defensionisq; habet, fideli suo vicem reddere debere, cum dominus vasalli in coniugem & collegam habere dicatur, text. *in c. 1. in pr. de not. feud.* Mynsing. *cent.4. obseru.91.*

23. Primum itaq; dominus vasallum contra omnes, Imperatore domino superiore; & quandoq; patre excepto vasallum contra omnes protegat, *c.1.§.9. hic finitur lex.*

24. Secundo, abusiua vasallo concessa à domino inuestitura potest is, si iurare paratus sit, propria authoritate possessionem vacuam apprehendere, vel dominum præcise ad traditionem possessionis, & omnem vtilitatem intrinsecam ex moræ tempore præstandam compellere, si quidem facultatem tradendæ habeat dominus, nam alias præstando interesse feudale liberatur, late Pistor *part.2.quæst.29.*

25. Neq; sufficit semel vacuam possessionem tradidisse, sed eandem ad se reuersam, dominus eam iterum tradere cogitur, *argum.l.si quis. §.constat.si seruitus vindic.*

26. Quod si dominus Mæuium abusiue, Sempronium postea itidem abusiue inuestiret, Mæuii partes potiores erunt contra reum statuentes, si Sempronio propriam concesserit inuestituram. Myns. *cent.4.obs.61.*

27. Priori tamen casu Sempronio, posteriori Mæuio, ad feudum æquiualens, vel nummos in feudum dandos tenebitur dominus. Pistor. *part. 2.quæst.29.*

28. Tertio, feudo euicto dominus cogitur vasallo aliud feudum, eiusdem bonitatis vel quantitatis concedere, dummodo vasallus feudum, feudum alienum esse, ignorauerit, & vtroque casu dominum authorem suum laudauerit, *c.1.in pr.de inuest.de re alien.c.1.si vasall.ab aliq.interp.*

29. Deniq; non debet vasallo inutili dominium molestiam traditione facta inferre, aut conditionem eius deteriorem facere, *cap.1.de pace ten.* Pist. *obseru.43.tit.de feud.*

30. Non potest igitur ius suum inuito vasallo in alium transferre, nisi proprietate feudi vasallo applicanda cadere velit, *c.1.§.ex eadem lege. de leg. Corrad.c.1.§.domino.si de feudo defunct.content.* Curt *pag.6.n.3.4.*

DISPV-

DISPVTATIONIS VII.

De mutua obligatione domini & vasalli, obiectiones & resolutiones.

AD *Thesin* 4.] Contra, si is qui iniusse præliantem adiuuat, non dicitur opem ferre, sed ad peccandum nos adiuuare, sequetur vasallum non debere multo minus teneri in hoc casu opem ferre: Sed prius, vt Iac. de Beluiso & Curt. *d. loco*, in thesi per *c. si res. nu. 4. q. 7. & c. 1. q. 6. n. 14.* Ergo & posterius.

Ad Thesin 5.] Contra obstat thesis 12. infra eodem, vbi dicitur per substitutum hoc expediri posse. Item obstat *l. 180 ff. de reg. iur. & l. 56. cum simil.* ibi annotatur à Godofredo, *ff. de solut.* vbi quod quis per alium facit, hoc ipse videtur fecisse. Neque respondeo industriam personæ hic requiri, *l. inter 31. de solut.* quia tum obstat d. thesis 12. vbi plane idem ponitur casus. Item obstat *tit. 55. §. firmiter & tit. 40. respons. 1. & tit. 99. in fin. & titul. 100. in fin. lib. 2.* in quibus textibus licet alium substituere. Imo *in d. l. 99.* agitur de feudo ligio, quod est arctissimum, vt ibidem apparet, & tamen licet ibi per substitutum seruire; multo magis in feudo communi. Resp. Si agatur causa vasalli, propriam requiri personam, si Imperatoris, posse hoc per substitutum expediri: Item quod etiam inhabiles teneantur adiuuare dominum, probo per *l. 1. §. 28. & § 36. & l 3. §. 10. & l. 19 de SC. Syllan.* vbi plectuntur etiam hi, qui clamore & voce auxilium non præbuerunt: Ergo inhabiles non excipiuntur. Item quod vasallus contra omnes (iuxta *l fin. hic finitur lex*) & sic etiam contra seipsum iurare teneatur. Probo 1. quia generaliter iurauit contra omnes homines, ideoq; generaliter facienda est interpretatio per *l. 9. in fin. de liber. legat. & l. 16. C. de fideicommiss.* & maxime cum teneatur contra filium proprium, qui eadem cum patre dicitur esse persona, *arg. §. ei qui sicut. Instit. de inutil stipul.* Huic quoque nihil interesse dicitur, vtrum liberis aliquid inferatur damnum, vel patri, per *l. 8. in fin ff. quod metus causa.* Deinde facit, quod si aduersus filios vasallus tenetur dominum defendere, multo magis aduersus seipsum, *arg. l. 38. vers. porro. de condict. indebit.*

Ad Thesin 9.] Contra obstat: Absque lege loqui erubescimus, *Nou. 18. cap. 5.* At hic absq; lege loquimini: Ergo male. Probo assumt. quia tantum ponitis autoritatem Dd. scil. Borch. & Wurmseri, qui nulla habent fundamenta, quibus probent. Nam quod ad Borch. fundamentum attinet, ille argumentatur à liberto & patrono ad vasallum & dominum, quod videl. patronus teneatur libertum egenum alere, *arg. l. suo. 18. cum 2 seqq.* Sed hoc argumentum esse inualidum probo per *tit. 26. lib. 2. §. licet*, vbi vasallus non tenetur liberare dominum suum. Deinde quod in illis non sit eadem ratio, constat inde, quia libertus ratione beneficii sui, id est, libertatis, patrono plus est obligatus, quam vasallus domino: Libertas enim inæstimabilis res est; vasallus vero pro feudo pecuniam certam dedit.

& ciuili. §. *inter eas quoque* iuncto §. *duorum. Instit. de nupt. l. celebrando. C. denup.* & hæc sequentibus tam Theologis, Beza *in tractat. de diuort. & repud. pag. 41.* Dn. Chytræo *in explicat. Leuit. 18. in reg. 2. 3.* Chemnitio *in exam. Concilii Trident. part. 2. in loco, de matrim. sess. 8. can. 3. in fin.* quam Iurisconf. Wesenb. *d. §. inter.* Sonsb. *part. 12. num. 58.* definiendum esse existimamus.

12. Delicta, quæ dominum respiciunt, aut commissionis sunt, aut omissionis, gloss. *in l. si mora, & ibi Doctores, soluto matrimon.* & illa his grauiora esse dicuntur, Gayl. *de pace publica, lib. 2. capit. 6. numer. 2.* per textum, *l. 40. de pœnis.*

13. Delicta commissionis sunt, si dominum non mortuum, nec mortifere vulneratum dimiserit, *libro primo, titul. 17. 27. & libro secundo, titul. 24. §. item, qui dominum.* Si pudicitiam sponsæ, vxoris, filiæ domini attentant, aut tale quid fieri procurant, *libr. 1. titul. 5. §. item si fidelis, libro secundo, titulo 24. §. rursus.* Et hæc ita se habent etiam in sorore domini, si adhuc in domo domini sit, & adhuc innupta, *d. tit. 24. §. rursus.* Alias enim non censetur esse sub tutamine patris.

14. Verum an idem in concubina vel pedissequa domini obtineat, dubitatur? Et in priori casu obtinere rectius statuimus, *libro secundo, titulo 24. §. item qui dominum.* Curtius *part. 4. numero 21. 22.* Sonsbeccius *part. 12. numer. 44.*

15. Si dominum oppugnarit, *libro secundo, titul. 24. vers. porro. libro primo, titulo quinto, vers. similiter.* hostes domini iuuerit, *lib. 2. titul. 55. §. illud.* cum iis amicitias contraxerit (scilicet si in damnum domini emergant) *lib. 2. titul. 57.* & quibuscunque aliis insidiis clandestinis vel manifestis appetierit, *d. tit. 57.*

16. Si delator domini extiterit, *lib. 2. tit. 24. §. item si delator.* illum iniuria affecerit, *d. tit. 24. §. porro.* accusarit, testimonium contra eum dixerit, *lib. 2. tit. 35. §. in quibus.* secreta reuelauerit, *lib. 1. tit. 5. lib. 2. tit. 6. 7.* & reuelatio in ipsius detrimentum facta fuerit.

17. Circa quod incidit dubium, videlicet si dominus contendat reuelationem in ipsius detrimentum factam esse, vtrum domino incumbat probare affirmatiuam, vel vasallo negatiuam? Quod magis probamus. Curtius *part. 4. num. 76. in fin. pag. 375.*

18. Si feudum insigniter deterius reddat, in subditos sæuiat, VVesenbec. *de feud. capit. 15. pag. 268.* nouis exactionibus eos oneret, Gayl. *libro primo, obseruat. 17.* dolo malo feudum inficiatur, *libro secundo, titul. 35. §. fin. titul. 26. §. si vasallus.*

19. De-

19. Delicta omissionis sunt, si renouationem inuestituræ intra annum & diem non petierit, *lib.2.tit.24.in princ.tit.55.§.præterea.capit.1.quo temp.mil. titul.de capitul.Corrad.* aut fidelitatem facere detrectet.*libr.2. titul.24.§.est & alia.*

20. Si iustitiam domino facere negligat, *lib.2.tit.24.§.item qui domino.* Si imminens periculum domino non denunciet, *§.licet, si de feud.defunct.conten.* & requisitus seruitia præstare cesset. *§.firmiter.de prohibit.per Fridericum. lib.2. tit.24.§.sed non est alia.*

21. An autem Imperator de Ducatu, quem ante adeptum imperium à Principe in feudum habuit, post adeptum imperium seruitia præstare teneatur? quæstionis est. Et teneri putamus, *cap.ex facto.de cap.extraord.* Hottoman.*illust.quæst.35.per totam.*

22. Item, si filium vel ministrum requisitus non deducat ad dominum, *lib.2.tit.55.§.insuper.* An & si canonem permissum intra biennium non soluat? quod non existimamus, Borch.*c.3.n.44.de feud.*

23. Deinceps si dominum suum inclusum vel detentum esse sciat, & non curauit eum liberari, cum posset, feudo priuatur, *lib.2.tit.24.vers. item si delator* Iacob.de S.Georg.*de feud.in verb.dictiq, vasalli,num.33.pag.243. cum ibi allegat.*

24. Contumacem etiam feudo cadere certum est, *tit. de mil.vasallo, qui contum.est.lib.2.tit.24.§.illud tamen.* Ita tamen, vt si intra annum venerit vasallus, possessio ei restituatur, Pistor.*part.2.q.50.*

25. Generaliter autem tenēdum est, ex omnibus illis causis, quibus filius legitime exhæredari, donationes reuocari, aut matrimonia dissolui possunt, feudo quem priuari posse, *libr.2.titul.24.§ prædictis.* Curtius *part.4. numer.77.*

26. Si modo dolus interueniat: sed culpa à commisso excusat. *lib.2.tit.26. §.si vasallus.c.fin.de prohib.per Lothar.*

27. Dolum autem dominum probare debere, sub distinctione tuebimur, Wesenbec. *dict.capit.15.pag.273.* facit *titul.51. versicul.si voluerit, in fin. lib.2.*

28. An autem ipso iure hæc pœna inferatur, an per sententiam? quæritur. Et sententiam requiri concludimus. Wesenbec.*pag.275.* Syluan.*de feud. recogn.quæst.23.*

29. Vnde & illud est, quod hæc actio ex commisso vasalli, nec à successoribus domini, nec contra successores vasalli intentari possit. Clar. *§.feudum.quæst.64.65.* Pist.*tom.3.p.1.q.35.*

30. Cum

30. Cum alienationes iure veteri partim concessæ vires & honorem imperii minuere viderentur: salubertimo quasi antidoto eiusmodi peti Diuorum Imperator. Lotharii & Friderici constitutionibus succursum est, *per tit. 52. & 55. lib. 2.*

31. In tantum, vt alienationis verbum latissime accipiendum voluerint, *dict. titul. 55. lib. 2. l. alienationis, ff. de verb. signific. l. fin. C. de rebus alien. non alien.*

32. Vnde hic non solum eo comprehenditur distractionis titulus, quo res tota transfertur, vt est venditio, donatio, legatum, permutatio & in solutum datio, *d. tit. 55. §. donare. qualit. olim pot. feud. alien. tit. 4. §. cum autem. lib. 1. titul. 22. §. 1. lib. 1. l. fin. C. de fund. dotal.*

33. Sed etiam quo pars aliqua, aut ius iure conceditur, vt locatio ad longissimum tempus, oppignoratio in emphyteusin & dotem datio, transactio dotalitii; & vsusfructus constitutio; *titul. 13. §. inde. lib. 1. Nouell. 7. §. alienationis. titul. 55. §. 1. libr. 2. titul. 5. §. aut si libellario, libro 1. titulo 40. lib. 2.* VVesenb. *cap. 11. num. 4. & 5.* Zasius *part. 9. num. 3. 6. 7.* Mynf. *obseruat. 86. cent. 4.* Cur. *part. 4. num. 91. cum seqq.*

34. Quod adeo verum est, vt ne quidem ob necessitatem magnam, aut æris alieni dissoluendi gratia alienatio concedatur. *§. necessitate, titulo 9. libro primo. § licet. titul. 26. libro secundo.* Schurpffius *consilio 5. cent. 3.* Borcholt. *cap. 8. num. 66.*

35. Quinimo notarius, qui eiusmodi alienationem conscribi fecit infamia notatus, amputatione manus plectitur. *§. scriba. titul. 55. libro. 2. §. notarium. tit. 52 lib. 2.*

36. Alienatio illa aut est feudi noui, aut antiqui; in illius domini, in hac etiam agnatorum consensus tacitus vel expressus requiritur, *cap. 1. de alien. feud. pat. tit. 13. lib. 11. §. hoc quoque. de success. feud.* VVesenb. *d. cap. 11. numer. 13.* Mynf. *obseru. 85. 87. cent. 4.*

37. Vtrum autem ille statim in ipso alienationis actu interuenire; an vero subsequi possit, in dubium vocatur? & vt sequi possit, communis est opinio. *c. 1. in verb. ratum non habentibus. de alien. feud. pater l. fin. C. ad SC. Macedon.* VVesenb. *d. c. 11. num. 15.* Ardiz. *c. 101.*

38. Qui si non interueniat, per alienationem totius totum, per alienationem partis partem etiam ipse vasallus perdit, *tit. 38. lib. 2, tit. 24. §. illud. lib. 2. l. sancimus. C. de pœnis. 6.* Borch. *c. 8. num. 32.*

39. Idque obtinet, etiamsi alienando suam & domini conditionem faciat meliorem, aut de iure domini protestetur, *titul. 24. libro secundo. in*

S *fin. l.*

fin.l.fin.ff.de vsu & habitat. Boreholt.*d.cap.8.num.78.79.* Gayl. *libr.1.obseru.101. & 102.*

40. Adeo autem vasallus iure suo cadit, vt dominus nulla obstante præscriptione etiam non oblato pretio rem feudalem possit vendicare, *titul.55. lib.2.§ 1.& de cap.Corrad.§.præterea.*

41. Bonæ fidei emtor ad pretium vel interesse, cum venditore eiusque hærede, ratione euictionis agere potest: secus malæ fidei, qui simul cum re pretium amitt t.*§.nos autem.tit.55.lib.2.tit.8.lib.2.§.si vasallus,tit.26.lib.2.l.cuius per errorem.de reg.iur.l.27.C.de euict.*

42. Plane possessionem ex inutili feudi alienatione nihilominus transire, ac proinde possessori spoliato recuperandæ possessionis remedium cõpetere putamus, *l.1.§.deiicitur de vi & vi arm ta.cap.in litteris. & c.sæpe de restit. spoliat.can. reintegranda.caus 3.quest.1.* Schurff.*consil.10.cent.3.*

43. Vt autem in prædictis vasallus alienandi potestatem non habet: sic vice versa non potest inuitus à domino transferente directum dominium abalienari, *cap.1.§.ex eadem.de leg.Corradi.§.præterea.de prohib.alien.per Fridericum.* Wesenb *c.9.n.9.*

44. Alienationis vox accipienda est cum effectu: vnde si citra dominii vel possessionis translationem facta fuerit, à caducitatis pœna vasallus est excusandus; non item si traditum postea recuperauerit. *§.callidis.titul.55. lib.2.§.alienatum.de verb.sig.tit.44.lib.2.*

45. Hinc locationem simplicem, transactionem, decidendi litigii causa, subinfeudationem, refutationem, ignorante domino, tempestiue factam validam esse, cum receptiore Dd.sententia putamus. *§.donare.tit.9.lib. 2.l.non solet.ff.locati.§ beneficium.titul 43.lib.2.§.si vero titul.9.lib.2.cap. 1.de vasall.decrepit.ætat.*

46. Prout feudi non habentis annexam dignitatem (secus de Germaniæ consuetudine) diuisionem, seruitutisq; impositionem in præiudicium tantum impotentis, ratas esse haud ambigimus.*tit.55.§ præterea.lib. 2.tit. 26. §.omnes filii.lib.2.§.rei.tit.8.lib.2.* Gayl.*lib.2.obs.153.*

47. Pari ratione impunitus est vasallus, si talis sit consuetudo loci, aut ea lege feudum datum sit, vt ipse, aut cui dederit, habeat, vel saltem domini permissu fiat; *cap.1.de feud.non hab propriam natur feud.tit.13.lib.11.§ perfecto.lib. 2.titul.44.*

48. Vnde successiue quæritur, verum bona feudalia in defectu allodialium ex causa iudicati, sine domini & agnatorum consensu pignori capi possint? Et posse obtinuit Gayl *lib.2.de pace publ.c.17.n.16.* Borch.*c.8.n.48.*

49. Si

49. Si tamen pro oppignoratione feudi dominus consentiat, putamus non agnatos, sed ipsum dominum feudo sibi aperto creditoribus ratione sortis principalis teneri, licet oppignorationi consenserit, salue iure suo. Pistor. *part.2 q 48.* Borch. *cap.8.n.62.*

50. Securus quoq; est, si feudum absq; domini consensu in proximum agnatum vel eum, qui omnino post mortem eius successurus est, transtulerit; §. *sed etiam res. per quos fiat inuest. tit.39.lib.2. tit.13.lib.1.* Zas. *p.9.n.24.*

51. Verum pluribus agnatis proximis eiusdem gradus existentibus in vnum translatio facta, maxime si in perpetuum porrecta sit, non subsistit, Zas. *p.9.n.25.* Pist. *p.1.quæst.6.*

52. Vnde etiam illud palam est, si proximis agnatis consentientibus in remotiorem ignorantibus vel reclamantibus mediis transfertur, alienationem non vtriq; esse firmam, *c.1. de alien. feud. pater.* Pistor. *part 1 quæst.7.*

53. Feudum taliter alienatum reuocari potest, vel non: idq; vel à filiis vel agnatis successuris, nisi vel tempore vel consensu suo excludantur, §. *Titius filios. si de feud. defunct. content.* vbi Dd.

54. Nouum feudum à patre alienatum, à filiis reuocari non posse, cum communi statuimus, *titul.31.lib.2. titul.26.* §. *si vasallus culpam, lib.2.* Pistor. *part.1.quæst.4.*

55. Quin idem de paterno, ex pacto & prouidentia asseuerandum, non leues suadent rationes; Quamuis contraria sententia sit receptissima. Pist. *part.1.quæst.3. per tot. l. ea, quæ patre. C. de re stit. milit.* VVurmbs. *tit. de feud. obser.5.* Mynf. *cent.4. obser.85.*

56. Cum etiam feudum merum hæreditarium in præiudicium successorum alienari possit, filios & agnatos heredes illud reuocare non posse, veritati iuris consonum est, Pist. *part.1.quæst.14. l. cum à matre, C. de rei vind.* Gayl. *obs.154.num.12.lib.7.*

57. Antiquum in remotiorem agnatum, vel etiam extraneum alienatum à proximiore agnato, mortuo demum alienatore, non intra vnum, sed 80. annos absque dato pretio reuocari posse, contra communem defendere nitemur. Pistor. *part.1.quæst.5 & 6.* Cuiac. & Hottoman. *in* §. *Titius. tit.26.lib.2.*

58. Quod adeo verum est, vt etiamsi proximior agnatus sit hæres alienatoris: nihilominus tamen iure reuocandi recte vti possit. Pist. *p.1.q.9.*

59. Quin etiam hoc ius reuocandi competit non solum illis, qui tempore alienationes proximiores extiterunt, sed & his defunctis cæteris proximiorem gradum obtinentibus. Pist. *p.1.q.6.n.65.*

60. Poteſt tamen agnatus viuente adhuc alienatore à tempore ſcientiæ intra annum iure prothymiſeos vti,& reſtituto pretio feudum redimere.§ *porro titul.9.libro 2.capit.*1.§ *ſed etiam.per quos fiat inueſtitur.* Piſtorius *part.* 1.*quæſt.11.*

61. Excludit ius reuocandi conſenſus,& 30.annorum præſcriptio.

62. Hanc tandem contra proximiorem in gradu completam ſequentibus agnatis minime obeſſe concludimus:ſecus in patre & filio.Piſt *part.*1. *quæſt.*8.*num.*41.77.*cum ſeqq.*

*Parergon.*Ex omni offenſo,quo vaſallus feudo priuatur,dominum quoq; proprietate priuari,*c.*1.§.*vlt.de form.fidel.*Borcholt.*capit.*8 *num.*177.(puta denegando inueſtituram)Sonsbec.*part.*12.*num.*4 *pro th:ſi etiam facit titul.*16.& 47.*lib.*2.

DISPVTATIONIS VIII.

De amiſſione,alienatione & reuocatione feudi,obiectiones & reſolutiones.

SVMMARIA.

1 *Omnes certis modis naſcuntur & pereunt;idem de feudis dicendum*,n.2.3.
4 *Odioſa ſunt reſtringenda*,n.16.
5 *Occaſio non qualibet vaſallum accepti beneficii ingratum reddit.*
6 *Pœna qualibet proceſſum iudiciarium & ſententiam requirit.*
7 *Feudum amittitur culpa ſeu felonia.*
8 *Delicta ſunt aut omiſſionis, aut commiſſionis: & delicta commiſſionis grauiora ſunt, quam omiſſionis*,n.9.
10 *Dolus neminem excuſat, ſicut ignorantia iuris*, numer.11. *hac feudum non amittit*, num.12.
13 *Delictum omiſſionis an celeri mora ſatisfactione corrigi poſſit? & quomodo in omittendo peccetur?*n.14.
15 *Cauſa omiſſionis quæ?*
17 *Delicta ratione loci exaggerantur: & pœna propter maius delictum exaſperatur*, numer.19.
18 *Lex ad legem eſt addenda.*
20 *Feudum ob concubinam patris adulteram amittitur.*
21 *Quidquid lege fit pœnam non meretur.*
22 *Conatus in pœnalibus ut factum punitur*,n 23.
24 *Adulterium ſoluit matrimonium.& hoc eſt grauius delictum, quam homicidium*, numer.25.
26 *Accuſatio in criminalibus,non in ciuilibus valet.*
27 *Ratio naturalis eſt ius naturale,& ciuilis eſt ius ciuile.*n.28.

29.Ex-

29 *Exhæredatio liberorum, ex quibus causis valet, ex iisdem etiam feudum amittitur: & ex quibus causis quis ingratus fit, ex iis quoq; amittitur feudum.* num. 30. *item ex causis repudii hoc amittitur.* num. 31.

32 *Alienatio feudi illicite facta, amissionem meretur. Definitio eius* num. 33. *mala fides parit causam amissionis.* num. 34.

35 *Scienti & consentienti non fit iniuria.*

36 *Ecclesia in feudo non desinit esse hæres.*

37 *Quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit.*

38 *De alieno largiri species furti est.*

39 *Generi semper per speciem derogatur.*

40 *Mores vincunt leges ciuiles.*

41 *In obscuris id quod minimum est, sequi debemus: & sic in pœnis benignior interpretatio facienda,* num. 42.

43 *Necessitas non habet legem.*

44 *Qui prohibetur alienare, prohibetur etiam vendere, & sic pignori dare,* num. 45.

46 *Rei alienæ oppignoratio non valet.*

47 *Feudum pro filia maritanda, an in dotem dari possit?*

48 *Fructus sunt in vsufructu rei feudalis.*

49 *Occasio alienandi quavis est prohibita.*

50 *Definitio subinfeudationis quæ? eius requisita quæ?* num. 51.

52 *Vasallus mei vasalli non est meus vasallus.*

53 *Homo hominis mei, homo meus non est.*

54 *Libertus liberti mei, non est meus libertus.*

55 *Regnum omne diuisum desolabitur.*

56 *Contractus ab initio sunt voluntatis, ex post facto necessitatis.*

57 *Seruitus realis, an in feuda constituatur, inuito domino? hæc ad tempus non constituitur,* num 60.

58 *Vasallus feudi conditionem meliorem facere potest, non deteriorem sine domini consensu.*

59 *Vsusfructus morte vasalli finitur.*

61 *Expressa nocent, non expressa non nocent.*

62 *Rei suæ propria nemini seruit.*

63 *Pœnalia ad hæredes non transeunt.*

64 *Feudum ex defectu quoq; amittitur.*

NAturale est in omnibus rebus; certis eas † modis nasci & acquiri, certis etiam mo- 1
dis perire & amitti. Videmus hoc in multis iuris ciuilis capitibus, in matrimonio, *tot tit. ff. de diuortio & Republ. Nou. 22. de nupt.* in patria potestate, *tot. titul. Instit. de pat potest. & tit. quib. mod patr potest. sol.* in tutela, *tot. titul. Instit de ordinand. testam. & tit. quibus mod. testamenta infirmentur.* in obligationibus *tot. titul. Instit. de obligat. & tit quibus modis toll. oblig.* Idem in feudis accidit; quæ certis † modis acquiruntur, vt superius dictum 2
fuit. Certis etiam † modis amittuntur, de quibus nunc commode videndum erit. Sine 3
iusta autem causa seu noxa feuda legitime acquisita & conseruata, auferri non possunt, *cap. vnic. in princ. de natura successionis feudi. cap. vnic. in princ. in verb. nisi ex causa iusta conuictus fuerit, de feudo sine culpa non amitt. cap. vnic. §. fin. quo tempore miles.* nec ex omni

causa, ex qua opinio vasalli grauatur, feudum amittitur, *cap. vnic. §. item qui. vers. sed quia natura. quæ fuit prima causa beneficii amittend.* qui textus bene est notandus in causa feudali, vt loquitur Sonsbec. *part.* 12. *num.* 23. & est elegans & bene adhuc notandus. Item Sonsbec. *part.* 12. *num.* 39. Schneidev. *part.* 6. *de successione descendentium. numer.*
4 27. cum odiosa † non sint iuuanda, sed restringenda, *c. odia. de reg. iur. in 6. l. cum quidem. 19. in fin. ff. de lib. & posth. hæred instit.* Ex quo constitutum est *in c. vnic. §. licet vasallus, si de feudo defunct. content. sit, &c.* & *in c. vnic. §. fin. in fin. de alienat. patern. feud.* Si dominus in periurium incidat, qui dare non valeat, quod dare iurauerat, vasallusque cum liberare possit, dando suam pecuniam, si non facit, tamen beneficium suum non amittit vasal-
5 lus; & hoc ideo, vt glossa addit, cum non quælibet † occasio ingratum reddat vasallum accepti beneficii. Vasallus igitur non nisi ex iusta causa priuatur feudo, nec ex qualibet causa, ne quidem ex plenitudine potestatis Principis, secundum communem resolutionem Dd. vt refert Iul. Clar. *in § feudum quæst.* 59. *num* 1. Wesenb. *c.* 15. *num* 4. Borch. *cap.* 8. *num.* 2. Hinc etiam sententiam declaratoriam ad maiorem & euidentiorem causæ examinationem requiri putamus esse æquissimum, ne quis vasallus facile in damnum incidat. Zas. *part.* 10. *num* 107 Iul. Clar. *quæst* 49 *num.* 6. *§. feudum.* Sonsbec. *part.* 13. *num.* 74.
6 Borch *c.* 8. *num.* 157. Nam omnis pœna † requirit processum iudiciarium & sententiam, Sonsb. *part* 13 *n.* 188 Et causæ cognitione in pœnis opus est, Iul. Clar. *quæst.* 62. *per tot.* Gayl. *de pace publ. lib.* 2. *c* 3. Wes. *c.* 15. *n.* 9. Quibus accedit, quod etiam testes requirantur ad probandam ingratitudinem & feloniam aduersus vasallum, & quidem, omni exceptione maiores *c. vn. quot testes sint necessarii ad proband.* & ille textus est authenticus, secundum communiter scribentes. Iul. Clar. *quæst* 60. *nu.* 1. Zas. *part.* 10. *n.* 108. Ex quibus relinquitur, satis iustam & sufficientem causam debere adferri, ad feudi amissionem, quæ culpæ nomine veniat. *d. c. vn. de feudo sine culpa non amit. c. vnic. quib. mod. feud. amit.* idque
7 etiam iusto & legitimo modo fieri debere. Amittitur autem feudum † culpa seu felonia ἀπὸ τῆς φενάκης, hoc est, à fraude seu impostura dicta, Cuiac. *in c. vn. in quib. caus. feud amitt.* Borch. *c.* 2. *nu.* 71. vel sine causa. Culpa, quæ dominum respicit, arguitur ex delictis,
8 quæ sunt † duorum generum, omissionis & commissionis. Et commissionis delicta gra-
9 uiora sunt † iis, quæ in omittendo consistunt. Wesenb. *c.* 15. *n.* 4. Cottas. *lib.* 6. *miscell. c.* 1. *n.* 4. vnde variæ extiterunt causæ amissionis feudi, quæ sub certa regula, & rotunda definitione comprehendi non possunt. *c. vn. in princ. in quib. caus. feud. amit.* Zas. *part.* 11. *num.* 4. Borch. *c.* 8. *n.* 3. Sonsb. *part.* 12. *in princ* cum subinde nouæ emergunt causæ. Et natura deproperet edere nouas formas. *d. c. vn. § item qui. vers. sed quia natura. quæ fuit prima causa benef. amittend. l.* 2. *§. sed quia diuina. C. de vet. iur. enucl.* Et rerum natura conditum sit, plura esse negotia. *l. natura* 4. *ff. de præscript. verb.* vnde iudicis arbitrio, discretioni, solertiæ & æquitati relinquendum est, vt is æstimet, an iusta & digna sit aliqua causa, quæ feudum amitti debeat? quæ tamen causa forte non sit expressa in causis feudalibus. *d. c. vn. § item qui. vers. sed quia natura. quæ fuit prima caus. ... l. placuit.* 8. *C. de iudiciis.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. cent.* 3. *casu* 167. *circa finem.* Sonsbec. *part.* 12. *num.* 51. Borch. *c.* 8 *num.* 192.

Præcipuas vero omissionis & commissionis causas videbimus. In omittendo consistit, quando vasallus feudo priuatur, quod intra annum & diem, eo, quo superius dictum fuit, modo feudi antiqui seu paterni renouationem petere neglexerit, vel cessauerit. *c. vn. in pr. quæ fuit prim. causa benefic. amitt. c. vn. in pr. de capit. Corradi. c. vn. §.* 1 *in princ. de prohib. feud. alien. per Lotharium. c. vn. §. præterea de prohib. feud. alien. per Freder. d. c. vnic. quo tempore*

miles, & c Zaſ. *part.* 10. *n.* 17. Curt. *part.* 4. *n.* 54. Sonsb. *part.* 12. *n.* 3. videtur enim quaſi ingra-
tus; ingratus viuere & periurus eſſe realiter non poteſt, cum nondum iuramentum præ-
ſtiterit, quamuis habitualiter poſſeſſionem feudi ſucceſſione habeat, quam reali appre-
henſione poſſeſſionis & renouatione inueſtituræ accepit, vt ſuperius in ſecundo modo
acquirendi dictum fuit.

Nec refert, an doloſe illa petitio renouationis inueſtituræ ſit omiſſa, hoc eſt, an inge-
nium malum, vel machinatio fraudulenta ſit adhibita, *dict. cap. vnic. in fin. de prohib feud.*
alienat. per Lotharium, cum dolus † neminem excuſet. *tot. tit. ff. de dol. mal.* an vero per in- 10.
curiam & negligentiam fiet, vt per annum & diem inueſtituram non petat, textus eſt
in d. cap. vnic. §. præterea. de prohib. feud alienat. per Fridericum. Si hoc ideo forte vt cor-
rigatur illa ignorantia iuris, hoc eſt, vt diſcat vaſallus viuere ſecundum leges feudales;
& alias ignorantia † iuris neminem excuſat, *l. regula 9. ff de iuris & facti ignorantia.* niſi 11
forte dicamus incuriam & negligentiam pro lata culpa, quæ dolo proxima eſt. *l. magna*
negligentia. ff de verb. ſign. eſſe accipiendam, & conſtat in minorennitate aliquem doli
capacem eſſe poſſe, vt dicitur, *in d. cap. vnic. § ſi minori ſi de feudo defuncti content. ſit*, & c.
qui §. de impubere loquitur. Curt. *p.* 6 *n.* 46. Quia tamen illa ætas adhuc pluribus captio-
nibus eſt obnoxia, ideo aduerſus læſionem putant Dd. vnanimiter minorem 25. annis ha-
bere reſtitutionem in integrum, ad recuperandum amiſſum feudum, ob non petitam
intra legitimum tempus inueſtituræ renouationem Zaſ. *part.* 7. *n.* 8. Curt. *part.* 4. *n.* 64.
Sonsb. *part.* 11 *n.* 22. Iul. Clar. *quæſt.* 49 *n* 5. § *feudum.* Schneid *part.* 5. *n* 30. vbi dicit, hanc eſ-
ſe communem Dd ſententiam, per *l. ait prætor. & tot tit ff. de minor. 25. annis* & Cuiac. *in d.*
§ ſi minori. affirmat id Dd. recte ſentire. Dicemus igitur, æquius eſſe ad hunc amittendi
modum legitimandum dolum verum vel præſumptum, ſcientiam veram vel præſumptã
requiri, quando quis ſciens prudenſq; non petit inueſtituram intra legitimum tempus;
Dominum enim per hoc contemnere, & poſſeſſionem interuertere velle videtur, ob il-
lumq; contemptum ſe feudo indignum facit. Gayl *lib.* 2. *obſer. obſ* 48 *n.* 8. Ignorantia † e- 12
nim feudum non amittit, ſed dolus, *l. ſi ignorans ff. locati.* Schneid. *p.* 5. *n* 1. 5. 34. 36. Weſ. *p* 15.
n. 8 Piſt. *quæſt.* 31 *feudal. n.* 2. An autem hoc omiſſionis delictum poſſit † corrigi ce eri mo- 13
ræ ſatisfactione, quæritur? Et putat Iul Clar. *quæſt* 49. *n.* 9. æquius eſſe, ne propterea feu-
do vaſallus cadat, cum alias ſententia declaratoria ad hanc cauſam opus ſit. Iul. Clar. *d.*
quæſt. 49 *n.* 5. Hanc etiam æquam putat Curt. *p.* 4. *n.* 50 ſed tamen addit, rigorem eſſe ſer-
uandum hoc caſu, & moræ purgationẽ non admitti, cum contra ſtatutum legis mora nõ
purgetur, id quod etiam ſequitur Schneid *p.* 5 *n* 25. Et concludit Iacobin. ſuper verba: *qui*
quidem inueſtiti, n 37. Deinde in omittendo conſiſtit, quando vaſallus domino iuſtitiam
facere neglexit, hoc eſt, iuſtitiam adminiſtrare noluerit; tunc enim beneficium, quod
habuit, perdit, *c. vn. §. illud tamen quæ fuit prima cauſ. benef. amit.* Zaſ *p* 10 *n.* 43. Curt. *p.* 4. *n.*
60. Piſt. *quæſt. feud.* 50. *n.* 26. Borch *c.* 8 *n.* 109. Weſenb. *c.* 15. *n.* 7. ſic in omittendo peccatur,
quando vaſallus † contumaciter ad curiam domini tribus vicibus citatus non veniet; 14
tunc enim amittit feudum; quod ſi tamen intra annum venerit, reſtituitur ei poſſeſſio.
c. vn. in princ. de milit. vaſall. qui contumax eſt Zaſius *part.* 10. *num.* 61. Similiter ſi dominus
fidelitatem petierit, & vaſallus eam præſtare noluerit, feudum amittit, quia ingratitudo
quædam hic verſatur, *d. c. p. vnic § eſt & alia, quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* Weſenbec.
cap 15 *num.* 7. Sic omittendo feudum amittitur, quando quis à domino ad publicam
expeditionem vocatus ſpacio competenti temere non venerit, aut alium accepta-
bilem pro ſe mittere contempſerit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino

non.

non subministrauerit. *d.c. vn. § firmiter de prohib. feud. alienat. per Frideric.* Sonsb. *part.* 12 *n.* 5. Nam nulla est iustior causa beneficii auferendi, quam id, propter quod beneficium datum est, facere recusauerit vasallus; vt loquitur textus, *in d. c. vn. § sed non est alia, qua fuit prima causa beneficii amittendi.* Zasius *part.* 10 *n.* 17. Iul. Clar. *quaest.* 22. § *feudum.* Curt. *part.* 4. *n.* 61. 80. Borch. *c.* 8. *n.* 111.

Ad haec si facta subinfeudatione maior dominus sit laesus à vasalli suo vasallo, vasallus domini vocatus requirat suum vasallum, vt domino maiori satisfaciat: vel si pater requisitus filium non deducat ad dominum, vt ei satisfaciat pro delicto commisso, alias feudum omittendo committitur, *d. c. vn. §. insuper. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Zas. *part.* 10. *n.* 57 *cum seqq.* Sonsb. *part.* 12 *n.* 60 61. Wes. *d. loco.*

Deniq; omittendo amittitur feudum, si quælibet seruitia, ad quæ vasallus vi iuramenti est astrictus, vltro non requisitus præstare domino neglexerit; puta, si non denunciauerit ei mortem, captiuitatem, vel alud futurum damnum præcauendum & declinandū, *d. c. vn. § item qui, qua fuit prima causa benef. amitt. cap. vnic. §. licet. de feudo defuncti contentio sit, & c. c. vn. §. adhoc, hic finitur lex.* Zas. *part.* 10. *n.* 19. Si tamē dominus in periurium incidit, quia dare non valet, quod dare iurauerat, & vasallus eum liberari possit pecunia dando, & non facit, non statim beneficium amittit; textus clarus *in d. c. vn. §. licet in fine. si de feudo defuncti contentio sit, c. vn. §. vltim. de alienat. paterni feudi,* idq; ideo forte, ne ex omni causa opinio vasalli grauetur, vt glossa ibidem addit, vt nec propter non præstitum à vasallo alimentum, feudum amittitur, nisi certis casibus, quemadmodum superius dictum fuit. Iul. Clar. *quaest.* 23 §. *feudum.* Curt. *part.* 4. *num.* 9. Hæc autem iudicis arbitrio & prudentiæ committi debet, vt is illam rem ex causis & personis iam definiat. *d. c. vn. §. adhoc, hic finitur lex.*

Sed obiicitur *d. c. vn. §. item si debitor. qua fuit prima causa benefic. amitt.* vbi dominum inclusum tenetur liberare vasallus, si potest id facere, alias feudum amittit. Ergo tenetur etiam vasallus dominum liberare, quando ob periurium incarceratur.

Resp. Operam tenetur vasallus præstare, non cogitur dare pecuniam; iniquissimum enim esset, si opera sua posset aperire carcerem, & dominus liberaretur, si hoc non faceret; auxilium enim in inuestitura promisit domino, quod non præstat, si tum non præstat opera sua. Iul. Clar. *quaest.* 24. § *feudum.* Zas. *part.* 10. *n.* 20. Curt. *part.* 4 *n.* 75. Sonsb. *part.* 12. *n.* 46. & tantum de causis omissionis.

15 Causæ commissionis grauiores sunt & ideo facilius iudicari, imprimis autem importat feudi amissionem, quando fidelis vasallus cōcurbitauit dominum; hoc est, cum vxore eius concubuit, aut concumbere se exercuit, hoc est, tentauit eius libidinem, aut cum ea turpiter lusit, aut si cum filia, aut cum nepte ex filio, hoc est, nuru, aut cum sorore domini, quæ in capillo est, concubuit, dum in domo fratris sui, qui dominus est feudi, manet. *c. vn. in pr. quib. mod. feud. amitt. d. c. vn. § rursus, qua fuit prima causa benef. amitt. c. vn. §. fin. de feud. sine culpa non amitt.* Curt. *part.* 4. *n.* 20. 27. 28. 29 Sonsb. *part.* 12. *nu.* 16. Borch. *cap.* 8 *num.* 91.

Adiiciuntur illa verba vltima: *Si in domo fratris maneat*, quæ verba ad sororem tantum pertinent. Si enim illa est extra domum fratris, & tutamen fratris non habet, delictum leuius ex eo redditur, nec feudum propterea amittitur, *d. §. rursus.* vbi Dd. cum odio-
16 sa † sint restringenda. *c. odia. de reg. iur. in 6.* & ad maiorem domini iniuriam pertinent ea, quæ domi suæ nefanda perpetrantur. Gloss. *in §. similiter. in fin. quibus mod. feud. amit.*
17 Sonsb. *part.* 12. *num.* 29. Zasius *part.* 10. *num.* 25. *cum seqq.* Et delicta † ratione loci exaggerantur,

rantur, *l. aut facta, ff. de pœnis. §. atrox. Instit. de iniuriis.* Reliquæ autem personæ, licet alibi etiam sint non in domo domini, & ibi stuprantur, amittitur feudum, quod communiter Dd. concludunt, vt testatur Sonsb. *d. part. 12. num.* 18. & quod de vxore domini constituitur, extenditur etiam ad viduam; donec enim vidua est, videtur esse in primo matrimonio. *l. 1. C. de secundis nuptiis. l. fœmina. ff. de Senatorib.* & mariti radiis corruscat, donec ad secunda vota transeat. Iul. Clar. *quæst. 48 per tot.* Sonsb. *part. 12 nu.* 18. Curt. *part. 4. num.* 20. Et quod de prædictis personis dicitur, extenditur etiam ad matrem domini, eiusq; sponsam *l. fin. C. de priuil. lib. 11.* Zasius *part. 10. num.* 27. Curt. *part. 4 nu.* 30. Sonsb. *part. 12. nu.* 18. 19. Wes. *c. 15. nu.* 5.

Sed obiicitur valde *d. c. vn. §. fin. de feudo sine culpa non amit.* vbi dicitur, quod quis amittat feudum, si viuente domino rem cum vxore habuerit. Ergo à contrario sensu illud amplius in vita locum non habet.

Resp. Alii textus generaliter loquuntur, quam generalitatem dum sequimur, ad viduam eam optime trahere possumus ex illa ratione supra dicta; quia videtur adhuc vxor esse. Textum autem hunc loqui specialiter, prout forte de facto incidit, non negamus, & lex ad † legem est addenda *l. non est nouum. ff. de legib.* Deinde possumus id dicere, viuere 18
dominum vel vere & naturaliter, vel ciuiliter, inspectis priuilegiis mariti, quibus vxor fruitur, donec ad secundas nuptias procedat, quemadmodum videmus viuere illos, qui res gestas administratunt *§. 1. Instit. de excus. tutor.*

Secundo contra id, quod dictum fuit, propter sororem domini in eius domo stupratam, feudum amitti, obiicitur *c. vn. an ille, qui interficit fratrem,* vbi is, qui interficit fratrem, vel sororem domini, non amittit feudum. Ergo qui sororem domini stuprat propter similem rationem feudum non amittat.

Resp. Eandem rationem subesse vix credimus, & forte in his diuersimode constituendis Longobardi hanc habuerunt rationem, quia plus ignominiæ dominus cordatus accipit ex eo, quod videt vxorem vel sororem viriatas, quam fratrem vel sororem ab alio forsan ex iusta causa occisas; & non ex omni causa vasalli opinio ita grauatur, vt feudo indignus habeatur. Sonsb *part. 12. nu.* 29.

Sed cur is, qui proprium fratrem, vel fratris filium interfecit, amittit feudum? *d. c. vn. an ille qui interfic. frat. d. c. vn. in pr. quib. mod. feud. amit.*

Resp. Quia fratricidium commisit, & pœnam incurrit maiorem & grauiorem, *tot. tit. ff. ad leg. Iul. de parricidio.* Deinde fecit hoc ideo, vt totam haberet hæreditatem, *d. c. vn. an ille qui interficit fratrem.* Et ideo amplius honeste in curte domini stare non potest, quod in fratrem & proprium sanguinem sæuire ausus fuerit, vnde merito pœna † exasperatur 19
propter maius delictum, *l. 1. C. de his qui patr. vel lib. occid.* Curt. *pa. 4. n. 33. 39.* Sonsb. *part. 2. num. 52.* Wes. *c. 15. nu. 5* Borch. *c. 8. nu.* 102. 103. Qui autem fratrem domini occidit, homicidium saltem committit, nec tamen propterea a feudo reiicitur, *d. c. vn. an ille, qui interfic. frat.* Curt. *d. part. 4. n. 33.* Borch. *c. 8. n.* 102. 103. Qui autem seipsum interficit, feudum nõ amittit, nisi conscius sibi alicuius sceleris fuerit, ex quo feudum amittat. Sonsb. *part. 12. n. 57.* Iul. Clar. *quæst. 58. per tot.*

Sed quæritur, anne nunc † ob concubinam patris adulteram feudum amittatur? Et 20
concluditur quod sic, ob hanc rationem; quia feudum amittitur ex iisdem causis, ex quibus iure ciuili procedit exhæredatio. *d. c. vn. § prædictis, quæ fuit prima caus. benef. amittendi* Certum autem est, propter concubinam stupratam iure ciuili iustam & sufficientem esse caussam à Iustiniano relatam, *in Nou. 15. § aliud.* Deinde, quia concubinatus iure ci-

uili est permissus, & pro legitimo habitus, *tot tit. Instit. de concubinis.* Quicquid igitur lege
21 si †pœnam non meretur, *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulterio.* Vnde & *in l. item legato, §. item interest. vers. parui autem refert. ff de legat.* 3. dicitur, nihil interesse inter vxorem & concubinam, nisi quoad dignitatem; & ideo merito procedat amissio feudi. Zasius *p.* 10. *num.* 17. Curtius *part* 4. *n.* 22. Sonsb. *part* 12. *n.* 20.

Sed obiicitur; pœnalia non debent extendi. *c. odia. de reg. iur. in* 6 Hoc est pœnale: Ergo non est extendendum ad concubinam, cum textus feudalis de ea non loquatur.

Resp. Etiamsi non expresse fiat mentio concubinæ: tamen vxoris appellatione venit. Deinde id ex causis exhæredationis patet, ad quas se Feudista refert, *in d. c. vn. quæ fuit prima causa benefic. amitt.* Et hæc adeo vera sunt, quæ de vxore domini dicta sunt, vt conatus
22 †etiam puniatur, si quis sese exercuit concumbere cum vxore domini. Conatus enim in
23 †pœnalibus vt factum punitur *l.* 1. *§. diuus. ff ad leg. Cornel. de sicar.* Zas. *part.* 10. *n.* 28. Curt. *part.* 4. *n.* 12. *cum seq.* Sonsb. *part.* 12. *n.* 23. Borch *c.* 8. *n.* 86. 91. quod tamen per generalem cõsuetudinem mutatum esse testatur Iul. Clar *quæst.* 92. *§. fin. in pract. crimin.* An deniq; propter adulretium non cum vxore domini, sed cum alia quadam perpetratum feudum amittatur; quæritur? & putamus, amitti feudum propter tale adulterium, quia honeste in curte domini vasallus adulter stare non potest.

24 Secundo: Quia adulterium † soluit matrimonium, quæ solutionis causæ important amissionem feudi, *d. c. vn. § prædictis. quæ fuit prima causa benef &c.* Iacobin. & Ardizon. *in d. c. vn. an ille qui interp. &c.* quicquid Sonsbeccius in contrarium sentiat. *part.* 12. *num.* 56. Nec facit pro eius sententia, quod putet extensionem hic fieri in pœnali, quod esse non debet *l. interpretatione. ff. de pœnis* quia illud exprimitur per causas repudii, vt dictum est. Deinde etsi adulter non amittit fidem, tamen honeste in curte domini stare non potest, quia rem illicitam perpetrauit & delectatione dignam. Deniq; grauius est delictũ, adul-
25 terium, quam homicidium; vnde propter homicidium feudum † non amittitur, vt superius dictum fuit. Deinde committendo feudum amittitur, quando vasallus dominum in ipso prælio vel acie morante dimittit, non mortuum, nec ad mortem vulneratum, *d. c. vn quibus modis amitt. feud. c. vn quæ fuit prima causa benefic. amit* Curt. *part.* 4. *n.* 24 Iulius Clar. *quæst.* 21. *nu.* 1. Pistor. *quæst.* 34. *nu* 1. *&* 2. Agit enim contra iusiurandum datum, quo promiserat vasallus, se domino auxilium laturum, ac eius membra ac vitam defensurum; *c. vn. de form. fidel. c. vn. de nou. form. fidel.*

Similiter amittitur feudum committendo, si quis dominum assalierit, hoc est, aggressus fuerit hostili manu, vel castrum, domi sciens dominum vel dominam, ibi esse, *d. c. vn. in pr. quib. mod. feud. amit.* Wesenb. *c.* 11. *num.* 5. vel si virum domini aggressus fuerit, vel impias manus in personam domini vbicunque ingesserit, vel alias graues & inhonestas iniurias intulerit, vel morti eius veneno, gladio vel aliter insidiatus fuerit, *dict. cap. vnic. §. porro, quæ fuit prima causa benef. amitt.* Zasius *part.* 3. *num.* 32 36. Curt. *part.* 12. *nu.* 31. 32. 34. 35. Sonsb. *part.* 12. *num* 35. Et si quis laborat, hoc est, molitur & conatur hoc facere, si adhibentur insidiæ, feudum amittitur *c. vn. §. si voluerit. de capitaneo, qui cur. vendidit.* Zas. *part.* 10. *nu.* 72. *in fin. &* 28. Sic feudum amittitur committendo, quando vasallus ad domini damnum dolo malo credentiam manifestauit, hoc est, ea reuelauit, quæ dominus eius fidei commiserat, *d. c. vnic. quib. mod. amitt* Zasius *part.* 10. *num* 34. Curt. *part.* 4. *num.* 76. Sonsb. *part.* 12. *num.* 62. Wes. *c.* 15. *num* 5. Borch. *c.* 8. *num.* 126. Et hoc ideo, quia fit periurus, dum iurauerat se consilium eius non reuelaturum, *d. c. vn de form. fidel & d. cap. vnic. de noua form. fidel.* eodem modo feudum amittitur, si vasallus cum domini hostibus malo

malo proposito loquitur, amicitiam cum iis contrahit, & fœdus init, vel eos contra dominum iuuat, ac cum damno & dispendio dominum deferit, *d. c. vnic. §. item si delator. qua fuit prima causa benef. amitt.* Gloss *in d. c. vn. §. porro. in verb.* Assalierit, *qua fuit prim. causa.* Zas. *part. 10. num.* 34 35. Curt. *part. 4. num.* 43. Iul. Clar. *quæst. 54 per tot.* Wes. nb. c. 11. *num.* 5. Borch. c. 8. *num.* 112 121 Similiter fendo expoliatur vasallus, si ex certa scientia & dolo malo infieiatur feudum, hoc est, negat domini feudum esse, *d. c. vn. §. vasallus. & §. vasallus feudi. si de feudo defuncti contentio sit.* Zasius *part. 10. num.* 51. Curtius *part. 4. num.* 41. Borch. *cap. 8. num.* 115. 116. Si autem totum negat, totum perdit; si partem, partem tantum amittit, Iul. Clar. *quæst. 59. num. 3.* Porro non accuset vasallus dominum calumniose, & falso, nec testimonium contra eum dicat, alias feudum amittit. *cap. vnic. §. similiter, de consuetud. recti feudi.* Curtius *part. 4 num.* 63. 64 71. *cum seq.* Sonsb. *part. 12. num.* 47. 68. Et accusatio est in criminalibus † propric. non in ciuilibus, *tot. tit. ff. de accusation.* Zasius *part. 10. num. 4. & 49.* Quamuis tamen Bald. *in d. § similiter. num* 2. velit, vasallum amittere feudum, si ciuiliter & calumniose dominum accuset, vel cum domino litiget. Sic feudum amittitur committendo, si vasallus insigniter conditionem feudi deteriorem reddiderit, arbores forte decidendo, vel alia ratione. Curt. *part. 4 n. 44.* Zas. *part. 7. n* 54 *& p 10. n. 54* & ita omnes tenent, Iul Clar. *quæst. 56. §. feudum.* Curt. *p 4. n. 44* Sonsb. *p. 12. n. 67* & hoc ideo, quia est vsufructuarius vasallus, *c vn. in quib. causis feud. amitt.* qui autem habet constitutum vsumfructum, vt bonus vir in eo versari debet, quo salua maneat substantia. *§. 1. Instit. de vsufruct. l. 1. ff eodem.* 26

Deinde amittitur feudum, si vasallus incestas & nefarias nuptias contraxerit, vel incestum commiserit, propter quod delictum non potest stare honeste in curte domini, *cap vnic qua sint regalia.* Wesenbec. *cap* 15. *num.* 5. Sonsb. *part.* 12. *nu.* 57. 59. Borch. *c.* 8. *n* 105. & in summa, si vasallus delinquit contra contenta in iuramento fidelitatis, priuatur feudo. Iul. Clar. *quæst. 53. §. feudum.* Prædictis hisce modis præcipuis feudum amitti naturalis & ciuilis ratio suadet, vt inquit Obertus *in d. c. vn. § prædictis qua fuit prima causa benefic. amittendi.*

Naturalis ratio † est ius naturale, quod natura homini suasit & suggessit, ne vel faceret quid, vel omitteret. Ciuilis ratio est † ius ciuile, seu dispositiones legales. Ciuilis autem ratio potest colligi, si quis nouam constitutionem iustas ingratitudinis causas enumerantem scrutatus fuerit, inquit Feudista: Ergo ex quibus causis † procedit exhæredatio liberorum: ex iisdem causis feudum amittitur. Causæ autem exhæredationum in noua Iustiniani constitutione, quæ est *in d Nou.* 115. *d. §. aliud.* quatuordecim enumerantur; Iudex tamen solers & discretus, æquitatiq; obsecundare sollicitus, subtiliter cuncta dispenset & prouideat, ne qua causa digna sit amissione feudi, vel leuior sit, *d c. vn. § prædictis.* Deinde ex quibus causis ingratus † quis fit, ex iis causis amittitur feudum, *d. cap. vn. § prædictis. qua fuit prima causa, &c.* 27 28 29 30

Tertio repudii causæ, quibus matrimonia recte contracta soluuntur, monstrant causas amittendi feudi. *d. § prædictis.*

Quarto, ex quibus causis donationes reuocantur, ex iis etiam causæ amissionis feudi dignosci possunt, *d. § prædictis.* Sonsbec. *part. 12. num.* 34. 51. Curt *part 4. num.* 77. Borcholt. *cap. 8. num.* 131. Id quod tamen ita est intelligendum, & limitandum, ne qualibet causa talis facile feudum amittat, sed si est sufficiens, etsi nihil contrarium in iure feudali est dispositum. Et quidem Feudista dicit, ex causis repudii † amitti feudum, quia illæ graues sunt, necesse tamen est, vt conueniant iuri feudali, sicuti 31

T 2 non

non conuenit illa, quando ex impotentia dissoluitur matrimonium, *toto titulo, extra, de frigidu*. Hæc causa feudis applicari non potest, quia etiamsi quis sit impotens, potentissimus tamen ad pugnandum esse potest: Sic quando matrimonium soluitur propter homicidium factum *l. consensu 8. §. si qua. C. de repud.* id feudalibus consuetudinibus non admittitur, *d. c. vn. in pr. an ille qui interficit fratrem.* Secus propter parricidium, vt supra est dictum.

Quamuis tamen nec illa causa iuris ciuilis hodie in Consistoriis facile admitteretur, licet iure Codicis obtinuerit. Sic igitur Feudistam *in d. §. prædictis*, accipiamus; quasi voluerit nos remittere ad causas suadentes amissionem feudi. nec tamen ea esse meritum Feudistæ putemus, quasi omnes causæ exactissime dispositioni iuris feudalis conuenirent. Nam illarum causarum examinatio tum iudici discreto est relinquenda. *d. §. prædictis c. vn §. adhoc, hic finitur lex.*

32 Deniq; alienatio feudi illicite † facta amissionem meretur, *c. vn. de capit. Corrad. c. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Lotharium. c. vn. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.* Zasius *part. 10. num. 1.* Curtius *part. 4 num. 81.* Graue enim est delictum, illicite feudum alienare, & per hoc vasallus videtur contemnere dominũ, eiq; facere iniuriam, per hoc periurus videtur fieri, *c. vn. in fin. de form. fidel.* Sonsb. *part. 12. n. 20.* Quia vero hæc alienationis materia est leuissima, Curt *part. 4. num. 81.* & modus est omnium vberrimus, fusissimus & quotidianus; plenius attingantur, quæ ad eum spectant *l. legaui. 25. in pr. ff. de liber. legat.* & à definit[illegible] hic inchoabimus.

33 Alienatio † est feudi in aliam causam translatio, mala fide absq; domini permissione facta. *Alienationis* verbum latissimum hic est, vt & in *l. 1. in pr. ff. de nouat.* Borch *c. 8. nu. 53.* & significat omnem actum, per quem alias dominium transfertur, *l. 1. C. de fundo dotali. l. alienationis & ibi Dd. ff. de verb. sig.* Quod alienatio sit translatio, hoc est, mutatio in aliam causam, probatur expresse per *c. vn. quid iuris, si post alienationem feudi, &c. in verb. in causam feudi recadebat.* hoc est, rursus fiebat feudum, quod erat antea alienatum, & in aliam causam mutatum; idq; probatur per *l. item si res. 4 §. Padius. ff. de alienat. iudicii mutandi causa facta*, vbi alienatio dicitur dominii translatio, *in d l. 1. C. de fundo dotali.* quemadmodum superius dictum fuit *l. vlt. C. de rebus alienis non alienand.* Wesl. *in § 1 nu. 1. Instit. quibus alien. licet vel non.*

34 Quod deinde mala fides † pariat hanc amissionis causam, satis constat ex *d. c. vnic. § si quis. de prohib. feud. alienat. per Lothar.* vbi vocatur alienatio prohibita, commercium & fraudulenta machinatio; id quod similiter ita indicatur, *in d. c. vn. in pr. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* vbi alienatio vocatur fraudulenta & callida machinatio, & figmentum sub colore inuestituræ factum, *& c. vn in pr. & §. 1. C. qualiter olim feud. poter. alien.* vbi vocatur fraudulenta alienatio.

Denique vt vere & effectualiter dicatur alienatio feudi, requiritur eam factam esse absq; domini permissione, id quod *in dd. cc.* exprimitur, *in verb. sine permissione domini. d. c. vn. in pr. qualiter olim feud. poterat alienari. d. c. vn vers. si vero. de alienat. feudi. d. c. vn. quid iuris, si post alienationem.* Per id enim contemni dominus videtur, vt superius dictum est; si sit volente dominno, non est alienatio, Zasius *part. 10. num. 13.*

35 Scienti vero † & cõsentienti non fit iniuria *c. scienti. de reg. iur. in 6.* Si vero quod dicitur alienationem fieri fraudulenter sine consensu domini, obiicitur tale argumentum: Definitiones debent esse sufficientes & plenæ, & omnia continere, de quibus agunt; Talia hæc definitio non præstat; Ergo non est tolerabilis, sed reiicienda.

Mino-

Minorem probo ex *cap. Vnic. de alienat. paterni feud.* & ex *cap. vnic. §. contrario. de inuest. de re alien. facta*, vbi dicitur, feudum paternum etiam poſſe alienari, nec deteriorari abſq; domini & agnatorum conſenſu, imo *in d. cap. Vnic. de alienat. paterni feudi* dicitur, alienationem paterni feudi non valere, etiamſi domini quidem accedat voluntas, niſi etiam conſentiant agnati. Ergo & agnatorum conſenſus, cuius in definitione non fit mentio, æque requiritur.

Reſp. Optimis rationibus in definitione alienationis omitti poteſt agnatorum conſenſus, quia non æque agnatorum requiritur conſenſus atque domini. Et ſit, quia domini ſemper requiritur conſenſus in feudi alienatione, non autem agnatorum. Ideo à principaliori fiat denominatio. *arg. l. quæritur. ff. de ſtatu hominum.*

Secunda ratio, quia definitio reſpicit alienationem, propter quam feudum amittitur: ſed feudum abſq; conſenſu agnatorum alienatione non amittitur: nam ſi alienatur feudum, quaſi refutatur accepto pretio, & is, qui pecuniam accipit pro feudo, feudum non amittit, *cap. Vn. §. Titius ſi de feud. defunct. content. ſit.*

Tertia ratio; Agnatorum conſenſus ſi non adhibetur, nō propterea felonia committitur, hoc eſt, non propterea fit periurus aliquis, quia agnatio non iuratur, ſed reſpectu domini, cui iurauit, feudum amittitur, *c. Vn. de form. fidel.* Idcirco agnatorum mentionem fieri neceſſe non eſt. Satis igitur nunc definitionem alienationis ſubſiſtere putemus. Circa alienationem porro multas diuerſas ſententias olim fuiſſe datas in ſingulis ciuitatibus & Curiis ſciendum eſt; quemadmodum Obertus de Orto teſtatur *in d. c. Vnic. in princ. qualiter olim feudum poter. alienari.* Zaſ. *part. 9. n. 1.* Sonsbec *part. 12. n. 17.* Idque ideo eſt tenendum, ne quid antiquitatis ignoretur. *§. 1. Inſtit. de ordin. teſtament.* Fieri autem poterat alienatio partis vel totius abſque domini voluntate, *d. c. Vnic. in princ. quid iuris, ſi poſt alienat. feudi.*

Quamuis tamen per libellum vel per pignoris dationem alienatio abſq; domini cōſenſu in parte duntaxat dimidia conceſſa fuerit; vlterius namq; progredi alienando non licebat, vt expreſſe conſtat ex *d. cap. Vnic. in princ. in verb. aut ſi libellario nomine, quib. modis feud. amit.* Sonsb. *part. 12. num. 71.* modo tamen per libellum detur feudum ad certum tempus, non in perpetuum, & ſi ſine fraude detur, & in eccleſiam non alienetur, quæ non deſinit † eſſe hæres, *cap. Vnic. de alienat. feud.* Zaſ. *part. 9. n. 1.* Id quod in eccleſia & in priua- 36
to ſimiliter obtinet, *d. c. vnic. de alienat. feud.* Sonsb. *d. loco.* Quod tamen procedit, ſi quis feudum in curte domini habuerit *d. c. vn. §. fin. verſ. item ſi quis. quib. mod. feud. amit.* Sonsb. *part. 12. num. 72.*

Sed obiicitur *d. c. Vnic. qual. olim feud. poter. alienari.* vbi ſuadente domini neceſſitate, potuit vaſallus domino inſcio & inuito feudi partem vendere. Ergo hoc non generaliter proceſſit, ſed tantum vrgente & cogente neceſſitate.

Reſp. Id fluxit ex diuerſitate Curiarum, vt *in d. cap. vnic. in princ.* affirmatur, alias etiam ex conſuetudine aliarum Curiarum, vel ex parte, vel in totum licito feudum potuit alienari. *d. cap. Vnic. quid iuris ſi poſt alienationem.* Zaſius *part. 9. num. 1.* Sonsb. *d. part. 12. numer. 27. in fin.* Hoc autem varium ac indefinitum ius circa alienationem feudi ad quandam certitudinem Impp. reduxerunt, & optimam conſuetudinem interdicendæ alienationis conſtitutionibus ſuis approbarunt. *d. cap. Vnic. qualiter olim poterat feud. alienar. dict. cap. vnic. quid iuris ſi poſt alienationem.* Et quidem primo Imper. Conradus in ſuis CC. conſtituit, vt feudi alienationes factæ, nulla præſcriptione obſtante, reuocarentur, & ſic præteritas factas alienationes prohibet, & futuras, *d. cap. vnic. in princ. de capitul. Conradi.* We-

feub. *cap. 11. num.* 1. Lotharius deinde Imperator plenius edictali sua lege voluit hisce machinationibus succurrere, seuere sanciendo, ex consilio & hortatu Archiepiscoporum, Ducum, Comitum, Marchionum, Patrinorum, cæterorum Nobilium & Iudicum, ne sine permissione seniorum, hoc est, dominorum fideles, hoc est, vasalli beneficia sua distrahant, vel aliquam calliditatem aduersus tenorem suæ constitutionis excogitent, per quam imperii vel dominorum minuatur vtilitas: Eum vero, qui contra constitutionem illam quid machinari in fraudem tentauerit, pretio venditi beneficii ac ipso beneficio cariturum constituit; in tantum etiam hoc prohibet, vt Notarius super eiusmodi illicito contractu libellum vel instrumentum conficiens post amissionem officii infamiæ periculum sustineat, *d. c. vn. in pr. & §. 1. de prohibit. feud. alien. per Lotharium* Borch. c. 8. *num.* 3. *cum seqq.*

Tandem nouissime Fridericus Imperator, plenissime, perfectissime & absolutissime rem expediri cupiens, habito similiter Procerum omnium consilio lege edictali perpetuo valitura sanxit, vt nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam alienare, vel quouis modo & titulo, sine permissione illius domini, ad quem feudum spectat, distrahere. Et non tantum futuras alienationes prohibet, id quod ante fecit Lotharius, sed & præteritas cassat, annihilat, & in irritum deducit, propter pleniorem regni vtilitatem. Et quidem non tantum, vt nullius temporis præscriptio vindicanti domino obstet, hoc est, nullum omnino tempus, ne quidem 100 annorum restitutioni impedimento sit, *d. cap. vnic. in princ. de prohib. feud. alienat. per Fridericum*, vbi ratio subiecta id satis ostendit, quæ

37 hæc est: quod ab initio non subsistit, tractu temporis † non conualescit; quæ regula Catoniana, etsi potissimum in testamentis & institutionibus locum habet, *tot. titul. ff. de reg. Caton.* tamen hic quoque locum rectissime sibi vendicat, cum alienatio prohibita ipso iure sit nulla, & ideo nulla omnia sunt, quæ ex ea existunt; quia in sententia est Andreas de Isernia, *in dict. cap. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum*. Curtius *part.* 4. *num.* 82. Iulius Clarus *quæst.* 45 §. *feudum num.* 2. Et late Sonsbeccius *part.* 12. *num.* 150. *cum multis sequentibus.*

Et sane regula illa Catoniana nimis incongrue esset posita, si in dict. constitut. Friderici Imperat. decem vel viginti anni intelligerentur, quasi illud tempus non sufficeret ad præscribendum feudum à vasallo alienatum, sed triginta potius anni. Quæ in sententia est Cuiacius, *in cap. vnic. de capit. Conradi & in d. cap. vn. de prohib. feud. alien. per Frideric.* vbi affirmat, illa verba, *nulla præscriptione obstante*, saltem excludere præscriptionem 10. vel 20. annorum, & requirere 30 annorum spacium, quasi illud sufficiat ad præscriptionem, quam sententiã vtpote communiorem amplectitur etiam And. Gayl. *lib.* 2 *obs. obs.* 106. *n.* 2. 1 Borch. c. 7. *part.* 3. *n.* 13. 14 *cum seqq.* Hancq; suam sententiam aliquot confirmant rationibus à nobis refutandis.

I. Afferunt *cap. vnic.* § *donare qualiter olim poter. feud. alienar.* vbi dicitur, præscriptione 30 annorum submouebatur tam sciens quam ignorans: Ergo triginta annorum spacio alienatio potest procedere.

Resp. Ibi Feudista loquitur de eo iure, quod ante Conradum, Lotharium & Fridericum obtinuit, vt & Rubrica indicat, quæ vna cum hoc §. vtitur imperfecto tempore, hoc est, dicit, *olim hoc poteras fieri, hodie non*, quia nulla hodie obstat præscriptio *d. ca. vnic. de prohib. feud. alienat. per Frider.* Et hoc caput in antiquo iure loqui per totum discursum ostenditur.

II. Affe-

II. Afferunt *cap. Vnic. §. si quis per 30. si de feud. defuncti contentio sit*, vbi 30. anni requiruntur. Et textus *in d. c. Vnic.* secundum illud est intelligendus.

Resp. Mirari quis satis non potest, quam inepte ille textus afferatur, cum loquatur in tali casu, quando quis feudum acquirit à domino ipso sciente per 30. annorum patientiam: tum enim 30. anni sufficiunt ad præscriptionem, vt in tertio modo acquirendi feudum dictum fuit. Quando autem ipse vasallus in præiudicium domini alienat feudum, cuius alienandi potestatem non habet, longe aliud est, & tamen 30. annorum spatium non sufficit, imo nec 100. annorum spatium, propter generalitatem, qua Imperat. Conradus, Lotharius, Fridericus in dd. constit. suis vsi sunt.

III. Affertur textus *in Inst. t. de vsucap.* § 1. vbi dicitur, quod emptori ad vsucapionem sufficiat bona fides & bonus titulus. Hæc duo hic habet emptor, qui feudum legitimo titulo & bona fide accipit à vasallo: Ergo id vsucapere potest.

Resp. Etiamsi ibi dicatur, illa duo in vsucapione requiri: tamen in alio loco & quidem ex *§. sed aliquando. & §. furtiua. Inst. de Vsucap.* Tertium est afferendum requisitum, rem scilicet talem debere quoque esse, quæ nullo vitio sit affecta, nullo vitio laboret, non sit furtiua, cui nullo tempore præscribatur, quamuis bona fides & titulus demonstrari possint; & species furti † est, de alieno largiri, *l. si pignore ff. de furto.* & multo peius est, rem plane alterius alienare, cum res feudalis non vasalli, sed domini sit, *c. vn. §. fin. de inuest. de re alien. facta.* Sonsb. *p. 12. n. 151. cum seqq.* 38

IV. Afferunt talem rationem, absurdum scil. fore, si in d. constit. Friderici illa verba *nulla obstante præscriptione*, non de præscriptione 30 aut 40 annorum acciperentur, & inde hoc oriri, dominia esse in incerto, contra *l. 1. ff. de vsurpat. & Vsucap.* & Principes non voluisse amplius iura tueri; sed potius totam obseruationē de præscriptione longissimi temporis multis vigiliis excogitatam atq; inuentam inuertere; quod dum non est præsumendum in Principe; dicimus 30. vel 40. annorum spatio alienationem feudi in extraneum factam procedere, & amplius à domino repeti non posse.

Resp. Hanc rationem mouet Sonsbec *part. 12. num. 155.* eamq; valde vrget pro sua sententia, Gayl. *in d. loco, n. 23.* Cui tamen responsum id sit, non esse propterea in incerto eorum dominia, quia rursus feudum ad dominum suum reuertitur, cuius semper fuit, & nullius est momenti alienatio.

Deinde cum odiosum & impium sit, vasallum beneficium acceptum fraudulenter alienare, contra datam fidem, in odium illius periurii voluerunt quid singulare in hoc casu in pœnam illius facti & sceleris atrocissimi constituere, scilicet vt domini nulla temporis præscriptione obstante reuocarent suos agros alienatos, qui sine illorum facto ad alium fuerunt translati, contra *l. id quod nostrum est ff. de regul. iuris.* Et speciale est in hoc casu, propter rei indignitatem: & semper generi † per speciem derogatur, 39 *l. in toto, ff. de regulis iuris.* In aliis casibus ab Imperatoribus præscriptio 10. 20. 30. 40. annorum, pro ratione rerum optime toleratur, defenditur, propugnatur, vtpote multis vigiliis composita.

Denique hæc pro se habent fundamenta: Quia omnes actiones (inquiunt) personales & reales 30. vel 40. annis extinguuntur, *l. omnes. C. de præscript. 30. Vel 40. annorum*; imo res furtiua vel rapta vi, annis 30 potest præscribi *l. 1. C. de annali præscriptione.* Ergo idem & hoc casu etiam dicendum.

Resp. Illa procedunt in suis casibus rectissime; quia vero hic specialiter expresse cōtra quid est decisum & constitutum, necesse est, id in consuetudinibus feudalibus sequi, quia

hæc

40 hac in parte mores † vincunt leges ciuiles. *cap. 1. vbi de [illegible] de feud. cognit.* & ita etiam Sonsbec. verissime putat. *d. part. 12. n. 160. 161.*

Manet igitur verum, alienationi feudorum factæ animo malo à vasallo generaliter nullius temporis præscriptionem obstare. Præterea Imper. Fridericus *in d. c. vn. de probib. feud. alienat. per Fridericum.* pœnam factæ alienationis hanc quoque adiicit, vt venditor & emptor, qui tam illicitas alienationes mala fide reperti fuerint contraxisse, feudum seu pretium datum amittant, & feudum ad dominum libere reuertatur. Sonsbec. *part. 12. num. 75.* Si tamen totum feudum alienetur, totum amittitur: si pars, pro parte tantum alienata amittitur, *cap. vnic. de vasallo, qui contra const. Lothar. cap. vnic. §. item qui dominum, vers. illud enim certum est, quæ fuit prima causa benefic. amittend.* And. de Isern. *in c. vnic. in princ. si de feudo defuncti content. sit. & 6.* Zasius *part. 10. num. 2.* Curtius *part. 4. n. 153.* Sonsb. *part.* 12. *num.* 78. Iul. Clar. *quæst. 31. num. 7.* Wesenb. *cap. 11. num. 2.* Duar. *cap. 14. nu. 19.* Borch. *cap. 8. num. 32.*

Sed obiicitur *d. cap. vnic. de probib. feud. alien. per Fridericum.* vbi dicitur, is qui alienat, illicite feudum amittat.

Resp. Illa generalitas est explicanda & interpretanda ex *dd. cc.* in quibus affirmatur: Si pro parte alienatur feudum, pro parte amittatur; si in totum alienatur, in totum a-
41 mittatur. Et hoc fieri æquissimum est, cum & alias in pœnis & obscuris, id quod † minimum est, & benigniorem habet interpretationem, sequi debeamus. *c. in obscuris, & c. in pœnis. de reg. iur. in 6.* Scriba autem seu Notarius instrumentum sciens conscribens post amissionem officii cum infamiæ periculo manum amittat. *d. cap. vnic. in princ. de probib. feud. alienat. per Fridericum.* Zasius *part 9. num. 4.* Wesenb. *cap. 11. num. 2.* Et quidem manum dextram, Sonsb. *part. 12. num. 74.* Eiusq; rei ratio hæc est, ne denuo tale committat flagitium eadem manu.

Sed contra obiicitur *auth. de nouo iure, C. de seruis fugitiuis,* vbi dicitur generaliter, quod vna sola manus debeat abscindi, quod in dubio in pœnalibus de sinistra est accipiendum,
42 quia in pœnis benignior † interpretatio est facienda. *d. c. vn. in pœnis.* Et interpretatione potius sunt molliendæ leges, non exasperandæ, *l. interpretatione. ff. de pœnis.* Ergo potius sinistra est amputanda, non dextra.

Resp. Dicta auth. *sed nouo iure,* loquitur de delictis, quæ vtraq; manu contingere possunt, puta de rapina, homicidio, furto & similibus, vnde alterutra manus potest abscindi: Instrumentorum autem conscriptio solet dextra fieri; vnde, ne iterum tale quid fiat, dextræ abscissione puniri talis Notarius debet. Deinde alienatio feudi non tantum est prohibita, vt ne quidem ex necessitate famis vel æris alieni dissoluendi, distrahi possit: id quod satis colligitur ex *d. c. vn. in princ. qualiter olim feud. alien. pot.* vbi dicitur, quod olim potuerit feudum alienari pro parte, ex necessitate, domino inscio & inuito. Ergo dum olim potuit fieri, hodie non licebit. Bald. & Aluar. *in d. c. vn. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Zasius *part. 9. num. 23.* Curt. *part. 4. nu. 107.* Iul. Clar. *in §. feudum. q. 31. n. 11,* Sonsb. *part. 12. n. 72.* Wes. *c. 11. n. 2.* Borch. *c. 8. n. 66.*

Et hanc strictam obseruationem inducunt Constitutiones Lotharii & Friderici, quæ affirmant, illa distractione feudorum feudalium, vasallorum & Imperii vires attenuari, & vasallos omnibus exhaustis bonis subterfugere seruitia. Dum igitur publica hic versatur vtilitas, merito præfertur priuatorum vtilitati, eorumq; pactis mutari non debeat. *l. ius publicum, 38. ff. de pactis. l. nequaquam. §. fin. ff. de reg. iur.*

43 Obiicitur id, quod † necessitas non habeat legem, *c. contra, de obseru. ieiuniorum. l. fin. ff. de*

ff. de in litem iurando l. 3. C. de inoffic. testam. Zasius *p. 9. n. 12.* Et quod pater possit causa famis filium recens natum & sanguinolentum vendere, *l. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt.* Ergo merito etiam licet vasallo feudum ex necessitate alienare.

Resp. Verum est, necessitatem sæpe non habere legem, & parẽtem filium tempore famis posse vendere, hic tamen illa locum non habent, propter strictas Imperatorum prohibitiones, quę eo tendunt, ne facile beneficium vasallo concessum, in preiudicium domini interuertatur, & per hoc imperii vtilitas diminuatur. Præterea plus iuris habuit olim pater in filio iure ciuili, quam vasallus in feudo, quia pater poterat ex lege Romuli impune filium necare *l. in suis ff. de lib. & posthum. §. 1. Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.* Quomodo autem ei, qui emit bona fide feudum à vasallo, consulitur? Ira actione ex empt. de pretio contra venditorem experiri potest; ita sancit Fridericus in sua constitutione *d. c. vn. de prohib. feud. alien. per Frider.*

Hinc satis constat, alienationem feudi per fraudem absq; domini consensu factam, siue in toto, siue in parte, sub pœna grauissima esse omnino prohibitam. Alienationis autem appellatione multa veniunt, *l. alienationis & ibi Dd. ff. de verb. sig.* Qui enim prohibetur † alienare, prohibetur vendere, per libellum, vel alio quouis modo, absque domini 44 consensu *d. cap. vnic. in princ. de prohibit. feud. alienat. per Lotharium. d. cap. vnic. §. donare. qualiter olim poterat feudũ alienari. l. 1. C. de iure emphyteutico.* Iul. Clar. *quæst. 33. n. 2.* Wesenbec. *cap. 11. num. 3.* Boreh. *cap. 8. n. 35.* Emptione enim dominium transfertur, *tot. tit. Instit. de emptione & venditione.* Et summa est iniuria domino interuertere proprietatem, Wesen. *cap. 11. num. 1.*

Feudum autem vsumfructum, non proprietatem vasallo dat, *cap. vnic. in quibus causis feudum amit.* Ergo non potest proprietatem, quam non habet, in alium vendendo transferre, *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iuris.* Vnde sequitur, vasallum etiam nec permutare posse feudum, quia permutatio est vicina emptioni & venditioni *l. 2. ff. de rerum permutatione §. 1. Instit. de emptione & vendit.* Wesenb. *c. 11. n. 3.*

Deinde alienationis verbo continetur locatio ad longum tempus, vel in emphyteusin datio. Gloss. *in d. cap. vnic. in verb. oppignorare. de prohib. feud. alien. per Frider.* Zas. *p. 9. n. 12.* Iul. Clar. *quæst. 33. n. 1. & 3.* vbi dicit omnes ita sentire; Curt. *p. 4. n. 91.* Sonsb. *part. 12. n. 82. 83.* Boreh. *c. 8. n. 36. 37.*

Ad modicum tamen tempus posse locationem fieri, omni caret difficultate, Iul. Clar. *d. quæst. 33. num. 1.* quia non æquipollet alienationi, quemadmodum si in perpetuum datur; Curt. *dict. part. 4 numer. 92.* Sic alienationis verbo venit oppignoratio: nam pignus, quod consultum dicitur, ex feudo fieri non potest, *capit. vnic §. fin. de inuestit. de re aliena facta.* Curt *part. 4 num. 95.* Iul. Clar. *quæst. 35.* Sonsb. *part. 12. num. 90.* Boreh. *cap. 8. num. 40.* Generaliter autem id *in dict. capit. vnic. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* affirmatur de omni oppignoratione, ideo generaliter est accipiẽdum, etiam de hypotheca, quæ pignus est, *l. 1 ff. de pignorat. act.* modo tamen traditio in hypothecatione conuentionem subsecuta sit: nam alias non est alienatio. Curt. *dict. part. 4. numer. 95.* Iul. Clar. *dict. loco in fin.* Sonsb. *part. 12. numer. 99* Fridericus Schenck *in dict. capit. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum,* Boreh. *cap. 8. num. 60.* atque ita etiam Petrus de Bella Pertica est interpretandus *in tit. 8. tract. feudal. num. 24.* Et certum est, hypotheca non ita transire possessionem facile ad creditorem, sicuti per pignus *l. si rem. § proprie ff. de pignorat. act.* nisi id in actum fuerit deductum, & tum oppignoratio est illicita, cum eo casu sit alienatio, quemadmodum inter alienationes refertur, *in d. cap. vlt. verb. Hypothecam, C. de rebus alien. non alie-*

nand. Wesenb.*cap.11.num.3.* Vnde etiam Wesenb.*in §.accidit. Instit. quibus alien.liceat, vel non. & in cap 11.num 3.* propter generalitatem dicti *cap. vnic. de prohib. feud. alien. per Frid.* affirmat etiam hypothecationem simpliciter esse prohibitam in feudis, cum per eã procedatur ad alienationem. *§.contra autem. Instit. quib. alien. licet vel non.* & omnia ea sunt prohibita, quibus ad alienationem perueniri potest. *l.omninò.ff.de sponsal.cap. cum quid de reg.iur.in 6.* Et sequitur hac in re Wesenbecius Ardizonem, *cap.116.§. vtrum etiam pignori.* Aluar. *in d.c.vnic.de prohib feud.alien.per Frideric.* Specelat. *in tit.de pignorib. §. vlt.* vbi addit, neq; generalem neq; specialem feudi oppignorationem valere, quos etiam Hottoman.
45 *cons.9.* sequitur. Et huius rei hæ sunt rationes, quia qui prohibetur † alienare, prohibetur
46 pignori dare *l.vlt.C.de reb.alien.non alienand.* Secundo, quia rei alienæ † oppignoratio non valet. *l.2.& tot.tit.C.si aliena res pignor.detur.* Tertio, quia vasallus conditionem feudi potest facere meliorem, sine domini voluntate, non deteriorem, *cap.vnic.§.penult. de inuest.de re alien.facta.*

Sed obiicitur 1. quod emphyteuta possit oppignorare vectigale prædium. *l.vectigali 31.ff.de pignorib l tutor.16.§.vlt ff de pign.act.* Ergo & vasallus idem facere potest.

Resp. Emphyteuta habet ius perpetuarium, & vtile dominium, *l 1 ff.si ager vectigalis petatur.l.5.§.bonorum.ff.vt in possessionem legator.* Et hoc ius ciuile permittit, quia ratio ibi cessat, quare vasallus non possit alienare, quia dum diminuit inuestitura Imp. Fridericus vtilitatem Regni, exhaustis omnium militum & vasallorum substantiis: & quamuis emphyteuta oppignoret, tenetur tamen quotannis dare Canonem, in quo soluendo si per triennium cessauerit, feudo cadit quemadmodum *in l.3 C.de iure emphyt.* dicitur.

Deinde obiicitur *l fructus.ff.de reg iur.* vbi dicitur, fructum rei pignori dare licere: Ergo dum vasallus fructum capit ex fundis feudalibus, potest etiam pignori dare feudum.

Resp. Id ita est intelligendum, si quis habet proprietatem rei, quam non habet vasallus, vel dicendum procedere id in aliis casibus, quando fructus dantur pignori: hic autẽ agitur de eo, quando proprietas non potest pignori dari; id nãq; expresse est prohibitũ. Dum igitur oppignoratio in feudis non valet, nec lex commissoria locũ habebit (wann sich ein Ding verstehet) *c.vn.de feudo dato in vicem legis commissoria.cap. vnic. de vsu. Mediol.* Borch.*c.8.num 47.* Porro alienationem ingrediuntur donatio, pro anima iudicatio, in solutum datio, wann ich einem etwas an der Schuldt abgebe *d.c.vn §.donar., qualit. olim feud.pot.alien.per Frider.l.1.C de fund.dotal.* Curt *p 4 nu 126.* Wes.*c 11.num.3.* Borch.*c. 8 nu. 42.43.47.* Quamuis Pertus de Bella Pert. putet donationem feudi esse concessam; sed sine fundamentis in tractatulo suo feudali, *tit.8 num.19.* Item legatum & fideicommissum alienationem continent, & ideo prohibentur vasalli legare. Cum etiam nulla ordinatio defuncti vasalli in testamento valeat, secundum *cap.vnic in princ. de success. feud.* quemadmodum superius dictum fuit, Sonsb *p.12.num.85.* Curt *p.4.num.25.* Petr. de Bella Pertic. *tit.8.num.26.* Borch.*c.8.nu 41.* Wesenb.*c.51.num.6.7.* Et certum est legatum & fideicommissum venire nomine alienationis, *l.dotalem.16.ff de testam milit.* Hottom. *in d.c. vnic. in*
46 *pr.de success. feud.* Quæritur autem an in dotem † dari possit feudum pro filia maritanda? Hic magna est varietas Doctorum, vt testatur Schurpff. *cons.23 n.5. cent.1.* Communiter tamen placuit negatiua propter generalitatem *d.capit.vnic.in princip.de prohib.feud. alien. per Frider.cum si pater det feudum in dotem,* alienet & transferat in maritum, ciuile dominium vtile. *l.in rebus.30.Cod.de iure dotali.* Wesenb.*cap.11. numer. 4.* quemadmodum alibi disputatur. Deinde nullius Curiæ poterant consuetudine feuda in dotem pro filia dari, *capit.vnic.§.donare.qualiter olim feud.pot.alienari.* Et hanc sententiam negatiuam frequen-

tiori

tiori calculo esse receptam & in Camera, vt veriorem, approbatam testatur Myns. *cent* 4. *obser* 58. Hancque sententiam amplectitur Zasius *part* 9. *num*. 7. Curt *par*. 4. *n*. 93. Schurpf. *d. cons* 23. *num* 5. *cent*. 1. Sonsbec. *part*. 12. *num*. 79 80. Iul. Clar. *quaest*. 36. § *feudum*. Wesenb. *c*. 11. *num* 4. Borch. *c*. 8. *n*. 38 39.

Sed obiicitur *d. c. vn.* § *donare qual olim feudum pot. alien.* vbi dicitur, nullius Curiæ consuetudine poterat, & vtitur imperfecto tempore: Ergo id olim non fuit concessum, hodie autem optime iure concedi.

Resp. Id non statim sequitur à contrario sensu, quia ita sæpe textus feudales loquuntur. Deinde etiamsi ita loquuntur, *d. c. vn.* tamen non sequitur id hodie concedi, cum id expresse non adijciatur.

Deinde dicitur ibi olim non licuisse vasallo donare, aut iudicare pro anima, vel in dotem date: id autem expresse prohibetur, in constitutione nouissima Friderici, vbi illud exemplum de pro anima curatione adiicitur, quod sane magno argumento est, idem in iuris & in reliquis exemplis in donatione & dote esse statuendum, ex dicta Friderici constitutione.

Secundo obiicitur *c. vn. in fin. de inuestit quam Titius accepit à Sempronio*, vbi dicitur feudum in dari posse: & valer datio. Falsa igitur est communis sententia.

Resp. Id speciale est in muliere, quæ proprium feudum in dotem dare potest, & seipsam dotare; Iure enim proprio vtitur, & manet naturalis domina eius dotis, quamuis ciuilem administrationem maritus accipiat *d. l. in rebus*. Et licet maritus habeat administrationem constante matrimonio, tamen feudum istius successor non habet, *dict. cap. vnic. in fin. de inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio*: Secus autem est, si pater constituit feudum in dotem, dum enim in maritum filiæ feudum alienat, quod apud patrem non manet, Myns. *d. loco*. Iul. Clar. *d. quaest* 36. Sonsbec. *part*. 12. *num*. 50. Borch *c*. 8. *num*. 39. Quamuis Schurff. *in d. cons*. 23. putat vasallum in dotem dare feudum posse ad vitam suam, non vltra.

Tertio obiicitur, per dotis dationem dominium non transfertur *d. l. in rebus*. quia soluto matrimonio dos effectualiter redditur.

Resp. Ideo prohibita est feudi datio in dotem, ne vlla occasio feudi alienandi daretur, *d. c. vn.* & *c. cum quid. de reg. iur. in* 6. Præterea non iuris est, ad fœminas feuda non pertinere, vt superius dictum fuit. Vnde etiam à contrario receptum est, maritum absque domini consensu dotalitium (donatio propter nuptias) non posse constituere vxori in fundis dotalibus. Curt. *part*. 4. *num* 94. Iul. Clar. *d. quaest*. 36 *in fin*. Sonsbec. *p*. 14. *n*. 81. *in fin*. Denique fauor dotis & procreatio sobolis magnum habet priuilegium. Vnde videtur dicendum, feudum in dotem dari posse, *argum. l. 1. ff solut matrim*.

Resp. Hoc argumento leu oti mouetur Petrus de Bella Pertica *in tractat. feudal tit*. 8. *numer*. 13. vt asserat posse feudum in dotem dari, sed dicendum est, constitutionem Friderici Imperatoris alienationem feudi strictissime prohibentem, id non pati, cum alias attenuarentur vires Imperii. *dict. capitul. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum*. Quamuis autem feudum in dotem dari non possit, vt hactenus dictum fuit, non tamen prohibetur vasallus commoditates & fructus ex feudo perceptos pro filia elocanda in dotem constituere. Zasius *dict. part*. 9 *numer*. 8. Mynsing. *dict. obseruat*. 86. *centur*. 4. Iul. Clar. *d quaest*. 36. Gayl. *lib*. 1 *obseruation obseruat*. 117. *numer*. 7. Borcholt. *capit*. 8. *num*. 57. vt nec vasallus prohibetur eos vendere, locare ad longum tempus, vel quouis modo alienare, Laudens. *in d. cap vnic*. § *donare qualit. olim feudum*. Wes. *numer*. 6. *capit*. 11.

48 quia fructus sunt † in vsufructu, quem habet vasallus iure feudali, quique ad eum pertinet, vt Obertus de Orto expresse testatur, *in cap. vnic. in fin. in quibus causis feudum amit.* quemadmodum superius dictum fuit. Et ita saluantur Nobilium nostro tempore vsurpationes, qui cum feuda pro filiabus in dotem dare consueuerunt, fructus saltem obligasse intelligantur. Zas. *p. 9. n. 8.* Myns. *d obser. obs.* 86.

Deinde, an in arbitrum compromittere vasallus possit sine voluntate domini, similiter dubitatur? Et quidem hæc decisio dubia & periculosa est, secundum Curt *part. 4. numer. 99. in fin.* Iul. Clar. *quæst. 19. § feudum.* Et posse vasallum cum alio compromittere in iudicem, qui sua sententia controuersiis finem imponat, *l. Pomponius ait. 13. §. recepisse, ff. de recept. qui arbitrium receperunt,* dubium non est, modo id non spectet alienationem. Pone casum; Titio lis est cum Sempronio de parte feudorum dimidia: Titius dicit partem ad se pertinere, seq; Caium agnoscere dominum: Sempronius itidem dicit partem ad se pertinere, seq; etiam Caiũ agnoscere dominum: Res defertur ad arbitrum, in eumque compromittitur, Titius obtinet, totumq; feudum adquirit: quæritur, anne licita sit compromissio? Et respondetur eam licitam esse, cum non tendat in domini perniciem vel detrimentum, quia seruitia debita, pro toto feudo à Titio solo nunc accipit: & ita loquitur *cap. vnic. in princip. vers. si autem. in verb. coram iudice vel arbitro, de lege Corradi. capit. vnic. in princip. an apud Iud. vel Cur. domini &c. cap. vnic. §. 1. de inuest. in maritum facta, &c.* eamq; sententiam communi interpretum calculo receptam esse testatur Curt. *in d. loco,* haneq; simpliciter amplectitur Zasius *part. 6. num. 48 & part. 9. num.* 20 In arbitratorem autem, hoc est, in amicabilem compositorem procedentem sine iuris ordine compromitti non potest, Zas. *d part. 9. num.* 20. Apud illum enim non est iudicium, sicut apud arbitrum, vnde facilius timetur alienatio, arbitrium seu compromissum ad similitudinem iudiciorum est redactum *l. 1. ff. de recept. qui arbitrium, &c.* vnde & iudex dicitur arbiter *in l 5. in fine. ff. de verb. oblig.*

Deinde id textibus feudalibus de arbitratore nullibi est expressum, quamuis Iustinianus affirmet, *in Nou. 119.* lites dirimi, vel iudiciaria sententia, vel amicabili compositione: in eoq; omnes consentiunt, Iul. Clar. § *feudum, d q. 39. n. 1.*

Sed obiicitur, quod compromittendo posset deueniri ad alienationem feudi, & quæ-
49 uis occasio alienandi †, seu callida machinatio sit prohibita *d. c. vn. de prohib. feud. alien.*
per Frideric. Vnde compromissio sine domini consensu fieri non potest, cum speciem a-
lienationis habeat.

Resp. Quamuis Iul. Clar. *in d quæst. 39.* quem simpliciter sequitur Borch. *cap. 8. nu. 45.* putat, magis communem & tutam esse sententiam eam, scil. neq; in arbitrum, neque in arbitratorem, compromitti posse: & capitula de arbitrio loquẽtia esse correcta, per nouissimam Friderici constitutionem; putamus tamen cum Curtio & Zasio communem magis eam esse Feudistarum mentem, nec iniquam, iura antiqua de arbitrio loquentia manere incorrecta, id quod gloss. *in d. cap. vnic. de prohibit. feud. alien. per Fridericum* testatur. Eo autem casu, quando compromitteret vasallus in alia causa non feudali, cum alio tertio, hoc casu omnino illicita esset compromissio. *d. c. vnic. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Nam hoc casu domino feudum alienatur, & seruitia subtrahuntur. Eodem modo nec transigere super feudo vasallus potest, sine cõsensu domini, scilicet vt fundi feudales, quos possidet, in alium transferantur: tum enim translatio vim alienationis habet, *l. non solum, C. de prædiis minorum.* quæ prohibita est in Constit. Frideric. Iul. Clar. *in §. feudum. quæst. 38.* Borch. *c. 8 n. 44.*

Sed

sed obiicitur *cap. vnic. §. si vasallus. si de feud. defuncti. content. &c. & cap. vnic. de reuers. inter vasallum & alium*, vbi affirmatur, de feudo vasallum optime transigere sse.

Resp. Transigere potest vasallus de feudo decidendi potius, quam alienandi & dimi-ndi causa, Cuiacius *in d. c. vn. §. si vasallus*. Borch. *c. 8. nu. 44.* Et tum sit sine fraude, bo-fide, probabili timore litis, Zasius *part. 6. n. 45. & par. 9. n. 19.* Curtius *part. 4. n. 96.* Wes. .11 *num. 7.*

Nunc generaliter sciendum est, sine consensu domini quid in feudo à vasallo fieri a posse, dummodo non fiat hoc fraudulenter, & in detrimentum domini redundet, is si fraus subest, ipso iure nulla est alienatio, *dict. cap. vnic. de prohibit. feud. alienat. per dericum.* Quicquid autem fit voluntate domini, hac in parte optimo iure concedi- *.cap. scienti. de reg. iur. in 6.* quia & iure naturali conceditur, habere ratam voluntatem s cupientis suam rem transferre in alium, *§. per traditionem. Instit. de rerum diuisione,* *sf. cap. 11. n 12.*

Hinc consequenter sequitur, *subinfeudationem*, quæ Germanicis vocatur Afftersle- *n* absq; domini consensu optimo iure fieri à vasallo posse, textibusq; feudalibus per- :ti, *cap. vnic. §. similiter. de lege Corradi. d. cap. vnic. §. vltim. vers. illud quodq. de prohibit. l. alienat. per Fridericum.* Est autem subinfeudatio, quando † vasallus alteri cuidam ter- 50
, qui sit eiusdem conditionis, sine fraude eadem lege, qua ipse habet, sine voluntate nini feudum suum concedit. Ex qua definitione constat, tria copulatiue ad subinfeu-ionem esse necessaria, vt sit licita: quæ sententia est communiter approbata, à Baldo, arotto, *in d. cap. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum*, referente Curtio *part. 4.* *9.* Iulius Clar. *in §. feudum, quæst. 32. n 4.* Mynsing. *cent. 1. obseru. 62.* Pistorius *quæst. feudali* n 4. Carolus Molinæus *in consuetud. Parisiensibus feudalib. §. 32. n. 18.* Wes. *cap. 11. num. 9.* :ch. *c. 8. nu. 49. 50.*

Requisita autem † hæc sunt, 1. vt fiat sine fraude. *d. cap. vnic. §. beneficium. in verb. si ni- n fraudem legis fiat, si de feudo defuncti contentio sit, &c. d. cap. vnic. §. fin. vers. illud quoq. rohibita feud. alienat per Frideric. in verb. quam sine feudo habuit, est miles.* idq; satis clare rimitur *in d. c. vn. §. similiter. de leg. Corradi.* vbi dicitur: si dans est miles, hoc est, primus illus, is quoq; qui accipit à vasallo, miles sit, & feudo seruiat. Tertio, vt is, qui accipit em lege, iisdem pactionibus id habeat, quibus ille habuit, à quo accepit, id quod si- itet clare exprimitur, *in d. cap. vnic. § similiter, vers. profecto. de lege Corradi.* Myns. *d. obser.* puta, si aliquis habeat feudum, pro se suisq; hæredibus, id non debet alia lege dare, m ipse habet, scilicet pro hæredibus masculis, non masculis & fœminis simul, *d. cap.* *. §. similiter.* Sic, si vasallus in desperationem filiorum ei det in feudum, qui similiter n desperatione filiorum, procedit subinfeudatio: alias secus, *cap. vnic. extra, si de alie- feudi.* Sic, si vellet proprietatem vasallus in tertium transferre, cum tantum posses- iem habeat, non licet. *d. cap. vnic. §. fin. de inuest. de re alien. facta.* In præiudicium i- ;t domini & agnatorum subinfeudatio fieri non debet, Zasius *part. 9. n. 11.* Iul. Clar. *q. 32. n. 4.* 51

Circa infeudationem tamen notandum est, † vasallum mei vasalli non esse 52
im vasallum, vnde inuestitutam tum à meo vasallo, quem dominum agnoscit, acci- Curt *part. 4. n. 18.* Homo enim hominis † mei homo meus non est, *l. Modestinus. ff. de* 53
fig. Et nec libertus liberti † meus est libertus, *l. si quis à liberis. 5. § si quis à Liberti. ff. de* 54
fcend. & alend. lib.

Denique in hoc passu notandum est, quod si iste secundus vasallus, cui feudum fuit

 subin-

subinfeudatum, velit illud alienare, requiratur consensus prioris & supremi domini, non immediati, qui subinfeudauit Gloss. *in dict. cap. Imperialem.* § *illud, in verbis. nisi requisitus. de prohibit. feud alienat. per Fridericum.* Zasius *part. 9. num* 33 Iul.Clar. *quæst.* 32. *num. Vltim.*

Huiusque rei ratio hæc est, quia hoc iuris, quod primus vasallus habuit, nempe vtile dominium subinfeudando statim transtulit in secundum, ita reliqui nihil penes eum manserit. Sonsbec. tamen putat *part.* 12. *num.* 92 omnium superiorum consensum requiri, eo non obstante, quod vtile dominium à pluribus in solidum possideri non possit. Nam id respectu diuersorum optime procedere potest: vt ostendit Faber *in* §. *adeo Instit. de locat & conduct.* Et quod alias dicitur, plures in solidum dominos esse non posse *d.l* 3.§. *ex contrario. ff. de acquirend. possessione*, intelligitur respectu vnius, non diuersorum.

Nunc contraria videbimus. Primo obiicitur *d. c. vnic. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum*, vbi quæuis alienatio est prohibita: Ergo subinfeudatio ante quidem concessa, nunc est prohibita.

Resp. Est prohibita, nisi illa tria concurrant, de quibus superius diximus, quemadmodum Zas. & Curt. *in dd. locis* affirmant.

Deinde obiicitur contra infeudationem *c. vn. extraord. de alien feud.* vbi generaliter dicitur, subinfeudare nemini licitum esse, nisi quis maiorem partem apud se retineat: Ergo subinfeudatio totius feudi est illicita.

Resp. Ibi de fraudulenta subinfeudatione agi vult Cuiacius *ibidem*: vel dicemus generaliter, illud caput extraordinarium tantæ autoritatis non esse, vt nobis textus feudales corrigat. Diuisio vero feudi inferioris seu non regalis alienationis nomine non venit, vnde irrequisito domino fieri potest, cum inde nullum præiudicium domino generetur, sed debita nihilominus seruitia, licet diuisa ei offerantur. *d. c. Vnic.* §. *præterea de prohib. feud. alienat. per Frider.* Gayl. *lib.* 2. *obseru. obseru.* 153 *n.* 8. *d. c. vn* § *omnes si de feud. defunct. content. sit. c. vn.* § *fin. quib. mod. feud. amit.* Curt. *p.* 2. *num* 21. 22 Feuda tamen regalia seu dignitatum diuisionem non recipiunt. *d. c. Vn* § *præterea de prohib. feud. alien. per Fridericum*, vt superius dictum fuit, & est communis opinio secundum Iul. Clar. *quæst* 44. *n.* 1 Curt. *part.* 4. *quæst.* 124 *n.* 1. Wesenb. *c.* 11. *n.* 8. cum illorum feudorum diuisio sit noxia & damnosa imperiis. Gayl. *d. obser.* 153. *n.* 3. & 4. vt pote ex qua diuisione robur Rom. Imp. periclitetur, quemadmodum eleganter ostendit Sonsbec *part* 1 *num* 45. *Vsq; ad finem.* Nam omne
55 regnum † diuisum desolabitur, ac virtus vnita fortior est; in seipsa, quam sparsa, vt notabiliter Zasius refert, *part. 9. numer. Vltim.* id tamen de consuetudine fallit. Nam dignitatum feuda præter regales dignitates hodie diuidi possunt, Schurff. *consil.* 17 *num* 5. *centur.* 1. Gayl. *d. loco. num.* 2. Iul. Clar. *d. quæst.* 44. *num.* 2. Imo consuetudo recepta Germaniæ testatur, etiam Ducatus sæpe diuidi, quod fit permissu Imperatoris Romani, Zasius *part* 9. *num Vlt.*

Sed obiicitur, quod diuisio feudi sit illicita, cum emtionis vicem obtineat, *l.* 1. *C. communia vtriusq; iudicii.* Ergo diuisio feudi à vasallo fieri non debet.

Resp. Etiamsi quidem in plures partes diuisione feudum distrahatur, tamen nihil extra familiam vasallorum alienat, cum & fides nihilominus & seruitia præstentur. *c. Vnic. in princ. de alien. feud* Wesenb. *d. loco.* Sic dicemus rectissime alienationis verbo non contineri refutationem, vel renunciationem feudi, quamuis inuito domino, adeo vt post refutationem vasallus domino non teneatur amplius seruire, vt clare disponitur *in cap.*

Vnic.

Vnic. de Vasallo, qui contra constitutionem Lotharii. Refutatio autem descendentibus vel a-
gnatis, si feudum est paternum, fieri potest, *cap. vnic. in princ. de alienat. feud. paterni.* quia
quilibet fauori, & lucro pro se introducto renunciare potest, *l. penult. C. de pact. l. si
quis in conscribendo, C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Sonsbec. *part. 11. num. 16 & part. 12. num. 123.*
Zasius *part. 9. num. 14. & part. 10. num. 85.* Iul. Clar. *quæst. 34. § feudum.* Wesenb. *c. 11. num. 11.
& c. 15. num. 1.*

Sed obiicitur ita: feudum est contractus nominatus vltro citroq; obligatorius: Ergo
non licet vno inuito à contractu discedere, *per l nihil tam naturale ff. de reg. iur.* cum & cō-
tractus † ab initio sint voluntatis, ex post facto vero necessitatis, *l. si emendauero, 23. §. Vlt.* 56
ff mandati l. sicut. C. de oblig. & act.

Resp. Quod hoc casu consuetudinibus feudalibus aliud sit receptum in feudo, exem-
plo vsusfructus, à quo quilibet liberè abire potest, *l. si absente. ff. de vsufruct.* aliud in con-
tractibus aliis constitutum, Curtius *d. loco.*

Quæritur denique, an seruitus realis † in feudo constitui possit inscio & inuito do- 57
mino? & communis est opinio, quod id fieri possit, secundum Curt. *part. 4. num. 105.*
Iul. Clar. *in § feudum, quæst. 37. num. 1.* Zas. *part. 10. nu 56.* Wesenb. *c. 11. nu. 7.* Borch. *c. 9. n. 59.*
Et probatur per expressum textum *in c. Vn. §. rei. Vers. quid ergo. de inuestit. de re aliena facta.*
modo tamen id non fiat in præiudicium domini, vel agnatorum, & in sui ipsius præ-
iudicium. Curt. & Clar. *in dd. locis, & in d. c. Vnic. §. rei.* vbi dicitur, si id facit vasallus precii
dolo, vel iniuria, nullum inde præiudicium domino generetur, & vasallo dum feudum
tenet, potest obesse seruitus, domino vero vel agnato, ad quos reuertitur feudum, mini-
me seruitus noceat, etiamsi per longa, imo longissima tempora, secundum glossam per-
seuerauerit.

Nam meliorem † potest facere conditionem feudi vasallus, non deteriorem sine 58
consensu domini, vel agnatorum voluntate, ad quos feudum per successionem pertinet.
Et quod de seruitute reali dictum est, videtur quoque referri posse ad personalem, quasi
& vsusfructus possit inuito domino vel agnatis constitui, modo tamen non præiudi-
cet domino vel agnato; sed tantum oneri sit vasallo: morte autem vasalli † vsusfructus 59
finitur: & id suadet generalitas textus, *in d. cap. Vnic. §. rei.* qui textus generaliter de
seruitute loquitur: vnde non distincta non distinguamus, *l. de precio. de Public. in rem
act.* Deinde id videtur approbare D. Borcholt. *cap. 8. num. 64. in fin.* Curt. *part. 4. num. 106.
in fin* quamuis in principio dicat eo communem esse sententiam, non posse constitui v-
sumfructum in feudo, id quod similiter Iul. Clar. *quæst 37. nu. 2.* & Sonsb. *part. 12 num. 103.*
affirmat.

Sed quod dictum fuit seruitutem in feudo constitui posse, ei obiicitur *l. Vlt. C. de rebus
alienis non alienan.* qui seruitutem constituit, vel vsumfructum, ille alienat: omnis autem
alienatio est prohibita, *d. c. Vn. de prohib. feud. alien. per Frider.* Ergo nec licebit constituere
seruitutem vel vsumfructum inuito domino.

Resp. Si fit in præiudicium domini & agnatorum, vere est alienatio, alias permittitur,
cum non vergit in detrimentum domini vel agnatorum, quemadmodum superius dictū
fuit. Deinde *d. l. vlt.* loquitur de iis rebus, in quibus nihil iuris alienator habet, hic autem
habet aliquid iuris vasallus, cum sit vtilis dominus.

Secundo obiicitur *l. foramen. ff. de seruit. Vrban. præd.* vbi dicitur, debere habere perpe-
tuam causam, sed hic non potest esse perpetua, cum duret ad vitam vasalli; Ergo consti-
tui non potest seruitus hoc casu.

Resp.

Resp. Causa perpetua in seruituribus requiritur, scil. donec durent, vt videlicet semper ea vti possit quis pro sua voluntate. Nam nemo semper ea vti potest, & de causa in *d. l. foramen*, agitur id, quod huc rectissime etiam accommodari potest.

Tertio obiicitur *l. 5. ff. de fundo dotali.* vbi dicitur, fundo dotali non posse imponi seruitutem, quia alienari non potest fundus dotalis. *toto titul. ff. de fundo dotali.* Ergo videtur dicendum, adhuc seruitutem in feudo constitui non posse, cum alienatio ibi vetetur.

Respond. Maritus vt nec alienare, ita nec facere potest, fundum dotalem alteri seruire propter matrimonii fauorem; vnde recte dicemus, illum casum specialem esse.

60 Quarto obiicitur *l. 4. ff. de seruit. in pr.* vbi dicitur: seruitus ad tempus † constitui non potest; sed hic ad tempus constitueretur. Quando enim domino aperiretur, vel agnatis, expiraret feudum, *d. c. Vn. § rei. de inuest. de re alien. facta.*

Resp. Ad tempus constitui seruitus non potest, ita scil. vt certum tempus apponatur,
61 sed simpliciter data valet, & tacite hoc semper inest: quia expressa † nocent, non expressa non nocent, *l. expressa, de reg. iur.*

Deinde ei, quod dictum fuit, vsumfructum in feudo constitui posse, obiicitur *l. 4. ff. de Vsufruct.* vbi dicitur, vsumfructum esse partem dominii, & qui vsumfructum fundi stipulatur, deinde feudum, simile est ei, qui partem feudi stipulatur, deinde totum. *l. qui vsumfructum. ff. de Verb. obligat.* vsusfructus constitutio in fundo feudi est alienatio, *d. c. vnic. de prohib. feud. alienat. per Frideric.*

Resp. Illi textus duo non loquuntur de vsufructu tali, de quo hic agimus, sed de commoditate, quæ proprietatem comitatur, quam habet ipse dominus ex suis fundis, si nemini eos in vsumfructum dedit: & illa commoditas improprie dicitur vsusfructus *in d.*
62 *l. 4.* quia res sua propria † nemini seruit. *l. Vti frui § 1. in pr. ff. si vsusfruct. petat.* Et est in alienis rebus proprie vsusfructus. *§. 1. Instit. de Vsufruct. l. 1. ff. eodem.* Et vocatur à Dd. commoditas in propriis rebus vsusfructus causalis.

De formali autem hic agimus, qui separatus est à proprietate, *d. §. 1. Instit. de Vsufruct.* qualem habet vasallus, *c. Vn. in quib. caus. feud. amit.* qui non est pars dominii, *l. recte dicimus ff. de verb. sign.*

Deinde obiicitur *l. 1. ff. de Vsu & vsufruct. legat.* vbi dicitur, seruitutem seruitutis constitui non posse; id hic fieret, quia feudum est vsusfructus, vt superius dictum fuit, si tamen seruitus vsusfructus in eo consistit.

Sed quid ad illam legem sit respondendum, superius dictum fuit. Et tantum de causis amittendi feudi ex culpa seu felonia; quibus nunc adhærent duæ quæstiones.

Prima est: An si dominus in vita non est conquestus de culpa vasalli, hæres domini possit iudicium instituere, & vasallum à feudo deiicere? Et gloss. *in c. vn. §. porro, quæ fuit prima causa benefic. amit. & in c. imperialẽ. § insuper. de prohibit. feud. alienat. per Frider.* per *c. fin. extraord. de donat.* vult, hæredem id facere non posse: quod sequitur Curtius *part. 4 nu. 15.* Iul. Clar. *quæst. 64. nu. 5.* Borch. *c. 8. nu. 154* Id quod similiter volunt obtinere eo casu,
63 quando contra hæredes vasalli esset agendum, cum pœnalia ad hæredes non † transeant, nisi lite cum defuncto contestata. *l. vn. si ex delict. defunct.* Curt. *d. part. 4. n. 157.* Iulius Clar. *quæst. 65. per tot.* Borch. *d. loco.*

Altera quæstio est: quid iuris sit, si dominus ipse feloniam committat? & hac de re expressos habemus textus, domino scilicet committente feloniam, per quam vasallus amit-

tteret feudum, si eam committeret, proprietatem ad vasallum pertinere, *cap. vn. §. de no. si de feudo defuncti contentio sit*. Et ex omni felonia, qua vasallus feudo priuatur, dominum proprietatem amittere. *cap. Vnic. qualiter dominus propr. feud. priuetur*. Id quod te in aliquibus casibus durum videatur, sed ita lex scripta est, *l. prospexit. qui & à qui-lib. manumissi non fiant*, cum & dominus in omnibus vicem vasallo debeat reddere, as sit perfidus, *cap. Vnic. §. fin. de form. fidel.* & mutua ac reciproca fides debet esse inter minum & vasallum, Gayl. *libr. 2. obseru. obseru 15 num. 11. & lib. 2. obseru. 158. num. 3.* Wes. *sil 2. num. 7.* Schurff. *consil. 10. cent. 3. num. 20.* Zasius *part. 11. num. 16.* Et ad paria iuditur, vasallus & dominus, Zasius *part. 10. num. 81.* Sonsbec. *part. 13. num. 179.* Boteholt. .8. *num. 133.* Ex quo nunc infertur, si dominus petitam intra annum & diem inuestiam in veteri feudo vasallo non faciat, eum amittere proprietatem. Hart. Hartman. *ract. obseru. tit. de feudis, obseru 9.* Botcholt. *cap. 8. num. 135.* Quamuis tamen id nimis rigorosum videatur, Iul. Clar. *quaest. 49. num. 7. §. feudum.* vbi etiam eleganter affirmat, pœn priuationis in hoc casu non temere esse imponendam, nisi in casibus à iure expres. Et hoc argumentum, dominum nimirum ex iisdem causis amittere proprietatem, ex ibus vasallus feudum, non placet Claro *in quaest. 68. in fine.* vnde hic caute erit ambudum à iudice discreto. *cap. Vnic. § praedictis. quae fuit prima causa benefic. amitt. cap. Vnic. §. ioc. hic finitur lex.* Praesertim cum constat ea de re anxie fuisse disputatum *d. cap. Vnic. liter dominus feud. propr. amit.* Sic quando dominus denegat iustitiam vasallo, feudi prietatem amittit, *c. Vnic. in princ. de mil. vasall. qui contumax, &c.* Iul. Clar. *d. quaest. 68. §. dum.* Botch. *c. 8 n. 138.*

Restat nunc, vt vltimo loco videamus, quomodo sine culpa seu causa, vel felonia feun amittatur? & sciendum, feudum amitti interitu vel occupatione rei feudalis, sicut phyteusis, *l. 1. vbi Iason. C. de iure emphyteut. l. qui vniuersas 31. § item q; amari. l. interdum. quid ex naufragio ff. d. acquir. d. possess. l. cum vnus § fin. ff. de bonis author. iudic. possid.* Wes. *15 num. 21.*

Deinde ex defectu † amittitur feudum, puta quando aliquis fit mutus, surdus, vel ali. imperfectus, *cap. Vnic. §. mutus: Episc. vel Abat. cap. Vnic. an mutus, &c. cap. vnic. de milit. all. qui arma bell. deposuit.* Sonsbec *part. 12. num. 132 cum seqq.* quemadmodum hac de lenius superius, & quidem in secundo modo in fine dictum fuit. Sic si clericus vel giosus quis sit, in feudo non succedit, & ideo id amittit, *d. cap. Vnic. an mutus d. cap. vn. nilit. vasall qui arma, &c.* Sonsbec *part, 12. num. 137.* quemadmodum superius satis able dictum fuit. 64

Ad Thesin. 3. Extinguatur.] Argumento *l. 1. & qua ibi notant. C. de iure emphyt. Apriatur*) *§. his consequenter. hic finitur lex.* Omnes hae thases de amissione feudi loquuntur de feudo simplici.

Ad Thesin 4. Efficiatur.] Id est, nascatur, vt thesis 5. infra, eodem. Et nota bene, hanc theloqui de successione feudi, ita vt nulla spes salutis amplius sit, quod tamen accipien n est de feudo simplici, & non conditionato, hoc est, ad certum seruitium dato: puta, t locus, &c. Item fallit in feudo Franco, in quo nulla praestantur seruitia. Item fallit, si muneratio nis causa feudum datum sit, *argumento l. si pri. §. fin. de donat.* Item fallit, actum fuerit, ne vitium superueniens sit impedimento, per *tit. 48. lib. 2.* vide Sonsbec: *loco.* Contra non obstat *tit. 36. lib. 2. in princ.* vbi dicitur, mutum & surdum etiam iatos feudum retinere: Quia respondeo: ibi tantum recenseri sententiam Oberti Gerhardi, vt constat ex verbis, quidam: Vel respondeo retinere, si spes salutis recupe-

randæ sit, quod ex peritis medicis haberi potest, & tam diu per substitutum seruire potest, vt Sonsb. *part.12.n.132* 133. vbi dicit hoc etiam in feudo nouo procedere.

Ad Thesin 8. *Refutationem.*] Per *tit.38.lib.2.* de refutatione feudi, vide Syluan. *de recognit. feud. quæst.26.*

Contra, dominus & vasallus paribus passibus ambulant, *tit.26.lib.2.§.domino.* Atqui dominus feudum auferre prohibetur à vasallo, *tit. 21. lib. 1.* Ergo nec vasallus potest feudum refutare.

Respond. Differentiam esse inter refutare & auferre: Illo enim casu domino vel alius vasallus constituitur, vel feudum restituitur; hoc casu vasallus feudo penitus priuatur. Neque obstat *l.5. cum ibi notat.* apud Gottofred. *in tit. 11. C. de obl. & act.* vbi quod semel placuit, ampius displicere non potest. Et sic contractus non potest tolli: quia respondeo ex *tit.14.lib.2.* alium vasallum substitui. Item non obstat *tit. 40. lib. 2.* vbi dicitur, præscriptione non obstante: quia respondeo dupliciter. 1. Ibi non loqui textum de amissione vasalli, sed domini. 2. Respond. ex *tit.55.lib.2.in princ. vers. nos autem. in d.tit.40.* vocabulum *præscriptionis* poni καταχρηστικῶς pro vsucapionis, quod constat ex verb. *quod ab initio in d. tit.55.* quia vsucapio requirit titulum, vt patet ex *§.1. Instit. de Vsucap.* quod diuersum est in præscriptione.

Ad Thesin 10. *Parricidium.*] Hoc enim grauius est, quam si occideret fratrem domini, quia proprium sanguinem interficit & perdit.

Proditoriè.] Quia tunc per hoc vasallus sine infamia in curte domini stare non poterit. Sonsb. *p.12.n.53.* vel ideo priuatur, quia feudum est à fide: Proditoris autem fidei nihil à domino committi potest. Sonsb *d. loco.* quæ verior ratio est.

Incestum.] Quæ adeo vera sunt, vt etiam Papa ad restitutionem feudi nihil dispensare possit. Sonsb. *part.12.num.57.* per *cap. quamuis de rescript. in 6.* Multo minus Princeps. Huc refer casum, si seipsum occidat vasallus, ad quem pertineat feudum: secundum Sonsb. *part.12.n.56.* per *l.1. de bon. eor. qui ante mort. sentent sibi.* iuncto §. 4 *d. tit.* quæ distinctio hic potest obseruari. Contra non obstat, quod committens adulterium non priuetur feudo; quia respondeo vasallum ob id non censeri proditorem: non enim proditorio animo hoc fecit.

Ad Thesin 13. *Dimiserit.*] In quolibet etiam periculo per *tit. 26. § licet. Vers. si tamen. lib. 2.* etiam ad momentum tantum, vt Curt *part. 4. n.12.* Quia textus non distinguit *in tit. 24 §. 2. lib. 2.* Et hæc adeo vera sunt, vt licet dominus victoriam obtineat, tamen amittere, quia aliis hoc esset mali exempli, per *l. si quis aliquid § abolitionis, & l. Vina. de pœnis.*

Attentarit.] Hinc collige, etiam conatum puniri, per *d. tit. 5. lib. 1.* & ratio est, quia in maleficiis etiam voluntas punitur æque atq; effectus, per *l. 1. §. diuus. ad leg. Cornel. de sicar.* Non autem verbis hoc fit tantum, per *l. 15. §. 21. de iniur.* puta turpiter ludendo, *d. §. item si fideles, & argumento l.10. ad leg. Aquil.*

Vxoris.] Licet sit vidua post obitum domini; quia dum est vidua, censetur esse in matrimonio, *arg l. fin. C. de bon. matern.* Et licet dominus sit mortuus; tamen honorem domino seruare debet, *arg. l. 4. §. aduersus.10. Vers. nihil autem, de except. doli. & l. 3. in pr. C. de priuil. Scholar. lib. 12.*

Sponsa.] Argumento *l. 5. de testam. l. 12. §. 1. de ritu nupt. §. si Vxor. Instit. de nupt. l. 6. §. de gradibus.*

Procurarit.] Puta, si auctor esset: Author enim & factor eadem plectendi sunt, vt Sonsbec. *part.12. num.27.* & facit *tit. 24. §. præterea. lib. 2.* vbi tenetur denunciare periculum.

um. Contra non obstat *tit.13. in princ. lib.1. & tit.9. lib.2.* vbi per alienationem feudi vasallus beneficio suo priuatur, quia licet hic modus videatur huc pertinere: tamen respondeo, de hoc nos in sequenti disputatione acturos, & licet plurimi sint modi, quibus amittatur, tamen cum infiniti sint, omnes ponere non potuimus. Item non obstat *tit. 37. lib.2.* vbi non priuatur feudo: licet fratrem domini sui interfecerit: Ergo multo minus mitter si solum stuprauit filiam: Quia respondeo ex *l. 8. §.2. ff quod metus causa.* Grauius & ignominiosius hoc esse viro cordato, videre filiam vel aliam personam supra dictam stuprari, quam occidi, vt etiam est exemplum apud Liuium *lib.1. decad.1.* & Halicar. *lib.11. antiquitat.* vbi Virgineus maluit interficere filiam, quam stuprandam Appio Claudio tradere. Est etiam exemplum Genes. *cap.34.* in Dyna filia Iacobi. Item non obstat *l.24. item qui dominum. lib.2.* vbi dicitur feudum amitti, si quis dominum periclitantem dimiserit: Ergo thesis videtur nimis generalis: Quia respond. text *d. §. item qui.* vti verbo *periclitandi,* propter quod fere semper, qui in acie est, in periculo sit constitutus, & quidem regulariter. Item non obstat, quod dicatur non considerari momentum, quia locus sit pœnitentiæ. *argumento l.19. ad leg. Corn. de fals.* Quia respond. quando actio à principio est pœnalis, tum pœnitentiæ locum non esse, qualis hæc actio est, quia tractatur de amissione feudi.

Ad Thesin 14.] Et ratio est in concubina, quia parum differt ab vxore, per *l. item 49. §.4. de legat.3.* Sed hæc accipe de concubinatu de iure ciuili permisso, *arg. l. 3. in fin. ff. de concubin. & l. vn. C. de concubin.* Hinc constat, vasallum prælati ob id non amittere feudum, quia vtrobiq; est delictum, *arg. l.3 l. penult. in fin. de condict. ob turp. caussam* Contra non obstat, quod in pœnalibus non debet fieri extensio. *arg l. pen. de pœn.* Quia respond. non debet fieri extensio in alium casum, quam expressum, *c. statutum, de elect. in 6.* Hunc autem casum de concubina expressum, constat ex generali regula, *in tit.24. §. item qui dominum, lib.2.* & *thesi 25.* & *Nou.115 c.3. § si nouerca.4.* Et scire leges, non est verba earum tenere, sed mentem ac potestatem, *l. scire.17. ff. de legibus.* Neque obstat, quod non sit eadem ratio in concubina, quæ est in vxore. Quia respond. ex *l. item 49. §.4. de legat.3.* Eas tantum dignitate differre, alias non: Vel respond. ex ratione supra data ex thesi 25.

Priori.] Non obstat *tit.6. lib.2.* vbi vasallus tenetur facere, quæ sunt honesta: Ergo thesis erit vniuersalis etiam in pedissequa. Item quod vasallus nihil inhonesti debet facere in domo domini, per gloss. *in cap. de form. 22. q.5.* Ergo. Quia resp. ad vtrumq; argumentum ex *tit.24 § sed quia natura.* iuncto *Vers. illud enim. lib.2. quæ fuit prima causa.* Quod bonus iudex iudicare debeat in casibus in iure tantum expressis, aut in quibus eadem vel maior ratio est. Iam autem constat, longe differre vxorem & pedissequam. Et sic *d. tit. 6.* est restringendus ad *tit.24. lib.2.* d. loco, nonne ex omni causa, ex qua in periurium incidit, feudo priuatur, *d. vers. illud enim.*

Ad Thesin 15.] Limita 1. Si vasallus se defendat, *arg. l. Vt Vim. ff. de iust. & iur. 2.* Si iuuet imperatorem vel dominum antiquiorem contra posteriorem, per *tit. 55. §. insuper. vers. illud quoq; præcipimus. lib. 2.*

Contraxerit.] Limita, nisi plura habeant feuda. Contra non obstat *tit.51. lib. 2.* vbi videtur tantum conatum punire: quia resp. hoc tantum procedere in casu vel adulterii, vel stupri, vel re venerea. Cui obstat *l.1. de extraord. crimin.* Respon. ibi specialiter ita constitutum, propterea quod grauissima inferatur, nec tantum ipsum dominum, sed totam eius familiam conspurcet, *l. quamuis 6. de adult.* & ipsam etiam terram polluat, Leuit. *c.19.* Wesenb. *in paratit. ff. ad leg. Iul. de adult. n. 2.*

Ad Thesin 16.] Hanc thesin accipe, si scilicet calumniose & iniuste hoc faciat, accusetur: alias secus, vt Curt. *part. 4. num.* 63. Interest enim reipub. delicta non manere impunita. *l. ita vulneratus. ad leg. Aquil.* Delator hic non est accusator, sed is, qui denunciat aliqua bona ad fiscum pertinere, quæ iam à domino possidentur, de quibus agitur *in l. 2. ff. de iure fisci.*

Accusauit] videlicet si sententia sequatur, per *l. 14. §. 8. de bonis libert.*

Ad Thesin 17.] Et ratio est, quia præsumptio est contra vasallum, qui facit contra formam fidelitatis, *tit. 7. lib. 2.* Et sic fecit rem illicitã, vt infra *in thes.* 26. distinctio posita fuit, alias secus est in adiaphoris.

Ad Thesin 18. *Sauiat.*] Per *l. 1. C. de custod. reorum.*

Exactionibus.] Argumento *l. 22. in princ. & §. 2. de oper. libert. & §. fin. Instit. de his, qui sui vel alien. iur. l. 2. vers. dominorum. ff. de his qui sui vel alien. iur. l. 1. C. de emend. seru. & l. fi. C. quemadmodum ciuilia muneri, lib.* 10. Et reipub. interest, ne quis re sua aburatur, *§. in potestate, Instit. de his qui sunt sui vel alien. iur.* Quod facit dominus, si in subditos sæuiat, Gayl *lib. 1. d. obseru. 17. n. 5.*

Ad Thesin 19. *Annum & diem.*] Quod tempus currere incipit à tempore scientiæ, vt Borch. *c. 8. n* 4. ait, & allegat Pistor. *tit. de feud obseru* 9. 12. & prædictum tempus non computatur hæredi, licet inchoatum sit in feudo antiquo, non autem in nouo. Borch. *d. c. 8. n.* 8 quia antiquum feudum venit à primo acquirente: nouum vero à persona patris defuncti, & probat Syluan *de feud. recognit. quæst* 40.

Annum.] Et causa dicitur prima *in titul. 24. libr. 2. in princip.* hoc est, præcipua & principalis.

Non petierit.] Limita hunc casum per text. *tit. 22. lib. 1.* Item excusatur etiam vasallus ab hoc casu ob pestem & bellum, quia æquiparantur, vt Syluan. *de feud. recognit. quæst.* 62. Contra non obstat *tit. 22. lib. 1.* vbi conceditur annus & mensis, quia respond. dupliciter: 1. ibi legendum esse annum & diem, iuxta ibi notata. 2. Resp *d. tit.* 22. loqui de milite; nostram thesin de pagano. Neq; obstat *tit. 97. lib. 2.* quia respond. vt supra, quæ solutio probatur à Sonsb *part. 12 n* 3.

Ad Thesin 20 *Requisitus.*] Non enim vasallus tenetur offerre, *d. §. licet.*

Denunciet. Etiamsi hoc per negligentiam omiserit, per *tit. 24. §. præterea. lib. 2.*

Seruitia.] Scilicet legitima: non enim in prælio iniusto eum iuuare tenetur: *titul. hic fin itur lex. in princ.*

Ad Thesin 21.] Vbi dicit hanc rationem. 1. Quia si feudum est in agris, hoc est, si agri sunt feudales, qualitas & conditio prædii propter mutatam possessoris conditionem non immutatur, *l. 4 §. is vero. de cens.* & sic magis prædia obligantur. *l. Impp. 7. de publican.* & mutato possessore onus in agris manet. *l. Vsufructus. 7. §. unde Celsus. de vsufruct.* 2. Si feudum est in iuribus, vt hoc fieri potest: per *tit. 61. libr. 2.* tunc beneficium non datur, nisi propter officium & beneficii agnationem, *titul. 21. lib. 2.* Ratio est, quia vasallo permissum est, si obsequium ipsemet præstare nolit, alium in suum locum substituere, per *titul. 34. §. similiter. 1. in princip.* Contra non obstat, quod Imperator videatur summus & caput orbis, & quod qui magistratum obtinent, à pari vel inferiore aliquid facere compelli non possint. *l 3. in fin. & l. 4. de recept. arbit.* Quia respon. duplicem conditionem spectari; vnam vasalli, quæ priuati iuris erit, propter beneficium ab aliquo acceptum; alteram summi magistratus, cuius respectu summam potestatem habebit: Cuius rei elegantissimũ extat exemplum, vt videre est ex Liuio, Plutarchò & Valerio, in

Quin-

Quinto Fabio Maximo, qui à filio consule de via decedere, & ex equo descendere iussus est. Si vnum eundemque diuersas personas diuerso respectu sustinere posse, patet ex *l. 3. de adopt.* vbi filius consul apud semetipsum manumittitur. Item non obstat, quod dicatur Imperat. soli DEO debere fidelitatem, & Romano Pontifici, quia respond. ex *can. Adrianus distinct. 63.* Papam ipsum decreuisse, vt Pontifex ipse ab Imperatore creetur.

Ad Thesin 22. Existimamus.] Et ratio est, quia de natura feudi non est, vt vasallus pensionem soluat; per hoc enim differt ab emphyteusi. Contra non obstat, *c. ad Apostolica. de re iudic. in 6.* ex quo nonnulli contendunt, ob non solutum canonem vasallum feudo priuari: quia respond. ex Curt. *part. 4. num. 79. in d. c. ad Apostolica.* alias esse causas, propter quas feudum amittatur.

Ad Thesin 24 Restituatur.] Solutis tamen prius expensis litis. Sonsb. *part. 12. numer. 4. circa medium.* per *l 15. C de iudic.* & ratio est, &c. Contra non obstat *titul. 24. lib. 2.* vbi etiam licet citato per citationem non comparere, quia respond. ex *dict. tit. 24 § est & alia.* textum *d. § est & alia,* & thesin loqui de beneficio, pro quo iusiurandum præstari solet. Item non obstat *tit. 24. illud tamen, lib. 2.* vbi dicitur prorsus cadere feudo, quia respond. ex *l. 10 non est nouum. cum seqq. de legib.* Hunc *d. § illud*, conferendum esse cum *tit. de milit. vasall. qui contum. est.* Et sic loquuntur de eadem pœna: & ratio est, quia vterque titulus est Oberti. Sunt enim coniungendi. Vel respond. *d tit. 24. § illud* loqui de contumacia manifesta, puta si citatus in iudicio respondet, se nolle venire, & iustitiam facere; Sed *d. tit. de milit. vasall.* loqui de contumacia præsumta siue vera. Præsumta enim dicitur, quoties citatio facta est, nec constat, citatum percepisse se esse citatum. Vera autem dicitur, qui vel personaliter vel ad domum citatus de citatione certior factus, neque per se, neq; per alium comparet; & hæc solutio probatur inde, quia in *d. tit. de milit. vasall. qui contum. est,* dicitur de trina citatione, quæ in manifesto locum non habet, & ratio est, quia pœna debet commensurari delictis. *l. capitalium, §. solent. de pœnis. l. 3. in fin. C. de Episc audient.* Manifesto autem contumaci semper obstat exceptio doli, per *l. dolo fa. ff. de regulis iuris.*

Ad Thesin 25.] Contra non obstat *titul. 26. licet. lib. 2. & titul. 39. in fin. lib. 2.* vbi vasallus non priuatur feudo, si dominum suum non liberaret dando pecuniam, cum tamen teneatur filius pro patre, eiusue debito fideiubere, *Nou. 115. c. 3. §. 8.* Quia resp. *d tit. 26 tit. 39.* loqui de expositione pecuniæ. Sed *d. Nou. 115, c. 3. §. 8. de fideiussione,* quæ solutio confirmatur, per *l. 5 § 16 de agnosc. & alend. liber.*

Ad Thesin 27. Probare.] Scilicet per quinque testes, *tit. 57. lib. 2. in fine.* Ratio thesis est, quia dolus non præsumitur, *l. dolum. C. de dol. l. merit. ff pro socio.*

Distinctione.] Videlicet tenetur, si vasallus dicat, se ignorasse periculum imminere domino: Ignorantia enim præsumitur, nisi probetur scientia. *l. cum in alienum. C. de legat.* Non autem tenetur in iis, quæ per se sunt illicita, quia delicta præsumuntur esse dolo commissa, *l. 1. C. de sicar. l. si non conuicti. C. de iniur.* Gayl. *lib. 2 de pace public. obseruat. 7. num. 2. 13* probat.

Ad Thesin 28] Et ratio est, quia hic requiritur sententia declaratoria, *capit. 1. vbi Iass. & Dd. de feud. sin. culp. non.* Vbi autem ea requiritur, opus est processu & sententia, *l. de vnoquoque, de re iudic. l. obseruare. §. vbi decretum. vbi Iason. ff. de offic. proconsul.*

Ad Thesin 29.] Et ratio est, quia hæc actio est pœnalis, quæ in hæredem non da-

tur. §. *non autem. Institut. de perpet. & tempor. act.* & actio ad pœnam & vindictam ad hæredes non transit, *l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. & l. pen. ff. de in ius vocand.* Ad hanc thesin vide Sonsb. *part. 12 num 31.* sic distinguentem; thesin procedere, si dominus sciuit, & noluit conqueri. Verum si fuit ignorans vel sciens, sed subito præuentus morte antequam querelare potuit, & tum thesin non procedere.

Contra non obstat regula, quod regulariter in casibus, in quibus pœnam quis ipso iure incurrit, actio in hæredes transeat, vt notat glossa *in leg. 3. §. quod autem ait. ff. quod quisque.* Quia respond. ex Curtio, *part. 4 quæst. penult.* quod illa regula habet locum, vbi pœna ipso iure ita imponitur, vt nulla desuper requiratur sententia declaratoria. Iam autem constat, quod vbicunque sententia declaratoria requiritur ante sententiam, pœna non transeat in hæredes, *l. eius, qui delator. cum ibi notat. per Bartol. ff. de iure fisci.*

Ad Thesin 30] Contra obstat, si feuda possint diuidi, possunt etiam alienari, quia diuisio vicem emtionis obtinet. *l. 1 C. communia vtriusq. iudic. l. 20. §. 3. famil. hercis cund.* Atqui diuidi possunt, *titul. 55. § firmiter. versic. præterea ducatus. libr. 2.* Ergo & vendi possunt.

Ad Thesin 32.] Contra obstat *titul. 9. lib. 2. versic. si autem dissentiente:* vbi etiam hodie vendi potest. Respond. illa in parenthesi loqui de posteriore membro, scilicet subinfeudatione. Item obstat *tit. 44. vers. profectò. lib. 2.* vbi dicitur, vasallum feudum consensu domini alienatum, si recuperet, retinere non iure beneficii, sed iure proprietatis. Iam autem constat, hoc eum recuperare non posse, nisi per alienationem à subinfeudato factam. Ergo feudum ita potest alienari, & quidem sine consensu domini, vt dominus penitus proprietate priuetur, quod dominus præsumitur noluisse: alias enim si donasset dominus vasallo, non poneretur vocabulum alienationis Item obstat *tit. 73. lib. 2.* vbi partem omnibus modis alienare potest: deinde *in d. l. 72.* subinfeudatio comprehenditur nomine alienationis, vt est in verbis: *nec infeudare.*

Ad Thesin 33.] Contra obstat *tit. 13. in princ lib. 1.* vbi pars potest alienari. Item hinc colligo, locationem exiguam siue ad tempus longum non esse prohibitam, *argumento Clement. 1. de rebus Ecclesiast. non alienand.* Et facit, quia per modicum tempus, nec possessio, nec dominium transfertur, per *d. 1. § 1 si ager vectigal. & l. 39. de locat.* & modicum siue longum tempus est decennium, per *rubr. C. de præscrip. long. tempor.* Sed his obstat *l. 44. de locat.* vbi seruitutes locari non possunt. Resp. eam legem loqui de reali seruitute. Itē obstat *d. l. 39. de loc.* vbi locatione nō transfertur dominiū vel possessio, cū qua lege obstat *l. 12. §. 2. de locat.* & *l. 31. eodem.* in quibus per locationem dominium transfertur. Item obstat *tit. 9. lib. 2 § donare.* vbi locare quis feudum potest: cui obstat *tit. 73. lib. 2.* vbi locatio prohibetur, Item obstat *tit. 13. & tit. 17. lib. 2.* vbi feudum in dotem dari potest. Respond. ad *dict tit. 13. & 17.* hoc se ita habere, quando fœmina est vasalla, vt in dd. textibus. Item facit, quia per dotis dationem dominium non transfertur, *l. 30. C. de iure dotal* Ergo non prohibetur, quo minus in dotem dari possit. Item obstat *tit. 26. § si vasallus de beneficio, libro secundo.* vbi transactio non prohibetur. Respond. *in d. tit. 26.* transigi quidem, sed non vt feudum alienetur.

Ad Thesin 34.] Contra obstat, si licet patri vendere filium, & sic proprium sanguinem, propter casum necessitatis, multo magis sua bona poterit vendere. Necessitas enim frangit legem, & bona hominum gratia sunt condita, non autem vicissim. Sed prius verum *leg. 2. Cod. de patribus, qui fil. distrax.* Ergo & posterius. Item obstat regula

quod

to d necessitas illicitum, hoc est, non permissum facit licitum, per *l. 27. de manumiss. testament.* Item obstat *l. 1. C. de operis libert.* vbi necessitas non habet legem, cum tamen ob mmum fauorem operae debeantur, puta pro libertate, quae res est inaestimabilis. Item instat ex *tit. 28. in fin lib* 2. vasallum teneri adiuuare dominum, & facere contra omnes, aeterquam seipsum. Ergo cum contra seipsum facere non teneatur, licite poterit pro- er famem feudum alienare; Alias enim contra seipsum faceret, scil. dum fame se necat. Item obstat *cap. quod non est, de reg. iur. in 6.* Resp. hoc verum esse, si res tantum concer- tius alienantis, quod hic non est.

Ad Thesin 35.] Contra non obstat, quod *in dict. titul 52. §. notarium*, tantum fit men- infamiae, quia respond. hoc ita esse, nisi lex certam poenam vel verbis vel mente ex- essit.

Ad Thesin 37.] Contra obstat *l. 4 §. 1. vers. & si creditor. quibus modis pign. vel hypoth. solu. l. 1 Cod. de feud. patrim.* Item obstat *l. 38 §. 1. de acquir. possess.* Respon. in thesi non esse nditionem.

Ad Thesin 44] Contra obstat *l. 8. §. 4. de alien. iudic. mutand. causa facta.*

Ad Thesin 53.] Et nota bene, Seium & agnatum, quorum ibi fit mentio, sunt vna eam- mq; persona. & virgula post Seio debet omitti. Nota bene, quod theses, quae de reuo- tione loquuntur, intelligendae sunt, quando consensus domini interuenit.

Ad Thesin 54] Contra obstat *cap. 1. de success. feud.* Item obstat *tit. 5. vers. rursus. & tit. 18. in. lib. 1.*

Ad Thesin 55.] Contra obstat *tit. 26. lib. 2. §. 5. vers. Titius filios*, vbi filius statim potest re- ocare feudum alienatum.

Ad Parergon.] *Omnia.*] Hinc collige, priuari dominum proprietate, siue in va- m, siue in alium peccauerit, *titul. 26. § domino. libr. 2.* tamen feudi proprietas ad fiscum deuoluitur, nisi feudum sit ecclesiasticum, quia delictum personae in da- num ecclesiae non debet redundare, *capitul. delictum, 79. de regul. iuris in 6.* Limita- ne thesin, secundum Borcholt. *cap. 8 num. 140.* & Iacobin. *in verb. qui quidem inuestiti, m. 16. pag. 172.*

Primo in iuramento. Secundo quoad pignorationem. Tertio dominus potest allo- am infeudatum conferre ecclesiae, *tit. 54. lib. 2.* quod vasallo in feudo prohibetur, *titul. lib. 2.* Contra obstat, si haec thesis vera est, sequetur, si dominus proprium fratrem in- fieeret, etiam proprietate priuari, quia vasallus priuatur, vt in thesi 10. Sed falsum hoc, *argument. tit. hic finitur lex. in princip.* Ergo & illud. Respond. hunc & nonnul- los alios casus excipi ab hac regula, & casus excepti firmant regulam. in casibus non exceptis, *l. nam quod liquida materia, §. fin. ff. de penu legata.*

DISPV-

DISPVTATIO IX.

Amissum feudum, ad quem reuertatur? & de fructibus meliorationibusq; feudi.

Thesis 1. Quemadmodum diuersimode feudum amittitur, & delicto nimirum & culpa, & sine delicto; ita etiam ratione causarum amissionis non vno modo transit.

2. Feudo ob delictum patris remisso filii indistincte remouentur, siue delictum in dominum sit commissum, siue in alium, *lib. 2. tit. 31. § si vasallus culpam: si de feud. defunct. content.*

3. Et siue fuerit nouum, siue antiquum ex pacto, vel hæreditarium, *d. § si vasallus*. Pistor. *part. 1. quæst. 16*. Sonsb. *part. 13. num. 6.*

4. Vsque adeo, vt dominus filiis in præiudicium agnatorum, ad quos feudum pertinet, gratiam facere non possit, *capitul. primo, si vasall. feudo priuetur.*

5. Nisi forsitan filio non contemplatione patris, sed æque principaliter ac patri feudum esset concessum. Sonsbec. *part. 13. num. 6. & num. 27. § insuper. tit. 55. lib. 2.*

6. Vbi quæritur, an pars feudi paterni propter delictum commissum accrescat filio? negatiuam vt veriorem tuebimur. *cap. 1. de dom fr. lib. 2. tit. 18. & c. 1 de feud. de nouo habent inuest.*

7. In agnatis distinguitur feudum, nouum sit an antiquum? quorum illud indistincte ad dominum reuertitur; in hoc subdistinguitur, delictum domini iniuriam respiciat, an iniuriam extranei? § *licet. titul. 26. lib. 2. tit. 24. § fin. lib. 2.*

8. Quando delictum respicit personam extranei, feudum ad agnatos deuoluitur, & quidem statim, nec tenetur agnatus vasalli mortem expectare, *titul. 24. libro 2. § fin. titul. 31. 37.* Pistorius *part. 1. quæstione 15. numero 3. & sequentib.*

9. Quod de agnatis in quartum gradum accipit communis opinio, nos de proximiore agnato interpretandum arbitramur, *c. 1. an ille. qui inter fratrem domini.* Aluar. *in § fin. quæ fuit prima causa benefic.*

10. Quando personam domini respicit, licet sententiis sit variatum, domino tamen feudum exclusis filiis & agnatis aperiri, verius est, *libr. 2. tit. 24. § fin. tit. 37. vers. cum autem.* Gayl. *lib 2. de pace publ. c. 13.*

11. Amplius autem apud dominum non tantum, quandiu viuit delinquens,

iens (id quod principi illi Feudistarum Andreæ de Isernia, & aliis præ- ntiss. viris placuit) sed etiam postea exclusis omnibus agnatis remanere adum tentabimus, Sonsbec. *part.13.num.1.c. sancimus. quo temp. mil. cap. fin. cap. Corrad. §. itemque. tit. 24. libr. 2.* Gayl. *libr. 2. de pace public. cap. 13. numer. 11. in seqq.*

12. Hinc consequens est, si feudum sine domini voluntate alienatum erit, illud ad dominum redire, *tit. de vasallo, qui contra constitut. Lothar. §. aut ibellario. quib. mod. feud. amit. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Frider.* Hottom. *ls. 3 lib. 1.* Sonsb. *p. 13. n. 78.*

13. Et hoc fundamento rectè reiicitur opinio eorum, qui ob non pe- am inuestituram amissum feudum ad dominum pertinere negant. Bor- olt. *cap. 8. n. 1. tit. 1. §. præterea. si quis in feud. de prohibit. feud. alien. per Frid. §. fin. 24. lib. 2.*

14. Delictum autem illud contingit aut principaliter ratione personæ, t in consequentiam alterius, vt si dominus filium, aut vasallus subuasal- m relinquentis requisiti ad dominum, ad satisfaciendum non deducant, *lle. tit. 55. lib. 2. §. insuper. d. tit.*

15. Si vero subvasallus ducentem sequi noluerit, feudum ad immedia- m dominum regreditur. *d. § illud.*

16. Sicuti etsi patrem filius sequi recusauerit, parens quidem feudum n amittit, sed post mortem patris non succedit filius. *d. §. insuper.*

17. An vero nepos hoc casu succedat auo, quæritur? & illum succede- placuit Aluarot. *part. 1. quæst. 16.* Gayl. *libro secundo, de pace public. capit. 13. nu- r. 25.*

18. Cæterum sine delicto feudum amissum, si nouum fuerit, ad libe- s, & his deficientibus ad dominum: Si antiquum, ad agnatos pertinet. §. *itus. Episc. vel Abbat. c. 1. de vasall. milit.*

19. Quid autem si delictum non fuerit feudale, publicatio tamen bo- rum sequatur? amittitur quidem feudum: sed fisco non applicatur. Bo- n. & Aluarot. & Dd. *in l. si finita. §. si de vectigali. de damno infecto.* facit titul. 31. 2.

20. Cui tamen cedat, controuersum est, communius tamen placuit cedere filios, & his deficientibus, agnatos. §. si vasallus, *titul. 26. lib. 2. §. fin. ibi Dd. titul.* 24. *lib.* 2. Wesenb. *cap.* 17. Sonsbec. *part. 13. num.* 50. Pist. *part. 1. qst. 16. n 5. 6.*

21. Quod probamus, si quidem confiscatio ex eiusmodi fiat delicto, od personam vasalli inhabilem efficiat, alias feudum non adimi vasallo,

nec transferri ad propinquos existimamus, *lib. 2. tit. 37. ibi, vt in curia amplius, &c.* And. de Isernia *c. 1. coll. 2. hic finitur lex. c. 1. § si vero. de pace publ.*

22. Fructus tamen & commoditates feudi fisco addicuntur, Gayl. *libr. 2. de pace publ. c. 17.*

23. Cui & nouissimum ius consentit, quo ad dominum directum viuente vasallo feuda reuertuntur, & fructus damnum passo adiudicantur. Constit. *de pac. publ. Caroli V. tit.* Die Pein der Friedbrecher. § *2.* & ordinat. Camer. Imper. *tit. 9. c. 2. § 2.*

24. Post mortem vero vasalli filiis, si cum offenso transegerint, & agnatis simpliciter statim possessionem dominus restituere debet, Gayl. *lib. 2. de pac. publ. c. 14. n. 6. 7. 8.*

25. Illud notandum, domino feloniam committente, proprietatẽ indistincte lucrari vasallum, siue in ipsum, siue in alium deliquerit, *cap. 1. qualiter dominus propriet. priu. c. 1. §. domino. si de feud. defunct. content.*

26. Et ita reuertente feudo videndum est, quid de fructibus, meliorationibus & similibus statuendum sit.

27. Sane sine maleficio feudo reuerso omnes fructus à solo separatos & perceptos ad hæredes vasalli pertinere indubitatum est, *argumento tit. an agnat. vel filius.*

28. In fructibus nondum perceptis distinguimus, vtrum ante Calendas Martii defunctus fuerit; an vero post? Hoc casu ad hæredes vasalli; illo ad dominum fructus pertinent, siue inter dominum & vasalli hæredes, siue inter filios & filias, de his controuersia fuerit. *§. hic consequenter. hic finitur lex.* Borch. *c. 7. in secundo modo, quemadmodum feud. acquir. in fin.* Pistor. *part. 1. quæst. 24. num. 38. cum seqq.* qui *d. loco. numer. 57.* dicit, propter generalitatem, *d. § hic consequenter.* verba. *§. 2.* & thesis accipi de omnibus fructibus, etiam censibus & reditibus.

29. In sumptibus meliorationis domini electio est, an illos soluere, an pati velit, vt ædificium tollatur, *cap. 1. §. si vasallus. hic finitur lex, §. ex contrario. de inuest. de re alien. facta.*

30. Hæc autem ita demum procedunt, si feudum sine culpa reuertatur: feudo per culpam reuerso, nec fructus, nec sumptus meliorationis repetuntur, Pistorius *part. 1. quæst. 24. d. §. si vasallus. per tit. 2. & ibi Dd. C. de iure emphyteut.*

Coronis: Iurisdictionem loci feudalis, quam vasallus acquisiuit, feudum ad dominum non sequi, *cap. 1. §. ex contrario. de inuestit. de re alien. fact.* Pist. *libr. 2. part. 2. quæst. 43.*

DISPV-

DISPVTATIONIS IX.

Amissum feudum ad quem reuertatur? & de fructibus, meliorationibusque feudi, obiectiones & resolutiones.

SVMMARIA.

Feudum amissum, cum aperiatur, ad quem recurrat?
1 *Iura non patiuntur dominia rerum esse in incerto.*
Feudum ex felonia amissum ad quem redeat? & sine felonia amissum ad quem pertineat? num.4.
Donatio feudi est quasi modalis donatio.
5 *Intellectus* cap. vnic. si vasallus culpam, si de feud. defunct. content. sit, *qui?*
7 *Feudum quando ad filios, & quando ad agnatos pertineat?*
8 *Delicta suos auctores tenere debent.*
1 *Nemo alterius delicto grauari debet.*
0 *Ius filiorum in feudis ex iure patris dependet.*
1 *Intellectus* cap. vnic. si vasall, feud. priuet. *qui?*
2 *Ius accrescendi pertinet ad leges caduciarias ex testamento.*
3 *Intellectus* c. vnic. § sed etiam res, per quos fiat inuest. *qui?*
4 *Intellectus* c. vnic. § Titius, si de feud. defunct. content. sit, *qui?*
5 *Intellectus* c. vnic § præterea, de prohib, feud, alien. per Frider. *qui?*
6 *Feudum ex parte vasalli amissum, ad quem redeat? & ex delicto domini feudum amissum cui aperiatur?* n.17.
8 *Feudum sine culpa amissum ad quem perueniat?*
9 *Feudum quis propter religionis habitum assumptum vel clericatum amittit.*

EXplicatis nunc modis amittendi feudi ex felonia, hoc est, delicto, & sine felonia; pro-
ximum iam est inquirere, ad quemnam feudum † amissum recurrat, cum aperiatur. 1
Nam feudum amissum, vt apud certum sit dominum, necesse est, cum iura † & bonum 2
publicum non patiatur dominia rerum esse in incerto, quemadmodum ICtus Caius af-
firmat, *in l. 1. ff. de vsurpat.* Hæc autem doctrina interpretum commentis admodum
obscura & intricata est reddita, vt testatur Pist. *p. 1. q. feud. q. 15. in pr.* vnde secundum ordi-
nē superius monstratum videbimus, ad quemnā feudū † ex felonia amissum redeat. De- 3
inde ad quem feudum sine felonia † amissum pertineat. Si feudum ex felonia amittitur, 4
aut est nouum feudum, aut antiquum: si est nouum, absq; omni distinctione simplici se.
feudum ad dominum reuertitur, eiq; aperitur, si cum proprietate consolidatur, *c. vnic. §.
præterea vers. item si fuerint, quib. mod. feud. amitt c. vni. §. fin. in fin. quæ fuit prima causa bene-
fic. amit. c. vnic. quid iuris, si post alienationem. c. vnic. de vasallo. qui contra constitutionem Loth.
&c. c. vn § callidis, de prohib. feud alien per Frider.* Quamuis adsint filii descendentes & a-
gnati, *c. vnic. § si vasallus culpam, si de feud. defunct. content. sit.* Et hæc de feudo nouo amis-
so felonia conclusio est indifferenter approbata, vt refert Curt. *p. 4. n. 2.* & de plano pro-
cedit, in eoq; omnes Dd. consentiunt, referente Iul. Clar. *in quæ 66. § feudum n. 2* Iacob.
de feud in verb. dictiq; vasalli Zas. *p. 10. n. 100.* Sonsb. *p. 13. n. 2.* vbi addit rationem, quare id fi-
at, scil. ideo quod feudi donatio † sit quasi modalis donatio, quæ reuocatur statim, non 5
sequente modo, *l. 1. C. de don. quæ sub modo fiunt.* Gayl. *lib. 2. obs. obs. 50. n. 12.* Wesenb. *c. 16. n. 1.*
Borch. *c. 5. n. 142.*

Si autem feudum est antiquum & felonia apertum, quæ directo dominum respiciat, filii & descendentes delinquentis in eo non succedunt, text. in *d. cap. vnic. §. si vasallus culpam, si de feudo defuncti content. sit. cap. vnic. si vasallus feudo priuetur, cui deferatur*, Zasius *part.* 10 *num.* 101. Curt. *part.* 5. *num.* 2. Et est communis opinio secundum Clar. *quæst.* 66. *n.* 3. *in princip.* Si enim filii ac descendentes succederent, nullius rei esset priuatio, si iterum in stirpem eius rediret, qui amisisset, vt affirmat Wesenb. *cap.* 16. *nu.* 2. Pistorius *quæst.* 16. *feudal. per tot.*

An autem feudum antiquum per culpam amissum, hoc casu simpliciter ad dominum pertineat exclusis non tantum filiis, & descendentibus (quod est extra controuersiam) sed etiam agnatis exclusis, qui virtute primi acquirentis succedũt? magna est dubitatio, & acris est disceptatio. Zasius *d. p.* 10. *n.* 101. Sonsb. *p.* 13. *num.* 34. nec transit sine difficultate, Curt. *p.* 8. *n.* 2. & varie id disputatur, Wes. *c.* 16 *n.* 2. eaq; dubia est quæstio, & vix sustentabilis Pist. *in q.* 15. *feudal. n.* 26. *in fin.*

Sed sciendum est, obtinuisse eam sententiam, feudum eo casu statim ad dominum pertinere, exclusis filiis descendentibus & agnatis delinquentis vasalli: & ita textus est ad literam *in cap. vnic. in princ. an ille, qui interfecit fratrem, &c.* vbi dicitur: si felonia respicit ad dominum feudi, tunc domino aperitur, & hoc textu nihil clarius, dilucidius & apertius dici posse testatur Sonb. *part.* 13. *num.* 3. *cum seqq.* Idem est *in cap. vnic. § fin. quæ fuit prima causa benefic. amittend.* vbi dicitur, si vasallus in dominum peccauit, feudum non ad proximos, hoc est, agnatos reuertitur, sed ad dominum, & proximos ibi pro agnatis esse accipiendos.

Inde clare constat, quod postea subiicitur: si felonia non directo respicit dominum, ad proximos pertinere feudum, nam si per proximos tum intelligerentur filii, falsum esset, quod dicitur *in d. cap. vnic. §. si vasallus culpam. si de feudo defuncti content. sit.* vbi generaliter dicitur, si vasallus culpam committat, neque filium, neque descendentes debere in feudo succedere: agnatos autem succedere: Ergo *d. §. si vasallus.* est † accipien-
6 dus in eo casu, quando culpa non directo respicit dominum, secundum distinctionem *d. cap. vnic. an ille qui interficit fratrem.* Vnde firmissime sequitur *in d. cap. vnic. §. vlt. quæ fuit prim. caus. benef. amittend* proximos pro filiis accipi non posse, quia illi non succedunt, *d. §. si vasallus.* Quod tamen tum *in d. cap. vnic. §. vlt quæ fuit prima causa benefic. amittendi*, affirmaretur.

Deniq; hæc sententia probatur per *cap. vnic. si vasallus feudo priuetur.* vbi dicitur, ad agnatos quandoque pertinere feudum, si vasallus eo priuetur, nullatenus tamen, hoc est, nullo modo ad filios, & eo casu ad agnatos quandoque feudum pertinet, quando in
7 dominum non directo est commissa felonia: Ergo ad agnatos † tum pertinet feudum, quando in ipsum dominum est peccatum, quod ostendit particula *Quandoque*, in quo casu nunc loquimur, & probatur etiam ex *d. cap. vnic. si vasall. feudo priuetur*, per posteros non posse intelligi filios *in dict. capitul. vnic. §. final. quæ fuit prima causa benefic. amittendi.* quia dicitur, eo etiam casu illos nullatenus admitti, quando non directo in dominum est peccatum, quod tum affirmaretur *in d. cap. vnic. § fin. quæ fuit prima causa benefic. amittend.* Id quod etiam ostendit Sonsbeccius doctissime *part.* 13 *num.* 5. Pistorius *quæst.* 15. *n.* 1. *per tot.* Porro hæc sententia probari potest, hac ratione, quod si ad dominum feudum non reuerteretur, sed statim agnato aperiretur, dominus non ita haberet vltionem iniuriæ, hoc est, non posset ita vendicare vasalli delinquentis delictum, *d. cap. vnic. §. vlt. quæ fuit prima causa benef. amittend.*

Hanc

Hanc etiam sententiam in textibus iuris feudalis magis consentaneam complecti-
it Curt. *part.5.num.2.* Zasius *part.10. nu.101.* Et Iul. Clar. affirmat *in d. quaest. 66. num. 3 in fine, in pract.* hanc sententiam forte propter Doctorum authoritatem obtinere, hancque sententiam nostram nervose defendit cum Curtio & Zasio Sonsb. *quaest.13.nu.3.4.5.cum seqq.* vbi miratur, Zasium alioqui virum doctissimum in hoc passu propter expressos textus allatos dubitare.

Fallentias tamen huius rei apud Zasium, Curtium & Sonsb. *in dd. locis* videte. Aliqui tamen putant magis esse aequum & iustum, vt ad agnatos hoc casu feudum perueniat, eamq; sententiam simpliciter tenet Wesenb. *cap 16. num. 2.* quae etiam magis placet Iul. Clar. *quaest.66.nu.3 in fine,* quam etiam refert Zasius & Curtius *in dd. locis.* & Pistorius *quaest. 15. feudali. num. 21.* Sed eam tamen non probant: eiusq; sententiae rationes haec sunt, quia ad agnatos debat eo casu pertinere feudum; cum ipsi non habeant feudum ab eo, qui deliquit; sed ex prouidentia primi acquirentis & ex inuestiturae primae virtute, vt superius satis dictum fuit.

Deinde quia delicta & poenae † debent suos auctores tenere, *l. sancimus. C. de poenis.* & nemo † alterius delicto debet grauari, *l. non debet. ff. de reg. iur.* Curtius, Zasius, Pistorius *dd. locis.* 8 9

Haec posterior sententia ab Aluarotto & Isernia *in dict. cap. vnic. si vasallus feudo priuetur, cui deferatur,* optime conciliatur cum priore relata, hoc modo, vt dicamus feudum quidem ob feloniam in dominum commissam amitti, & ad dominum confestim pertinere, eo vsqua donec viuat vasallus delinquens, eiusque descendentes. Filiorum enim ius in † feudis dependet ex iure patris, *cap. vnic. extraord. 98. ex delicto defuncti.* Quod hoc 10
in casu ex aequitate tolleratur pro conciliatione harum duarum opinionum; alias enim extraordinaria capitula nihil praeiudicant, vt Pistorius refert *d. quaest. 15. num. 30.* Nec est, quod Cuiacius diuinando magis *ex dict. cap. vnic. extraord.* particulam NON velit emptam.

Deinde confirmat hanc sententiam *cap. vnic. §. fin. de capitul. Corradi.* vbi dicitur, delinquente viuo apud dominum fit beneficium, post mortem ad successorem reuertatur, quamuis ille textus de clerico loquatur. Et hanc conciliationem refert Zasius *d. part. 10. num. 101.* Eamque omnino approbat Pistorius *d. quaest. 15. num. 27. cum seq. & quaest. 16. feudal. num. 24. 25.*

Haecq; conciliatione retenta, nihil obstant rationes illae duae, pro altera sententia illatae, quia nihilominus retinent feudum agnati à primo acquirent acquisitum, & delictum maxime suum tenet auctorem, scilicet delinquentem, qui eo vnà cum suis haeredibus descendentibus perpetuo carere cogatur, quamuis agnati saltem ad tempus eo careant. Et ratio, quare non statim ad agnatos veniat feudum, sed ad dominum, haec est, vt iniuriae vasalli delinquentis habeat dominus vltionem, vt dicit Feudista, *in d. c. vnic. §. in. qua fuit prima causa benefic. amittend.* Vbi Cuiacius addit, id fieri propter enormitatem criminum. Hottom. *cons. 9.*

Satis igitur iam constat, agnatos non penitus à feudo ab aliquo ob delictum amisso, quod directo respiciat dominum, repelli; sed ad vitam delinquentis tantum eiusq; haeredum: si deinde felonia seu delictum non respiciat directo ipsum dominum, sed tamen efficiat talem vasallum, qui non posset stare digne & cum honore in curte domini, vt superius dictum fuit, quale est, quando fratrem suum vasallus interficit *d. cap. vnic. in princ. vers. ille, qui interficit fratrem.* tum feudum, si est nouum, ad dominum pertinet indistincte, ex-

&c. exclusis filiis descendentibus & agnatis eo, quo ante dictum est, modo. Curt. *pa 5. n 9.* Zas. *part. 10. n. 103* Pistor. *quæst. feudal. 15. n. 1.* Sonsb *part. 13. nu. 8.* Et in eo nemo discrepat: secundum Iul. Clar. *d. quæst. 66. n. 5.* si vero est antiquum feudum, ad agnatos pertinet & deuoluitur, nec vasalli mortem coguntur expectare agnati. Et hoc disponitur *in d. c. vn. in pr. an ille qui interficit fratrem. d. c. vn. §. fin. quæ fuit prima causa benefic. amittendi. d. c. vn. si vasallus feudo priuetur*, vbi id late tractant, And. de Isern. Bald. Aluarottus, Curt. *d. part. 5. n. 20.* Zasius *part. 10. n. 104.* Pistor. *d. quæst. 15. num. 1. 2. 3.* Et ista conclusio est per omnes approbata.

Oritur autem hic quæstio, an eo in casu, quo vasallus ob delictum extra personam domini commissum feudo priuatur, feudum tantummodo ad agnatos, qui in quinto & vlteriori gradu sunt constituti, pertineat, exclusis illis agnatis, qui sunt intra quartum gradum? Et hæc necessaria est dubitatio, secundum Curtium, *d part. 5. nu. 10.* Et pro hac sententia videtur esse *d. c vn. §. si vasallus culpam, si de feudo defunct. content. sit.* vbi dicitur, si vasallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neq; filii, neq; descendentes ad id feudum reuocabuntur, sed agnati, qui quarto gradu sunt, dummodo ad eos pertineat. Idem affirmatur *in dict. cap. vnic. si vasallus feudo priuatur, cui deferat.* vbi additur: etiam in infinitum: Ergo secundum illos textus videtur dicendum, quod debeat illorum successio tantum inchoari in quarto gradu, & in infinitum se extendere, & nos intra quartum gradum existentes excludi ratione sanguinis & propter coniunctionis propinquitatem, eamq; in iudicando sequendam esse dicit Curtius *part. 5. num. 10.* Zasius *part. 10 num. 104.* eamq; communem esse dicit Iulius Clarus *d. loco. num. 6.* Sonsb. *part. 13. nu. 8.* Schenck a Taudenberg *in d. vn. § si vasallus culpam, si de feudo defuncti contentio sit.*

Sed huic sententiæ è diametro opponitur *d. cap. vnic. in princ. an ille, qui interficit fratrem.* vbi dicitur ad proximiorem agnatum debere eo casu feudum pertinere, si paternum fuerit, & delictum in dominum ipsum non sit commissum, vnde etiam Pistorius *in d. quæst. 15 num. 17.* contrarium statuit, & putat opinionem priorem esse insulsam, ineptam & penitus explodendam, quæ etiam dura videtur Schenck *in d loco.* & Curtio *in d. loco.* & Iulio Claro *in d quæst. 66. num. 6.* vnde Pistorius *in d. loco.* respondet ad *d. cap. vnic. §. si vasallus culpam, si de feudo defuncti contentio sit, &c.* & ad *d. c. vn. si vasallus feudo priuet.*
11 eos textus ita † esse exaudiendos secundum Aluarottum, quod illi ad feudum admittantur, qui tantum quarto gradu, non vltra sunt remoti, hoc est, proximiores admitti vsque ad quartum gradum, quoniam de iure antiquo feudorum agnati non nisi ad quartum gradum succedebant, vt probatur ex *cap. vnic. §. hoc quoque, de success. feudi.* & ex *cap. vnic. §. hoc quoque sciendum, de his, qui feuda dare & accipere possunt,* quamuis & in infinitum vsque secundum ius nouum, quemadmodum superius dictum fuit.

Non igitur quartus gradus consideratur, vt ad exclusionem eorum, qui sunt intra quartum gradum, definiatur, à quo gradu successio incipere debeat, sed potius ad constituendum terminum, ad quem vsq; successio extendatur, atq; adeo ad remouendos eos, qui sunt vltra quartum gradum: quamuis & defendi posset in infinitum *d. c. vn. si vasallus feudo priuetur.* & nulla ratione conciliari posset hic textus, nisi illa interpretatio caperetur, vt Pistorius *d. loco* affirmat.

His nunc generaliter cognitis subiici duo possunt, de quibus hoc in loco potissimum quæri solet.

Pri-

Primum est, ad quemnam reuertatur feudum alienatum sine consensu, & cum consensu domini? Secundum, cuinam aperiatur feudum, cuius inuestitura intra annum & diem non est petita?

Ad primam quæstionem quod attinet, dubium non est, si feudum est nouum, filios & agnatos excludi, & feudum ad dominum reuerti, si sine consensu eius est alienatum, vt superius satis dictum fuit: si autem est antiquum feudum, sciendum est, non minimam fuisse controuersiam ea de re inter Doctores, & varias fuisse opiniones, vt testatur Pist. *in quæst.* 17 *feudali, in pr.* Iul. Clar. *d. quæst. 66. n. 7. in pr.* eamq; esse intricatam quæstionem affirmat Borch. *c.* 8 *n.* 141. Aliqui putarunt, ad filios tum pertinere feudum, iisq; non extantibus ad agnatos, qua in sententia est Curtius *p.* 5. *n.* 11. Zas. *p.* 10. *n* 94. & 104. Iul. Clar. *quæst* 66. *n* 7. Myns. *cons.* 44. *n.* 2. Borch. *c.* 8. *n.* 144. Pluresq; refert Pist. *d. quæst.* 17. *num.* 1. habensq; hæc fundamenta:

Primo: Quia iniquum esset filiis hoc casu eripi feudum, cum non adeo grauiter peccatum sit in dominum alienando.

Secundo: Quia iniustũ esset, eripi feudum agnatis, qui virtute primi acquirentis succedunt, nec propter delictum delinquentis à feudo reiici possunt, cum pœnæ tantũ debeant tenere suos auctores, *l. sancimus, C. de pœnis.* quemadmodum superius dictum fuit.

Tertio, quia agnati hoc casu debent succedere, quemadmodum clare dicitur *in d. c. Vnic. § porro, qual. olim feud. pot. aliena.* vbi habetur, quod etsi feudo sine consensu domini alienato tam domino, quam agnato competat ius redimendi, agnatus tamen domino præferendus sit. Item probatur *in d. cap. Vnic. § hoc quoque, de success. feudi. & in d. cap. Vnic. de alien. feud.* Alii contra statuunt, nimirum hoc casu feudum simpliciter domino aperiri, exclusis omnino filiis & agnatis, qua in sententia est Sonsb *d. part.* 13. *n.* 78. *eodem. nu.* 1. Hæc quoq; sententia communis est, vt refert Iul. Clar. *d. quæst. 66. num. 7. in princip.* Pist. *d. quæst.* 27. *n.* 9. id multorum textuum generalitas satis ostendit, qui de feudo nouo tantum intelligi non possunt, vt recte Pistorius affirmat, non esse distinguendum, per *l. de pretio. ff. de pub. in rem act.* Sed tam de feudo nouo, quam antiquo loqui, quamuis Borcholt. *c.* 8. *n.* 44. Wesenb. *c.* 16. *n.* 1. vbi textus sequentes pro nouo feudo addunt: cui nihil magis est absonum, & quidem primo est *c. Vn. de Vasallo, qui contra constitutionem Lotharii Regis beneficium alienauerit.* si totum, perdat totum; si partem, partem perdat, & ad dominum reuertatur. Deinde textus *in c. vn. § aut si libellario, quib. mod. feud. amit.* vbi inter reliquas causas amissionis casu nostro relato concluditur, hisce omnibus casibus feudũ ad dominum reuerti.

Tertio obstat ex *c vn. quid iuris, si vasallus post alienationem feudi.*

Quarto ex *c. vn. §. callidis. de prohib feud alienat. per Fridar.* cui deniq; accedit & hoc, quod ius accrescendi cessat in feudis, præsertim quando indignis quid aufertur: Ergo non possunt filii vel agnati statim succedere. Id affirmat Curt. *p.* 3. *n.* 70. Iul. Clar. *d. q.* 77. *n.* 1. Hottom. *d cons.* 3. Borch. *c.* 8. *n.* 144. Et sunt text. *in c. Vnic. § & quia vidimus. de his qui feud. dare & accipere possunt. c. Vn de beneficio fratrum, c. Vn. de duob. fratribus à capitaneo inuestitis. c. vn. de feudo Marchia, c. Vn de duobus fratrib. de nouo benef. inuestitis,* & quidem ideo cessat, quia ius accrescendi † pertinet ad leges caduciarias ex testamento *l. vn. C. de caducis tollend.* Feuda vero testamentis non relinquuntur, sed inuestitura conferuntur, *c. vn de feud success* deinde quia natura feudi est, vt feudum deficiens in persona vasalli confestim ad dominum reuertatur, *d. c. vn. de feudo Marchia.* Curt. *d. loco.*

Adden-

Addenda tamen est ex Pistorio *d. quæst 17. num. 13.* hæc æquitas, vt tam diu apud dominum maneat feudum amissum, donec is, qui alienat, eiusq; descendentes viuant, tum ad agnatos redeat, & ita dominus satis habeat vltionis iniuriæ, *d c. Vnic. §. fin. quæ fuit prima causa benef. amittend.*

Nec igitur obstant ea, quæ antea pro filiis & agnatis sunt allata, quia filii ideo excluduntur, quod parens eorum contempsit dominum alienando, & grauiter deliquit, vt superius dictum fuit. Deinde agnati tandem sperant successionem in hoc casu, quando is, qui alienauit, mortuus est, eiusq; descendentes; vnde de iniquitate queri non possunt. Deniq; quod *in d. c. Vn. §. porro.* tertio loco pro agnatis affertur, illud leue est: nam quod agnato conceditur redemptio feudi sine domini consensu alienati, id de iure veteri obtinebat, quo licuit libere ad medietatem vsq; sine domini consensu Feudum alienare, neq; propterea vasallus partem alienatam amittebat, *c. vn. de alienatione feudi, c. vn. §. item si fidelis Voce, aut si libellario, quibus modis feudum amitt.* reseruato tamen redemptionis iure agnatis vel domino, *c. Vn. §. sed etiam res, † per quos fiat inuestit.* vbi illam correctionem veteris iuris Feudista indicat, vt ibidem Cuiac. refert.

13

Nihil igitur is casus correctus per *c. Vn. qual olim feud. pot alien* per *c. Vn. de prohib. feud. alien. per Lotharium.* per *c. vn de prohib. feud. alien. per Fridericum*, ad nostram rem pertinet, quemadmodum rectissime sentit Pistorius *d. quæst. 17. n. 2.* Idem respondetur ad *cap. vn. §. hoc quoq; de successione feudi, & d c Vn. de alien. feud.* quæ sunt abrogata per posteriores cōstitutiones Imperatorum, vt ante dictum. Et dicit Hottomannus *d. consil 3.* se mirari satis non potuisse, quod Germano Mynsingero *in d consil. 44.* in mentem venerit, quod hoc de agnatis asseruerit, cum ius hoc perspicue sit abrogatum. Argumenta igitur aduersariorum in hac parte leuia & futilia sunt, quemadmodum Sonsbec. *d. loco* affirmat, quem sequitur Pistorius, *d. quæst 17. n. 12.* Et hæc, de quibus diximus, eatenus procedunt, quatenus feudum alienatur inuito domino: si cum domini consensu tacito vel express. Zasius *part. 9 nu. 31.* alienatur, ad quem tum reuertitur? Et sciendum, si feudum est nouum, nec filios illud reuocare posse. And. de Isern. *in c. Vnic. nu. 9. de alienat. paterni feudi.* hæcque communis est interpretum sententia, vt refert Sonsbec. *part. 13. num. 100.* hancq; amplectitur Zas. *part. 9. n. 30. in pr.* Schenck. *d. c. Vn. de alienat. pater feud.* Myns. *cent. 4. obs. 85. in fin.* Boteh. *c. 8. n. 145.*

Cæterum quæ hic pro sua sententia stabilienda Sonsbeccius adducit, habes apud Botch. *d. c. 8. n. 146. cum seqq.* Et hoc si feudum fuerit nouum; si fuerit antiquum, filii statim possunt feudum alienatum reuocare etiam in vita alienantis, sed tamen tenentur emptori precium refundere: agnati vero reuocant demum post mortem alienantis, nullo refuso precio, ita disponitur *in d. c. Vn. † §. Titius. si de feud. defunct. content. sit.* Pist. *quæst. feudali. 4. cum multis seqq.* Si autem consensit, vel intra annum, ex quo sciuit, tacuit (quia tum pro consentiente habetur) filius vel agnatus omnino remouebitur, *d. §. Titius.* Zas. *part. 9. n 30.* Iul. Clar. *quæst. 47. n. 45. cum seqq.* Vnde cauti sunt agnati in reuocando intra annum feudo. Zas. *part. 9. n. 29.* & Baldus ibidem dicit, sagaces eos esse debere, ne annum labi patiantur & remoueantur.

14

Filius igitur præfertur agnatis in reuocando facta alienatione, iure permittente, vel consuetudine, alias agnati præferuntur, & possunt ante mortem alienantis reuocare feudum, secundum Dd. ad *d. § Titius. cap. vnic. an agnatus vel filius.* Curt *part. 4. n. 15.* Iulius Clarus *quæst. 42. n. 6. 7. 8.* Zasius *d part. 9. nu. 30.* Schurff. *tot. consil. 4. cent. 2.* Mynsing. *cent. 4. obseru. 89.*

Hoc

Hoc tamen ita, nisi consentiant, quia consentiendo non reuocant *d. §. Titius.* Zasius & Mynsing. *d. loco.* Lauden sit *in d. c. vn. de alienat. paterni feudi.* Clarus *quæst. 41. num. 12.* siue id expresse, siue tacite sit factum. Mynsig. *d. loco.* Et hæc procedunt, si in extraneum est facta alienatio consensu domini: si vasallus consensu domini in agnatum remotiorem fecit alienationem, hoc casu proximior agnatus intra annum feudum reuocabit: si tacet per annum, vlterius ad reuocandum non admittitur. And. de Isern. Bald. *in d. §. Titius.* Zasius *d. part. 9. num. 29.* Clarus *d. quæst. 41. num. 10.* Sonsb *part. 13. num. 116.* Si autem alienans habuerit filios, possunt illi talem alienationem dato pretio viuo adhuc patre, mortuo vero patre sine pretio reuocare, *d. §. Titius.* Iul. Clar. *§. feudum quæst. 42. num. 5.* Si autem alienatio est facta in extraneum, tunc ad hoc, vt proximior agnatus excludatur, requiruntur 30. anni. Glossa *in d. §. Titius, in verb. per annum*, Iul. Clar. *d. quæst. 41. n. 10.* Sonsb. *part. 13. n. 117.* Borch. *c. 8. n. 147. 148.*

Nunc de secunda quæstione est dicendum, ad quem scil. feudum pertineat, si intra annum & diem non est petita inuestitura? Et habemus huius rei clarum textum, quod scilicet simpliciter ad dominum perueniat, *d. c. vn. §. præterea. de prohibit. feud. alien. per Fridericum*, & insanus esset ac stolidus, qui hoc negaret, quia ingratus videtur vasallus, qui hoc dolo facere negligit, *d. c. vn. in princ. & §. fin. quæ fuit prima causa benef. amittend. d. c. vn. an ille, qui interficit fratrem. d. c. vn. §. vlt. de prohib. feud. alien. per Lotharium.* Sic hanc sententiam defendit Sonsbeccius, *part. 13. num. 13. cum seqq.* Pistor. *quæst. 18. part. 1. per tot.* Et notandum, *d. § præterea d. c. vn.* † *de prohib. feud. alienat. per Frideric.* tam de nouo quam antiquo 15
feudo accipi posse; de nouo, si is dominus, qui primum alicui contulit feudum, moritur, tum licet adhuc nouum sit in persona eius, cui primum est datum, quis adhuc id habet: tenetur tamen intra annum & diem ab hærede domini accipere inuestituram, vt superius dictum fuit: Si est paternum, alias id fieri debet, vt similiter superius dictum fuit. Pistorius *d. quæst 18. num. 1* quem sequitur Wes *c. 16 num. 3.* Addenda tamen hic est ex Pistorio *n 4.* limitatio æquitatis, vt superioribus casibus est factum, ad dominum quidem reuerti tale feudum. Sed tamen apud eum tam diu manere, donec delinquens & eius descendentes superfint: tunc enim ad agnatos recurrit, vt superius dictum fuit. Et hæc ita in omnibus alienationum speciebus & modis possunt obseruari, quod ex Pist. *d. quæst. 18. §. vlt. in fin.* summopere est notandum.

Diximus nunc ad quem feudum † amissum ex parte vasalli redeat; cui subiiciendum 16
est, cui ex delicto domini † feudum aperiatur? Et pro hac re clari sunt textus, *in d. c. vn.* 17
§. domino committente, si de feud. defunct. content. sit, c. vn. qualiter dominus proprietate feudi priuetur, vbi disponitur, si dominus committat feloniam, ex quo amittat feudum, secundum ea, quæ superius dicta fuerunt, proprietatem fundi pertinere ad vasallum, siue in alium peccauit, siue in ipsum vasallum, nulla habita differentia, idq; etiam constat ex eo, quod in omnibus dominus vasallo debeat vicem reddere, *c. vn. §. fin. de forma fidelit.* quæ sententia receptior est, vt refert Iulius Clarus *quæst. 72. §. feudum.* vbi tamen aliam sententiam sequitur Curt *p 6. num. 1.* Zas *p 10 nu. 18.* Hartm. Hartman. *in pract. feud. obser. tit. de feud. obs. 27.* Boreh. *c 8. n. 153.*

Vltimo loco nunc quæritur in hoc loco, ad quem feudum † sine culpa amissum re- 18
deat? Et sciendum est, si feudum est nouum, & vitium naturale vel accidentale adsit medicorum opera insanabile, ad dominum feudum redire, si vasallus liberos non habeat: si habeat liberos, ad eos vel descendentes perueniat tum, non ad dominum; Et ita Sonsbecc. intelligit *d. cap. vnic. Episcop. vel Abbat. §. Vltim.* idque *in part. 13. num. 99.*

Et illa sententia est tutior & æquior: si feudum est paternum & vitium est naturale, admittitur feudum,& ad filios vel agnatos similiter pertinet, *d.c.vn.an mutus vel surdus. d.c. vn. Episcopum vel Abbatem,§.fin.* Zas.*pag.*10 *n.*90. Sonsb.*d.loco, n.* 200. quia nihil hic peccatum est, quare feudum eripiatur filiis vel agnatis, quamuis vitium & impedimentum in persona vasalli sit, quare seruire non possit. Idem est, si propter religionis habitum as-
19 sumptum, vel clericatum †, quis amittat feudum, tum filiis & agnatis demum deficientibus ad dominum feudum reuertitur. *d.c.vn.an mutus.* Sonsb *p.*13.*n.vlt.in fin.* Zas. *p.*10.*n.* 91. Wes. 16.*n.*4. vt probat idem in refutatione per *d.c.vn.§ sed etiam, per quos fiat inuestitur.* quemadmodum superius dictum fuit. Denique feudum nouum vel antiquum & defectu heredis vel successoris amissum, in commissum cadit, & ad dominum simpliciter reuertitur, *c.vn §.quod ita intelligendum de success. frat. c.vn.§.fin de feudo Marchia* quia finitur fine lineæ, quoniam progenies deficit, & de eo nullum est dubium. Iul. Clar. *in §.feudum quæst.*66 *n.*1. Myns. *cent* 5 *obs.*72.

Ad Thesin 8.] Contra, dominus & vasallus paribus ambulant passibus: Atqui domino committente feloniam siue in vasallum, siue in alium, feudum indistincte ad vasallum solum deuoluitur, *tit.*26 § *domino.lib.*2. Ergo idem in vasallo obtinebit. Item obstat Wes. *in tract. de feud.pag.*285.*c.*16. vbi dicit, si vasallus committat delictum commune, tum feudum ad filios vasalli delinquentis pertinere. Item obstat *tit* 4 § *similiter.lib.*1. Resp. hic in textu agi de feudo nouo.

Ad Thesin 9.] Contra obstat *tit.*26 § *si vasallus culpam. & tit.*31.*lib* 2. vbi expresse dicitur de quarto gradu. Neque respon. illos textus esse sublatos per. *tit.* 37. *lib.*2. quia respond. *d. tit.* 37. esse conferendum cum superioribus, vt sic vocabulum, *proximiorem*, scil. sit accipiendum de gradu proximiore, de iure videlicet expresso, *in dd. titul.* 26. 31. item suadet ratio, quia ratione coniunctionis & proximitatis in agnatis proximioribus præsumitur eadem audacia, per *l.*5.§.1.*C ad leg Iul.maiest.* facit etiam Curt *part.*5.*num.*10. qui eandem sententiam amplectitur allegans Iacobum de Beluiso *in d. c.*37. quem vt magis peritum sequendum dicit.

Ad Thesin 10.] Contra obstat *tit.*24 §.*fin.lib.*2. vbi dicitur, dominum accipere feudum, vt saltem habeat vltionem. Postquam autem accepit, apud eum remanere non debet, sed postea ad agnatos redibit. Item obstat §.*fin de cap. Corradi.* Resp. esse speciale ibi. Item obstat *tit.*98.*lib.*2. Item obstat *tit.*26.§. *Titius filios.lib.*2. Resp. ibi consensu alienatum esse, vide supra in thesi 10. Item obstat *tit.*78.*lib.*2. Resp. *d tit.* 98. & 78. esse extraordinaria capitula, quæ non attenduntur, si ordinaria contradicunt. Item obstat, quod agnati succedunt in feudo antiquo, non iure successorio, sed virtute primæ inuestituræ; Ergo delictum prioris vasalli agnatis nocere non debet. Resp. hoc ita esse sub tacita conditione, videlicet, nisi delinquatur, sed fides præstetur. Item obstat, quod delictum & pœna debent tenere suos authores, *l.*22.*cum ibi notat.C. de pœn.* & iniquum est, alterius delicto aliquem prægrauari *l.*74 *de reg iur.* Item obstat *tit.* 8.§. *hoc quoq. lib.* 1. vbi feudum alienatum ad agnatos redit, si deficiant masculi filii, neque dubium est, quin hic contemtus domini personam respiciat, per *tit.*24.*in fin lib.*2. & fuit feudum ibi alienatum sine consensu, alias rediret ad dominum, vt est *in tit.* 1.§ 1.*lib* 1. Sed huic obstat *tit.*82.*in fin. pr.lib.*2. vbi tamen requiritur consensus dominorum, & subiicitur ratio, quia per hoc minuitur dominorum vtilitas, quod in agnatis non est. Sed *d tit.*8 § *hoc quoq. obstat.tit.* 24. §.*fin.lib.*2. *tit.*21.§ *si quis.lib.*1.*tit.*44.*tit.*38.*d.tit.*52.*lib.*2. vbi redit ad dominū. Item obstat secundum Curt.*p.*5 *n.*7.*in* 6.*limitatione*, quod si feudum sit datum, ideoque dominum à periculo va-

Vasallus liberauerit, illud non posse reuocari, *arg. l. 34. §. 1. de donat.* & sic quamuis sit in dominum peccatum, nihilominus tamen propter ingratitudinem reuocari non posse. Item obstat *tit. 19. in pr. lib. 2.* vbi feudum alienatum paternum redit ad agnatos; Cui obstat *d tit. 24. § fin. lib. 2.* quod etiam loquitur de antiquo seu paterno feudo. Item obstat *l. 3. ff. de interdict. & relegat.* vbi propter delictum patris, ea tantum agnatis & filiis delinquentis adimuntur, quæ à delinquente perueniunt, quod in feudo secus est. Imo quamuis pater perduellionis fuerit condemnatus, tamen ius libertorum liberis patronorum non adimitur, per *l. 4 ff. de iure patron.* Ergo neq; feudum. Item si ex contractu patris filijs vel agnatis feudum adimi non potest, sequetur, neq; ex delicto patris. Argumentum enim à contractu ad delicta est validum, vt docet Euerhardus *in locis legal. lib. in loco à contractu vel delicto. n. 1. pag. 267. per l. 20. de iudic.* Sed prius verum, quia feudum alienare in ipsorum præiudicium non potest, per *l. 52. 55. lib. 2. & similes.* Ergo & posterius. Neq; resp. hoc argumentum procedere, nisi contrarium inueniatur decisum, quia hic contrarium non adeo expresse habetur: Semper enim distinguitur. Item obstat *l. 3. §. 9. de bon. libert.* Nam argumentum à liberto ad vasallum valet. Puta circa hanc thesin distinguendum cum Curtio *in part. 5. n. 15.* scilicet apud dominum manere, quandiu delinquens viuit, *arg. l. 8. § fin. de peric. & commod. rei vendit.*

Ad Thesin 24.] Contra obstat *§. si vasallus culpam. tit. 26 lib. 2.*

Ad Thesin 25.] Contra obstat *tit. 22 § si quis, lib 1* vbi pro non facta habetur.

Ad Thesin 28] Contra obstat *§. his consequenter. in fine. vers. quid est. hic finitur lex.* vbi dicitur, pendentes fructus ad dominum pertinere. Et ratio *d. §. his consequenter.* est, quia semper relatis pluribus opinionibus posteriorem amplectuntur Dd. vt docet vulgaris regula; & constat ex *l. 31. depositi* & facit *l. 6. C. ne de stat. defunct.* Item obstat, quod fructus pendentes pars fundi censentur, *l. 44. de rei vindicat. l. 22. C. de rei vindic. l. fin. §. 6. ff. quæ in fraud. credit.* Resp. cum Pistor *d. loco d legem 44.* loqui respectiue, vt sint pars respectiua & hypothetica: Non autem habetur ibi respectus ad ius possessoris, sed ad præsentem statum fundi. Item obstat *l. 25. §. 10. de act. emt.* Resp. vt supra. Item obstat *d. § his consequenter.* vbi dicitur, post Augustum ad dominum pertinere. Deinde *in d. § his consequenter*, vocabulum *post Augustum*, accipiendum est cum Iacobo de Beluiso, scil. post Augustum, id est, post Calendas Augusti. Sic enim computari solere patet ex *l. 7. §. diuortio 1. ff. solut. matrim.* & *in d. § his consequenter.* Ergo hoc casu nullos fructus habebunt hæredes: illo paucos. Tempus enim vindemiarum siue messis solet esse mensis Septembris. Resp. post Augustum, & quod de fructibus ibi dicitur, hoc accipiendum esse de sequenti anno. Item obstat *l. 26. de vsufruct.* vbi tantum distinguitur ratione possessionis. Resp. hoc ita oportere esse, propter seruum. Cui obstat *l. 5. §. 5. si vsusfruct. pet.* Respond. esse ibi speciale.

DISPVTATIO X.

De feudi probatione & actionibus eiusdem nomine competentibus.

Thesis 1. Superest, vt de actionibus vel vasallo aduersus dominum, vel domino aduersus vasallum competentibus, loquamur.

2. Ergo si inuestitura ipsi vasallo facta sit, nec tamen dominus possessionem tradat, dabimus vasallo actionem ex stipulatu, si stipulatio interuenerit, vel condictionem ex lege, quoad possessionem tradendam dominus complectatur, *cap. 1. §. si facta, titul. 26. lib. 2. cap. 1. §. inuestitura. de noua forma fidelitat.*

3. Sed quid si de inuestitura facta vel non facta lis oriatur? Et quidem in veteri inuestimento quemlibet in nouo probando curiales vel breue testatum, id est, publicum instrumentum requirimus, *c. 1. qui testes sunt necessar. ad proband. c. 1. §. si domino. quid sit inuestitur.*

4. Quo casu Parium subscriptionem vel confirmationem necessariam esse verius & æquius est. *d. c. 1. §. si domino.*

5. Quin imo inuestiente eo, qui vasallos naturaliter per quoslibet idoneos testes nouam quoq; inuestituram probari posse certum est, *c. 1. §. fin vero. vers. fin autem. quid sit inuestit.*

6. Sed & inuestituram à clerico factam per quoslibet probare licitum esse asseueramus, *c. 1. §. in clericorum, si de inuestit. int. domin.*

7. Amplius si probationis vel testium inopia emergat, ad iurisiurandi religionem deueniendum est, *d. c. 1. §. si vero. vers. fin autem. in fin. quid sit inuestitur. c. 2. extra de probat.*

8. Igitur domino possidente & vasallo, qui se inuestitum ait, eoq; sibi vacuam possessionem tradi oportere, aduersus dominum intendit, nō probante, domini erit defensio, id est, iurabit dominus cum 12. sacramentalibus & coniuratoribus, inuestituram se non fecisse, *c. 1. vers. cum autem, si de inuestit. feud. controuers. c. 1. §. 1. quid sit inuest.*

9. Quin & dominus delatum sibi voluntatum iusiurandum referri actori vasallo potest, quo iurisiurandi relationē recipere nolente, protinus dominus absoluendus est, *c. 1. in pr. vers. aut sacramentum referat. quid sit inuestit. c. 1. §. si quis. vers. quod si iurare. si de inuestit. inter dom. & vasallum liber, c. 1. de consuet. rect. feud.*

10. Contra vero vasallo possidente, & rem, quam possidet, in feudum sibi

sibi delatam esse neganti domino incumbit probatio, in qua si succumbat, vasalli defensio erit; ita tamen, vt eidem liberum sit iusiurandum ab aduersario sibi delatum referre, quo non iurante, vasallus absoluetur, *capit. 1. in princip. § si vero. si de inuestitur. fuer. controuers. capit. 1. §. vasallo. quid sit inuestitura.*

11. Atque ita actori probationem, reo defensionem incumbere regulariter concludimus; non inficiantes, quin hic ordo auctoritate & prudentia iudicis nonnunquam immutari queat, *cap. 1. in princ. vers. sacramentum. de consuet. rect. feud.*

12. Consecuta porro possessione non tantum vasallus exceptionem ad rem in feudum sibi datam defendendam, sed & vtilem rei vindicationem aduersus quemcunq; possessorem ad eandem, si amissa sit, repetendam habebit, *c. 1. § rei autem. de inuest. de re alien. fact.*

13. Atq; hinc rem in feudum datam quodammodo in vasalli bonis esse recte concluditur. *l. quintus. de auro & argent. leg.*

14. Sed etsi vasallus non prędium, sed seruitutem debitam prędio feudali petat, vtili rei vendicatione agat, *d. c. 1. §. rei autem.*

15. An autem interdicta possessoria vasallo competant, quæstionis est? Quod affirmamus. gloss. & Dd. *in dict. leg. 1. C. vti possidet.* Borcholt. *capit. 9. numer. 17.*

16. Licet autem possessio apprehensa fuerit: hæredes tamen ante realem feudi apprehensionem spoliator. remedium recuperandæ possessionis non habere verius est. *c. consultationibus, & ibi gloss. & Panorm. in verb. possessionum. de offic. deleg at. cap. olim. c. cum ad sedem. 15. de restit. spoliat. l. 1. §. interdictum. de vi & vi arm.* Gayl. *obser. 152. lib. 2.*

17. Domino quæ potissimum competant actiones, indagandum nunc est.

18. Primum vero datur ei rei vindicatio vel condictio ad feudum, sibi iusta de causa aptum repetendum, *c. 1. §. si vasallus, in verb. rem suam. quid sit inuest. c. 1. de feud. sin. culp. non ctern.*

19. Quæ tamen, si delictum vasalli versatur, nec à successoribus domini, nec in successores vasalli intentari potest. *argum. l. fin. vbi Bald. & Dd. C. de reuoc. donat. & argument. l. 2. ff. de collat. bon. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cautionib.* Borch, *c. 8. n. 154.*

20. Deiecto autem vasallo de feudi possessione; an dominus etiam habeat interdictum vti possidetis, & vnde vi, quæritur? Et eum id non habere, tentari potest. Borch. *c. 9. num. 26.*

causa non secuta, quando scilicet id à vasallo non præstatur, propter quod feudum datum fuit, puta quando non sunt præstita fidei seruitia & quæ alia, quæ fidelitatis † nomine veniunt, atq; ita claris verbis habetur *in cap. vn. de feud sine culp non amittend.* & ibi Cuiac. & Hottom. Borch. *d. c. 9. n. 22.* Schneid. tamen *p. 1. feud num. 28.* vult, quod dominus habeat rei vindicationem, eo casu, quando agit ad repetitionem feudi propter seruitiũ non præstitum, vel aliam causam amissionis, idq; dicit obtinere secundum communem opinionem, & Wesenb. *d. c. 17. n. 8.* putat, eo casu vtilem domino dari rei vindicationem, quamuis postea *in d. loco;* de reuocatoria autem idem nobiscum sentiat ex Sonsbeccio *p. 13. n 75.* vbi affirmat condictionem ob causam vel directam rei vindicationem eo casu dari, per *l. 1. C. de donat. quæ sub modo.* 4

Nec quicquam obstat, quod dominus is, qui repetit feudum à vasallo, dominum se esse feudi contendit, vnde videbatur dicendum, realiter agere debere dominum, non personaliter, puta condictione, cum nemo † rem suam condicat, hoc, inquam, non obstat quia in iure ciuili odio furum receptum est, vt condictione conueniri possint. *§. sic itaque discretis. Instit. de action* Sic consuetudinibus feudalibus odio vasallorum feloniam committentium est receptum, vt teneantur condictione. Et hæc condictio non est ex contractu: sed ex bono & æquo datur, *l. in summa. §. quod ob rem. ff. de condict. indebiti.* Borcholt. *dict. cap. 9. num. 23.* sic domino datur actio, ex vendito, ex stipulatione, si ita feudum est datum, Wesenbec. *d. cap 17. num.* 8 Denique asseremus, domino accommodari etiam interdicta possessoria, ideo quia vasallus naturaliter possidet. *cap. vnic. § fin. de inuest. de re alien. facta.* Et dominus ciuiliter, hoc est, animo dominii, & eatenus optime duo simul possident, quamuis alias duo in solidum possidere non possint, hoc est, vt duo possideãt ciuiliter & naturaliter simul, *l. duo in solidum ff. de precario.* Et sic Æguinarius Baro *lib. 4. de benefic. cap. 7.* & Duaren. *cap. 19.* censuerunt, quamuis D. Borch. contrarium sentiat *d. ca. 9. num. 25. cum seqq.* vasallus etiam quia habet ius vtendi fruendi in feudis. *c. Vn. in quibus causis feudum amitt.* ratione illius vtilis dominii habet rei vindicationem & quidem vtilem, id quod ostendit particula † QVASI, improprietatem denotans, *in d. c. Vn. §. rei. de inuestit. de re aliena facta*, eaq; experitur contra quemcunq; possessorem. Harman. Hartmanni *in pract. obser. tit. de feudis, obs. 13.* etiam contra ipsum dominum, Zasius *p. 6. num. 37.* Iul. Clar. *q. 89.* Curt. *p. 1 q. 10.* 5 6

Sic vasallus habet vtilem rei vindicationem, vel potius vtilem confessoriam, ad petendam seruitutem prædio feudali debitam, *d. cap. Vnic. §. rei autem.* Borch. *capit. 9 numer. 2.* cui tamen obiicitur *l. 1. ff. si vsusfruct. petat. l. 1. § fin ff. de noui operis nunciat.* vbi dicitur, vsufructuarium † non posse petere seruitutem debitam feudis in vsumfructum datis, 7 iam autem vasallus est vsusfructuarius, vt superius est dictum. Ergo etiam non potest petere seruitutem.

Resp. Distinguendum est inter † vsumfructum simplicem, & plenum: Plus enim iuris 8 plenior & pinguior obligatio vasalli in se habet, quam simplex obligatio vsufructuarii, vt superius satis dictum fuit. Et hoc ita procedit, si vasallus voce in possessione est: si tantum abusiue est inuestitus, vel si ei tantum promissum est feudum, his casibus si intercessit stipulatio, ex stipulatu actio competit: si non intercessit stipulatio, competit condictio ex lege vel moribus aut consuetudine. Et hæc est communis opinio secundum Curtium *dict. part. 1. quæst. 10.* Iulius Clarus *d. quæst. 89.* Schneid. *d part. 1. num. 27.* Borcholt. *cap. 9. num. 19.*

Ad quid autem teneatur dominus his actionibus victus, id superius in primo modo acquirendi dictum fuit, Botch. *c.9.n.12.cum seqq.*

9 Sic quæritur, annon etiam interdictis † possessoriis vasallus vti possit? Et dicitur quod sic: Primo, quia vasallus possidet, *d cap. vnic.§ fin.de inuest.de re alien.facta.* Secundo, quia habet vtilem rei vindicationem, vt superius est dictum.

Quid denique de reconuentione est statuendum? De eo ita est habendum, secundum communem distinctionem; admitti eam, modo tamen principalem causam contingat, ac peræque feudalis sit; Reliquas autem reconuentiones, quæ nec sunt vicinæ causæ principali, omnino reiiei, ita sentit Bald. *in d.cap.Vnic.§.præterea,num. 12. de prohibit.feud. alien per Frider.* Sonsbec. *part.14.num.38.* Mynsing. *cent.4.obseru.90.* Wesenb. *dict. capit.17. num.9.* Et tantum de alienationibus, feudi nomine domino & vasallo competentibus:

10 Nunc dicemus, quomodo hæ † actiones exerceantur Pro qua re sciendum est, actiones feudales eodem modo ordinari, institui & exerceri, quo ciuiles aliæ actiones, secundum processum iure ciuili præscriptum, nisi quid forte specialiter sit constitutum, in textibus feudalibus, *cap. vnic.de feud.cognit.* Sonsbec. *part.14 num.36.* Wesenb. *c.17.n.10.* Botch. *c.10.n.36.* Ergo vt in processu iuris ciuilis opus est citatione, libelli oblatione, litis contestatione, probationibus, ita & hic.

11 Notandum tamen est in genere iuramentum calumniæ † in feudis nec præstari à domino, nec à vasallo, *cap.Vnic §.in quibus.de consuetudine recti feudi.* Sonsbec. *dict. loco.* Wesenb. *d.cap.47.num.11* Botch. *d.cap.10.nu.39.* Sic si pares existunt iudices inter dominum & vasallum, non præstant iuramentum, se æquos vtrique parti iudices fore & iuste iudicaturos, vt dicitur *in Nou.constit.9.* Mynsing. *cent.4.obseruat.89.* Botcholt. *cap.10. num.37.* Nec obstat *cap.Vnic.§ si instrumentum, de notis feudorum.* vbi dicitur contrarium, quia loquitur in eo casu, quando pares curiæ sunt testes: non quando sunt iudices. Deinde quinque testes omnino sunt necessarii ad ingratitudinem probandam, *capit. Vnic. quot testes sunt necessarij.* quemadmodum superius dictum fuit: & deficientibus probationibus solet iuramentum necessarium deferri *l.3.C. de rebus creditor.* Wesenb. *d. loco, num. cit.* 11. Imo etiam quandoque iudiciale à parte parti defertur. *d.c.vn.§. & cum.de consuetud.recti.*

12 *feud.* Mulier autem in feudis testis † esse non potest. *cap. vnic. §. fin. qui testes sunt necessarii.* Probationibus institutis & perfectis in causa concluditur, & deinde iuxta *l.probatam. C. de sentent. & interlocut. omn.iud.* ad sententiam definitiuam peruenitur. Gayl. *lib.1. obseru. obs 1.num.55.* Et quidem sententia secundum Sonsbec. *d.cap.11 num.14.* ita fieri debet, vt primo inspiciatur consuetudo localis, si qua habetur, quæ iuri derogat. *d. cap. vn. de feud. cognit.* Schurpff. *consl. 66.num.9.10.cent.1.*

Secundo, illa deficiente ad simile consuetudinis procedendum est, *cap. Vnic. de feud. Marchia.cap.Vnic an mutus, &c.*

Tertio secundum ius commune feudale est pronunciandum, illis quoque deficientibus, Quarto loco sciendum, ius ciuile scriptum est definiendum, *dict. cap.Vnic. de feud.cognit.* His deniq; omnibus deficientibus, ex probabilibus argumentis & æquitate erit iudicandum. Appellatio demum & eius tempora à iure communi statuta sunt etiam seruanda in caussis feudalibus ex communi opinione, secundum Cur. *d.p.Vlt.n.33.* Iul. Clar. *d §.feudum,q.vlt.* Wesen. *c.12 n.15.* quia nihil diuersum est statutum iure feudali, vnde ius commune scriptum seruari solet, *dict. capit. Vnic. de feud. cognit.* vnde intra decendium (Zehen tag) est interponenda appellatio, *auth. hodie C. de appellat.* Gayl. *lib.1.obseruat dict. obseruat.1.numer.36.37.* Hannetonius *in processu, in tit. de appellatione.* Et tantum etiam de

ord.ne

ordine & processu actionum feudalium exercendarum: Nunc corollarii vicem in hoc prolixiore & vtili feudorum tractatu obtineat quæstio in foro frequentissima, & apud omnes practicos celeberrima: An vasallus sine venia † impetrata dominum in ius vocare possit? an vero necesse habeat veniam prius petere? Nos rectius & religiosius esse putamus, vasallum necesse habere petere veniam, antequam dominum in ius vocet. Hanc sententiam vt iustiorem & veriorem tenet Specul. *in §. quoniam sit de feudo*, quem sequitur Zasius *part. 2. num. 49.* vbi se refert ad singulares intellectus, & *in l. generaliter. §. 7. ff. de in ius vocand.* Hanc dominus Mynsing. amplectitur *in § pœnales, nu. 26.* sibi contrarius aliam sententiam tuetur. 13

Hanc sententiam Dominus I. ad *tit. Instit. de exceptionibus* defendit, additque ita pronunciatum fuisse in causa Principis Iulii, contra Nobiles à Bartausleben Wesen. etiam *in paratit. ff. de in ius vocando* vbi dicit id vsu seruari, quamuis communis opinio sit in contrarium, & *in tract. feudali cap. 11. num. 16.* affirmat hodie seruari, vt sine venia citetur dominus Sonsbec. etiam *part. 11. num. 50.* dicit, simpliciter exemplo liberti vasallum sine venia dominum in ius vocare non posse.

Deinde hanc sententiam hodie in Camera obseruari refert Mynsing. *cent. 4. obseruat. 92. in fin.* ex obseruationibus Hartmanni Hartmanni. Et iura nouissima derogant prioribus, *l. vlt. ff. de constit. Principum.* Id quod similiter ex Mynsingero ita refert & sequitur Borch. *cap. 10. num. 38.*

Rationes porro & argumenta pro hac re sunt fortia. Prima est æquiparatio vasalli & liberti seu clientis, vasallus etiam sæpe † clientulus vocatur in textibus feudalibus, quemadmodum superius dictum fuit, vnde dum libertus sine venia non potest in ius vocare patronum *l. 4. §. 1. ff. de in ius vocando. l. 2. C. eod.* nec etiam vasallus sine venia in ius dominum vocare poterit. 14

II. Argumentum est ex *d. c. vnic. de milite vasallo, qui contumax est*, vbi dicitur, quod Curia salua reuerentia competenter debeat dominum cogere: vbi sunt notandæ voculæ emphaticæ, *competenter, & salua reuerentia*, quæ sane suadent veniæ petitionem, vt ibi gloss. vult; Licet autem dicatur *in d. cap. vnic.* quod vasallus conqueratur de domino, & Curia dominum cogat; tamen certum est, vasallum prius super hoc adiisse Curiam & petiisse, vt salua reuerentia cogeretur dominus in ius venire; id quod etiam Prætor ita præcipit, *in dict. leg. 4. §. 1. ff. de in ius vocando. in verb. permissu meo*, hoc est, venia magistratus. Et quod quis magistratus vel iudicis concessione facit, id iuste fecisse dicetur.

III. Argumentum est ex *cap. vnic. de form. fidel.* vbi dicitur, quod vasallus sex debeat habere in memoria, inter quæ sunt facile, possibile & honestum. Honestũ autem est petere legitimo modo veniam à magistratu, vnde hic Myns. *in d. loco Instit.* adfert id honestatis rationem & disciplinam publicam suadere.

IV. Argumentum est ex *cap. vnic. de nou. form. fidel.* vbi tenetur iurare vasallus, se iniuriam & contumeliam à domino velle prohibere. Iniuria est autem aliquem ad tribunal † sine venia vocare. *l. iniuriarum 13 § si quis per iniuriam. ff de iniuriis.* Ergo fieret periurus vasallus, si id faceret: ansa autem periurio non est danda. 15

Nunc videbimus, quinam sint in contraria sententia? Et primo gloss. allegant ad id *id d. c. vn. de mil. vasal. qui contumax est.* contrariumq; statuunt Iul. Clar. *q. 25. n. 1. § feudum* vbi dicit, semper ita vidisse obseruari. Euerh *in topic legalib. in loco à liberto ad vasallum, n. 15.* Wes. etiam *d. c. 10. n. 16.* dicit, ita hodie obseruari. Gayl. *obs. 15. n. 5. de pignorib.*

16 Rationes eorum sunt hæ: 1. Dicunt esse fallax argumentum à † liberto ad vasallum Mynsing. *in d. obseru.* Iul. Clar. *in d. quæst.* & Euerhardus *in topic. in d. loco à Liberto ad vasallum, in princ.* dicit hoc argumentum esse probabile non necessarium.

Sic resp. concedere nos, alias sæpe fallere hoc argumentum, quia vero hic fundatur textibus feudalibus, fallax amplius esse non potest, sed firmum est.

Secunda: Iul. Clar. in *in d. quæst. 25. in 2.* dicit consuetudinem hoc introduxisse, quæ pro
17 lege † est habenda, & derogat iuri † scripto *l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. leg. de quibus. ff.*
18 *de legibus.*

Respond. Consuetudo si est rationabilis, derogat legi, alias non. *l. quid non ratione. ff. de legibus.* Ne inuitet ad periurium vasallum, quod hic fieret, vt superius dictum fuit.

Tertium: Zasius *in d. §. pœnales. n. 26.* vbi contrarium defendit, hanc habet pro se rationem, quia vasallus habet feudum à domino, & rursus præstat seruitia, vnde dum leuius quiddam habet, non debet talem reuerentiam, qualem debet libertus, qui accipit vi-
19 tam à patrono, quia vitæ comparatur † libertas, in *l. seruitutem. ff. de regulis iuris.* à contrario sensu, imo est res incomparabilis *l. libertas. ff. de reg. iuris.*

Resp. Etiamsi verum sit, libertum accipere libertatem à patrono: tamen dicendum quoque hic est, accipere vasallum magnum à domino beneficium, & propterea se vasallum rursum adstringere ad fidem domino exhibendam, sub qua fide hoc continetur, vt domino honorem & reuerentiam exhibeat, idque se facturum iuramento confirmat, quemadmodum superius ex *d. c. vn. de forma fidelitatis* dictum fuit. Ratione igitur datæ fidei tenetur vasallus cum venia dominum in ius vocare, quod libertus facit ratione acceptæ libertatis.

Quartum argumentum habet Andræas Gayl. *in d. obseruat. 15. num. 5. de pignoribus,* scilicet vasallum non referri inter personas, quæ non debent aliquos in ius vocare sine venia, in *d. l. 4. §. 1. ff. de in ius vocand.* Ergo vasallus potest sine venia dominum in ius vocare,
20 cum vnius inclusio † sit alterius exclusio.

Resp. Hoc argumentum leue est: nam quando iuris ciuilis leges potuerunt meminisse consuetudinum feudalium, cum multi fuerint antiquiores leges Romanorum, igitur eo respicere non potuerunt. Hinc tamen fit, vt consuetudines feudales, vtpote multo posteriores, sæpe ad ius ciuile respiciant, non autem econtra. *dict. cap. vnic. de feudi cognitione.*

Quintum & vltimum argumentum habet similiter Andr. Gayl. *in d. loco. nu. 4.* quod tale est. Qui non est subditus domini, non tenetur ei præstare reuerentiam, & veniam impetrare. Vasallus non est subditus domini: Ergo non tenetur veniam petere, si vult dominum in ius vocare.

Respond. Etiamsi vasallus non sit subditus domini, vt est subditus sui magistratus, vel Principis: Tamen subditus eius est ratione accepti beneficii, ratione fidei promissæ, ratione seruitiorum, quæ polliticus est; id quod satis constat ex formula vasallagii iuratoria, *in d. c. vn. de form. fidel. & in d. c. vn. de noua forma fidel.*

Ad Thesin 2.] Contra obstat *l. actionum genera. 21. §. fin. ff. de action. & oblig.* & obstat *l. 16. de fund. dotal.* vbi non requiritur, vt possessio tradatur.

Ad Thesin 7.] Contra obstat *l. qui accusare. C. de edendo.* vbi actore non probante, reus, etsi nihil præstet, absoluitur. Ergo neq; hic ad iusiurandum deueniendum est, sed potius inspiciendum, quis reus, & quis actor? Item obstat *titul. 33. lib. 2. de consuetud. rect. feud.*

vbi

vbi idem dicitur. Item obstat *l. iurisiurandi. 9. Cod. de test.* vbi vnius testis responsio non est audienda. Iam omnino non audire, nihil aliud est, quam ne quidem eum delatione iurisiurandi audire: obstat *l. fin. Cod. de rei vindicat.* vbi res alienas possidens etiam absq; iusta causa non nisi intentionem impleti restituere cogitur; Ergo actore non plene probante debet absolui. Item obstat *l. 31. de iureiur.* vbi dicitur, solere iudices in dubiis causis (vt sunt semiplenæ probationes) exacto iureiurando secundum eum iudicare, qui iurauerit: Ergo, &c.

Ad Thesin 16.] Contra obstat *l. 11. de liber. & posthum.* vbi dominium in hæredes transfertur: Ergo & interdictum. Respondeo dominium transferri, non autem possessionem. Item obstat *l. 20. § fin. de acquir. rerum domin.* Respon. distinguendum, inter contractus & hæreditates siue legata: In vltimis enim voluntatibus ipso iure transfertur dominium, secus in contractibus. Item obstat *l. 3. §. 8. de vi & vi arm.* vbi non habenti possessionem habet interdictum. Resp. diuersum esse, acquirere possessionem, & ab ea deiici. Item obstat *l. cum quærebatur. C. vnde vi.*

Ad Coronidem.] Contra obstat *l. quod in 9. §. 1. de tribut. act.* vbi vna actione electa, aliæ tolluntur. Ergo idem erit in interdicto. Cui obstat *l. rei communis. 44. pro socio.* Item obstat, si lex dat ordinem inter actiones, cumulari non possunt. At lex dat ordinem, per *l. si de vi. C. de indic. l. 1. C. de appell.* quæ leges inuicem pugnant.

DISPVTATIO XI.

Coram quo de feudo agatur? & de forma iudicii.

Thesis 1. Est igitur contentio inter dominum & vasallum, vel inter vasallos tantum.

2. Si inter dominum & vasallum contentio est, tunc pares Curiæ iudices sunt. *c. 1. de consuetud. feud. apud pares. c. 1. § fin. quo tempore miles.* Cur. *par. vlt. num.* 34. Myns. *cent. 1. obs. 39.*

3. Nec refert, vtrum dominus feudi superiorem recognoscat, nec ne: cum etiam pares Curiæ sint iudices, si superiorem non recognoscant. Curtius *part. fin. num. 34. & in cap. imperialem, in fin. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.*

4. Neque interest, pares sint minores, aut inferioris gradus ipsis litigatoribus: Curt. *d. n. 4. vers. quarto extendit.*

5. Possunt itidem pares Curiæ laici iudices esse in causa conuasalli clerici & domini; Menoch. *remed. 3. retinend. possess. numer. 439.* Clarus *in § feudum. quæstion. 90. numero quarto. argument. capit. ex transmissa. extra de foro compet.*

6. Non autem omnes Curiæ iudices sunt, sed ii tantum, quos dominus ex paribus elegit, & totidē postea vasallus obligare potest, *c.1. de consuet. feud. apud pares*, Clarus in § *feudum. q.90.n.2.*

7. Et quamuis consuetudo multis in locis inueterata sit, vt solus dominus pares eligat, tamen cum sit contra ius feudale, non valere statuimus. Gayl. *lib.2. obser.34.n.1.*

8. Pares vero Curiæ si suspecti sunt, ex rationabili causa reiici possunt, & ordinarius iudex conueniri. Menoch. *d. remed.3. num.440 argumento c.1. an propter ind. vel cur. dom.*

9. Deinde cum pares Curiæ in causa inter dominum & vasallum testes esse debent, tum ordinarius iudex erit, nisi plures pares supersint. Curt. *part. vltim. numer.38.* Iacob. de Beluiso *in cap.1. de content. inter dominum & fidel. lib.1. tit.10.*

10. Est insuper ordinarius iudex, si nulli extant pares, gloss. *in c. Imperialem. §. vlt. de probib. per Frider.* Borch. *c.10. n.14.*

11. Vltimo pares Curiæ non erunt iudices, si domino fidelitatem nō præstiterunt, nisi dominus vel pares illos admittant, *c.1. §. ille. de consuet. apud. par. c. Imperialem §. præterea. de probib. per Frider.*

12. Inter vasallos si contentio de feudo oriatur, tum dominus feudi erit competens iudex. *d. c. Imperialem. de probib. per Frider.*

13. Hinc in quæstionem venit, si de feudo Regali oriatur contentio, num coram Imperatore; an vero in Camera controuersia definienda sit? Et coram Imperatore definiendam esse putamus, *c.1. apud quem controuers. feud. fin.* Ordinat. Camer. *part.2. tit.7.*

14. In aliis feudis non Regalibus Camera cum Imperatore concurrentem habet iurisdictionem, & præuentioni locus est, *arg. c. plures. extra. de offic. delegat.* Gayl. *lib.1. obser.29.*

15. Cognoscit autem dominus non solum si de proprietate feudi contentio sit inter vasallos, verum etiam cum de possessione controuertitur. Curt. *part.3. n.24.* Menoch. *d. remed.3. n.377. & seqq.*

16. Hic incidit dubium, num dominus feudi, qui alterutrum ex vasallis coactus inuestierit, iudex competēs esse possit? Et posse verius putamus. Borch. *c.10. n.19.* Menoch. *d. remed.3. num.391.*

17. Non solum dominus inter laicos iudex esse potest, verum etiam inter clericos, *c. verum.1. §. ex transmissa. ext. de foro compet.*

18. Sic & contra si dominus feudi sit clericus, & vasalli litigantes sint laici, dominus quamuis sit clericus, nihilominus inter vasallos erit iudex. Menoch. *d. remed.3. num.409.*

19. Re-

19. Recusari autem potest dominus iudex à vidua, si de possessione à potentiori deturbata sit, *c. ex parte. ext. de foro compet.*

20. Deinde si iustitiam vasallus administrare neglexerit, tunc ordinarius ordiri potest. Curt. *part. vlt. n. 14. arg. c. irrefragabili. vers. caterum. extra de offic. ord. iudic.*

21. Non itidem competens iudex est dominus, si semel consensit, vt causa, de qua vasalli inter se disceptant, coram alio iudice tractetur, Borch. *c. 10. n. 29. 30.* Decius *in c. caterum. n. 7. extr. de iudic.*

22. Nec est dominus competens iudex; si vnus ex vasallis non ostendit titulum, quo se eiusdem domini vasallum asserit. Borch. *c. 10. n. 31. 32.*

23. Et ita pares Curiæ aut dominus iudices esse possunt, si principaliter de feudo agatur: non enim habent iurisdictionem, nisi in quantum lex feudalis illis permittit. Borch. *d. c. 10. n. 33. 34. 35.*

24. Vltimo quæritur, num vasalli iurisdictionem prorogare possint? Et non posse statuimus. Gayl. *lib. 1. obs. 40. n. 6.* Clarus *in §. feudum, p. 9. q.* 10. 11. *quæst. 9. n. 10. arg. l. nemo potest. C. de iurisdict. miner. iudic.*

25. Hactenus de iudice competente: sequitur nunc de forma iudicii: & pro regula seruandum, quod eadem obseruanda hic, quæ in iure communi; nisi specialiter in iure feudali tradita sint. Duar. *c. 21. in pr. de feud. arg. §. strenuus. de feudi cognit.*

26. Primum igitur speciale est, pares Curiæ iudices non cogi præstare iuramentum se iuste iudicaturos. Borch. *c. 10. n. 37. arg. c. Imperialem. de prohib. per Frider.*

27. Secundum speciale est (vti Dd. communiter affirmant) vasallum coram paribus cum domino litigaturum posse dominum non impetrata venia in ius vocare. Mynſ. *cent. 4. obser. 92.* Cuius tamen contrarium disputatio: ergo an defendi possit? videbimus.

28. Tertium, quando contentio est inter dominum & vasallum, quod tunc delato iuramento de calumnia non iuretur, *c. 1. §. in quibus. de consuetud. recti feudi.*

29. Quartum singulare est, mulierem in causa feudali in testem non admitti, *c. 1. §. fin. qui test. sint necessar. ad nou. inuest.*

30. Quintum est, actore non probante non statim reum absoluendum esse, sed dari reo defensionem, *c. 1. si de inuestit. feud. controu. c. 1. de consuet. recti feudi.*

DISPVTATIONIS XI.

Coram quo de feudo agatur? & de forma iudicii; obiectiones & resolutiones.

SVMMARIA.

1 *Coram quo iudice, si lis oriatur de feudo, agatur?*
2 *Iudicium est finis iustitia.*
3 *Quisnam sit iudex competens in caussis feudalibus?*
4 *Iudex competens est basis iudicij.*
5 *Iudex dicitur Dux & Imperator iudicij.*
6 *Paritas in iudiciis esse debet.*
7 *Vasalli veri qui dicantur?*
8 *Asserti vasalli qui vocentur?*
9 *Intellectus* d.c.vn.§.præterea,de prohib.feud.alien. per Frider. *qui?*
10 *Dominus factum proprium tueri non potest.*
11 *Iudex ordinarius qui dicatur?*
12 *Arbiter quinam vocetur?*

ACtum fuit hactenus de præcipuis & summis capitibus iuris feudalis, quibus nunc
vltimo loco de iudiciis aliquid recte instituendis, erit subiiciendum; idq; consi-
stit in eo, vt sciamus, coram quo de feudo sit agendum? deinde, qua actione sit vtendum?
1 De priore hoc loco agitur, de posteriore in disputatione 10. actum fuit.
Ad primum quod attinet, sciendum est, sæpe de feudo inter dominum & vasallos, vel
inter ipsos vasallos tantum, posse oriri controuersiam. Opus igitur est hoc in casu iuris
remedio, quo illa controuersia seu contentio dirimatur, & lites finiantur. Tale remedi-
um est iudicium feudale, cuius præsidio pro cuiusque caussæ seu controuersiæ feuda-
lis conditione & statu ius, domino seu vasallo debitum, redditur, & suum cuiq; per legi-
timos tramites vt Iustinianus Imperator *in princ. proœmii Instit.* loquitur, hoc est, per or-
2 dinariam iustitiæ viam tribuitur: hic enim finis † est iustitiæ *l. iustitia.10. §. 1. ff. de iust. &
iur. § huius studii. Instit. eodem. Nou. 69. vt omnes obediant, in princ.* Hoc iudicium per legiti-
mas personas administrari debet *tot. tit. ff* & *C. de iudic.* Cum verum sit ius esse in ciuitate,
si non sint, qui iura regant, vt loquitur Pomponius Iurisconsultus *in l. 2. §. post originem. de
orig. iuris.* In iudicio igitur instituendo hoc quæri debet, ad exemplum aliorum iudicio-
3 rum, quisnam sit † iudex in caussis feudalibus competens, coram quo controuersia deci-
di, & causa ventilari possit? *argumento tit. ff. de iurisdictione om. iudic.* quia vt ius incompe-
tens iustitiam impune denegare potest, ita etiam partes impune extra territorium, seu
iurisdictionem ius dicenti non parent *l. si conuenerit. 18. l. vlt. ff. de iurisdict.* Et plurimum
refert, bene habere fundatam iurisdictionem, cum maximus sit defectus iurisdictionis,
cum iudicatum dici non possit ab eo, qui ius dicendi non habuit, *l. 1. § fin. ff. ad SC. Tertul.*
Imo est irreparabilis & insanabilis defectus, secundum Sebastianum Vantium *in tra-
ctat. de nullitate sententiarum. ex defectu iurisdictionis.* Et vnde *versu* 1.3.6. Gayl *lib. 1 obseruat.*
4 *obseru. 42. n. 11.* quia iudex competens potissima † pars, basis & fundamentum est iudicii.
Vantius

Vantius *dict. loco, num.* 2. Gayl. *d. loco, num.* 9 Vbi etiam refert ex Baldo, iudicem esse Du-
cem † & Imperatorem iudicii. Sciendum autem hic est, quod circa competentiam iudicis 5
in controuersiis feudalibus distinctio sit facienda. Aut enim est contentio de feudo
regali: aut de feudo non regali. Si de feudo regali est controuersia inter duos Electores,
Principes, Duces, Comites, Barones, tunc solus Imperator est iudex competens, *c. vn. a-
pud quem, vel quos erit feudi controuersia terminanda.* Curt. *part. 7. n. 2.* Iul. Clar *quæst. feudali
90. n. 5.* vbi refert omnes Feudistas ita terminare. Borch. *c. 10. n. 1.* vbi affirmat omnes ita
sentire, Zas. *part. 11. n 7.*

Sed obiicitur *c. vn. inpr. de lege Corradi,* vbi dicitur, quod etiam Rex tum possit esse iu-
dex: Ergo non solus Imperator.

Respon. Id videns Zasius *dict. part. 11. num. 6.* & Sonsb. *part. 14. num. 19.* vterque affirmat
Imperatorem vel Regem iudicem eo casu esse posse: Parum tamen refert, affirmare so-
lum Imperatorem esse iudicem, quia Imperatoris nomine venit etiam Regis appellatio,
sicuti alias semper alterum in altero includi solet, nisi vtrumq; exprimatur. Deinde dici-
tur, soli Imperatori eo casu causam debere afferri decidendam, ad excludendam Came-
ram Imperialem, quæ non est iudex eo casu, quamuis concurrentem cum Imperatore
iurisdictionem habeat, sigillo Imperatorio vtatur, & processus sub nomine Imperatoris
decernat, Hartman. Hartmanni *in practic. obseruat. titul. de feudo, obseruat.* 43. Borch. *cap.
10. num. 3. 2.* Id quod in ciuilibus, non feudalibus procedit, Gayl. *lib. 1. obseruat. 29. num. 2.*
Si vero contentio est de feudo non regali, iterum distinctio est adhibenda: aut enim
tum est lis inter dominum & vasallum, aut inter conuasallos tantum Si inter dominum
& vasallum est controuersia, pares Curiæ iudices erunt; *cap. vnic. §. præterea. de prohi-
bit. feud. alienat. per Fridericum. cap. vnic. §. si inter. de alienatione paterni feudi. cap. v-
nic. §. fin. quo tempore miles, &c. cap. vnic. de controuer. feud. apud par. terminand. cap. vnic.
de controuersia inter Episcopum & vasallum.* Curt. *part. vlt. num. 34.* Zas. *part. 11. num. 11.* Iul.
Clar. *d. quæst 90. num. 1.* Sonsb. *part. 14 num. 30.* Myńsing. *cent. 1. obseru 99. & cent. 5. obseru.
75.* Gayl. *lib. 1. obseru. 1. num. 34.* Wesenb: *cap. 17. num. 5.* Borcholt. *cap. vlt. num. 5.* Et sane
absurdum esset, dominum in causa propria iudicare, *l. qui iurisdictioni præest. 6. ff. de iuris-
dictione omn. iudic. l. vnic. C. ne quis in sua causa.* quod hoc casu fieret, nisi pares Curiæ iu-
dicarent, Wesenb. *d. loco.* Nec attenditur hic, quod pares minores sunt, & inferioris gra-
dus ipsis litigatoribus. Curt. *d. part. vlt. num. 34.* Borch. *cap. vlt num. 7.* Pares autem Curiæ
non omnes adhibentur iudices, sed facultatem habet dominus aliquot, quotquot vo-
luerit, eligendi, totidem etiam eligendi potestas vasallo datur, *cap. vnic. de controuers.
feud. apud pares terminanda,* Gloss *in dict. cap. vnic. § præterea. de prohibit. feud. alienat. per
Fridericum,* & hæc est communis sententia, Iulius Clarus *in §. feudum. dict. quæst. 90.
num. 2.* Borcholt. *cap. vltim. num. 9.* Ideo quia paritas † in iudiciis esse debet. Zasius 6
part. 11 num. 12. 13. Nec valet consuetudo, vt solus dominus eligat, Gayl. *lib. 2 practic.
obseruat. obs. 34.* Borch. *cap. vlt. num. 10.* Si tamen pares Curiæ sunt suspecti, & causa suspi-
cionis est rationabilis, aut si nolunt, aut si non possunt cognoscere, tum ordinarius
est iudex. Gloss. *in dict. cap. vnic. §. præterea.* Curtius *part. 7. num* 35. Borcholt. *cap. vltim.
num. 13.* Si autem lis seu controuersia est inter ipsos conuasallos, non de regali feudo, sed
de alio feudo, vel toto, vel parte, ad dominum tantum decisio feudi spectat, *d. cap. vn. §.
præterea. de prohibit. feudi alienat. per Fridericum. & cap. vnic. de controuersia feudi ad pa-
res terminand.* Curtius *part. vlt. num. 3.* Zasius *part. 11. num. 7.* Sonsb. *part. 14. num. 27.* Iulius
Clar. *d. quæst. 9. num. 5. in fin.* Wes. *c. 17. n. 4.* Borch. *c. vlt. num. 17.* Quia dominus ordinariam
iuris-

iurisdictionem habet, inter vasallos, quando causam dicit secundum communem opinionem. Curt *part. vlt. num.* 28. Nec refert an controuersia sit de proprietate, vel de possessione? quæ est communis Dd. sententia. Iulius Clarus *d. quæst. 90. num* 9. Curt. *part.* 2. *num.* 24. Borch. *cap.* 10. *num.* 18. licet feudum sit Francum, Curt *part. vlt. num* 20. Boeholt. *cap. vlt. num.* 20. Et licet vasalli sint clerici. Iacobinus *super verb. & dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus conuenti. num.* 3. 4. Zasius *part.* 11. *num.* 7. Gayl. *lib.* 2. *obseru. obser.* 37. *num.* 1. *& obseru.* 40. *num* 7. Curt. *part. vlt. num* 15. Iul. Clar. *d. quæst.* 90. *num.* 4. & 10. vbi dicit esse communem sententiam.

Nunc in posterum videbimus de his, quæ posteriori huic assertioni obstare videntur, quæ sane sunt discordantia, & certe diuinare necesse est. Tam culpabilis, & velut repugnans dissonantia textuum feudalium est circa controuersias hasce feudales; vt exclamat Zasius *part.* 11. *num.* 8. vnde Iacobus de Beluiso ex sententia Bald. *in c. vn. an mutus vel surdus.* dixit, per cunctas rationes aliquando procedi oportere in huiusmodi obscuritatibus feudorum.

Et quidem primo obiicitur valde *cap. vnic. in princ. de lege Corradi*, vbi dicitur, distinctionem hanc obseruari coram Rege & Imperatore, scilic. causam decidi, si inter duos sit controuersia, & vterq; dicat se ab eo esse inuestitum: Postea vero dicit Feudista: Cæteræ vero causæ ad pares Curiæ pertinent, considerans verbum, *cæteræ*, quasi in reliquis causis omnibus præter illas, in quibus de Regali feudo sint pares Curiæ iudices, non dominus: Ergo dominus ordinariam iurisdictionem non habet inter vasallos, quod antea tamen assertum fuit.

Respond Zasius *d. part.* 11. *n.* 8. affirmat, textum illum valde esse incertum, & ex necessitate temperandum, ne pugnet cum textu *d. c. vn. § præterea. de prohibit. feud. alienat. per Fridericum.* Sed pro responsione habendum est, oportere in his difficultatibus soluendis hoc attendi, an vasalli litigantes, veri & indubitati sint vasalli, an vero sint saltem asserti

7 & ambigui vasalli? Veros vasallos † Zasius *part.* 11. *num.* 5. eos vocat, qui alia feuda à do-

8 mino habent, de quibus non est lis vel quæstio: asserti † qui alia feuda non prætendunt, nisi de quibus est quæstio vel lis; inter veros vasallos si lis incidit, de feudo vel parte, aut eius finibus, limitibus seu pertinentiis, dominus sine paribus est ordinarius iudex. Secundum communem opinionem, vt loquitur Curt. *p. vlt. n.* 28. Zas. *p.* 11. *n.* 18. Iul. Clar. *d. quæst.* 90. *n* 6.

9 Atque ita intelligendum † est *d. cap. vnic. §. præterea, de prohibit. feud alienat. per Fridericum*, Curt *part.* 1. *d. quæst.* 90 *num.* 5. *in fin.* Mynsing. *centur.* 5. *obseruat.* 99. Wesenb. *cap.* 7. *num.* 4.

Nihil igitur *d. c. vn. in princ. de lege Corradi* aduersatur, quia non loquitur in tali casu, quando vterque vasallus est verus vasallus, de eoque certo constat, sed quando vnus est verus, alter assertus vasallus, vnde causa ad pares Curiæ eo casu deuoluitur, ita Zasius id soluit *d. part.* 11. *num.* 8 Ita etiam intelligit Curtius *part. vlt num.* 4. textum *in cap. vn. apud quem vel quos controuersia feudi definiatur*; Gloss. *in d. c. vn. § penult. de prohib. feud. alienat. per Fridericum.*

Ad hoc enim vt dominus feudi exerceat suam iurisdictionem, debet constare, litigantes esse vasallos; alias incompetens est iudex. Curt *dict. part. vlt. num* 4. Sonsb. *dict. part* 14 *num* 30. *in fin.* Mynsing *d. obseru* 99. *in fin.* vbi dicit, ita in Camera fuisse decisum, Borch. *cap.* 10. *num* 13. aliter hoc soluit Sonsbec. *part.* 14. *num.* 21. 22. & reiecta solutione Aluarotti & Zasii affirmat, *dd. cc.* duo loqui in eo casu, quando pares quidem dominus habet

habet, sed ipse dominus est suspectus, tum propter suspicionem reiicitur dominus, & pares iudicant; Dominus enim factum proprium † ueri non potest, puta si tenetur de 10 euictione, vel si est litigator, inimicus, aut nimium beneuolus. Sonsbeccii solutionem Wesenbeccius *c.16.n.5* sequitur. Zasius etiam ita ad *d.c. Vn. apud quem vel quos n.8.part.11.* respondet.

Secundo obiicitur *d.c. Vn in pr. vers si autem inter. de leg. Corrad. & c. vn. § si duo cum seqq. de pace tenend c. vn. in pr. de inuest. in maritum facta*, vbi dicitur, quod iudex ordinarius seu arbiter debeat iudicare inter conuasallos. Ergo non habet eo casu dominus iurisdictionem inter vasallos litigantes.

Resp. Sonsbeccius ad illa capitula *in part.14. num 21.* ita respondet, quod procedant eo casu, quando dominus pares non habet, & dominus est suspectus forte euictione, tum causam agnoscet ordinarius, [illegible] arbiter. Ordinarius iudex est, qui in iudicio † causam 11 legitimo processu instituto cognoscit, *tot. tit. ff. & Cod. de iudic.* Arbiter, qui † amice 12 componit priuatam quorundam litem, *tot. tit. ff de recept. arbitris.* Atq; ita simpliciter hæc soluit Sonsb *in d. loco*, quem sequitur *Wes. d. c.16. n.6.* Curtius tamen putat *d. c. Vn. §. si autem inter. de lege Corradi*, procedere eo casu, quando est dubium inter litigantes, quis eorum sit vasallus, vt quia ambo prætendunt inuestituram nouam alicuius feudi siue ab eodem domino, siue à diuersis, tunc iudicem ordinarium, vel arbitrum cognoscere de causa affirmat.

Deinde *d. cap. vnic. in princip. de inuestit. in maritum facta*, intelligit eo casu, quando vnus vasallus dicit feudum esse antiquum, alter nouum, qui haberet causam ab ipso domino, quia tunc cum ipse dominus possit prætendere interesse, non poterit esse iudex in tali causa, sed cognoscet vel iudex ordinarius vel arbiter, & addit omnes Scribentes illud capitulum ita intelligere Hoc amplectitur Zasius *d. part.11. num* 8. refertq; eo casu, quando dicit vnus vasallus feudum esse nouum, causam à domino abducit, quia tenetur de euictione dominus: pares etiam iudices esse non possunt, quia propter dominum sunt suspecti. Iulius Clarus etiam *d. quæst. 90. n.7.* affirmat generaliter ordinarium vel arbitrum esse iudices, si opponat vnus vasallus declinatoriam exceptionem negando, se esse vasallum. *Wes. d. loco* putat *d. c. Vn. §. si duo cum seqq.* procedere eo casu, quando vasallus litigans dominum non recognoscit, sed dicit feudum suum esse allodium, vel ab alio domino dependere.

Sed datæ solutionis clarus textus obiicitur ex *d. c. vn in pr.* an apud iudicem vel curiam domini; id est, vbi eo casu cognoscunt pares equidem soli: Ergo non ordinarius iudex vel arbiter.

Resp. Curt. *d. part. vlt. num 5.* refert tres solutiones, posteriores duas amplectitur, sic corrigi vnum textum per alterum: vel data negligentia parium succedere ordinarium iudicem, Sonsbec. autem *part. 14. num. 26.* putat vitandam esse correctionem, & simpliciter dicendum, *d. cap. vnic. de inuestitur. in maritum facta.* loqui in genere, nempe, quod quandocunq; controuersia est de feudo inter vasallos, vno dicente suum proprium plene feudum esse, altero negante, qui tamen ambo illum dominum agnoscunt, vt inuestitorem; quod, inquam, in tali casu dubio debebant isti duo vasalli simul à Curia & domino citari & causa examinari, non tamen plene de causa cognoscent. Sed negotio apud eos perspecto & examinato, debebat causa examinari, tunc vel apud Curiam domini, vel apud dominum hoc modo: velut si animaduertam rem dominum concernere, quia de euictione forte alteri tenetur, tunc causam sola Curia, hoc est, pares ad se trahant, &

per eos terminetur iudicium. Si vero non concernit dominum, veluti si forte dominus mortuo vasallo, duos defuncti filios inuestiuisset, diuisione facta ad alterum tantũ proueniret, dominus solus cognoscet, reiectis paribus, id quod particula disiunctiua vel, in *d. c. vn.* ostendit. Deinde putat non obstare *d. c. vn. in pr. in fin. an apud Iudicem vel Curiam*, quia ibi loquitur in specie in casu, vbi constabat ab initio ad dominum quodammodo pertinere negotium: nam ibi reiecto vero vasallo dederat alteri inuestituram & feudum, & tunc de euictione alteri tenebatur, quare opus non erat, vt is simul citaretur. Recte ergo sola Curia, hoc est, pares citant, & causam terminant. Zasius tamen *d. part. 11. n. 8.* ita intelligit *d. c. vn. in fin. de inuestitura in maritum facta*, quod hoc procedat eo casu, quando vterq; ex vasallis assertis prætendat feudum antiquum esse, tunc dominum cum paribus cognoscere. Deinde & quod supra dictum fuit, inter dominum & vasallum litigantes pares esse iudices, similiter ex præmissis addendum est hoc intelligi, si de feudo vere constet. Sonsb. *d. part. 14. n. 30.* Mynf. *d. obs. 99. cent. 1.*

Sic obiicitur *c. vn. de controuersia inter Episcopum & vasallum*, vbi certe non constabat petentem feudum esse vasallum, & tamen ibi cognoscunt pares Curiæ.

Resp. Quandocunq; est controuersia de feudo inter dominum & vasallum, & tum vasallus se illius domini vasallũ esse dicit, quæstio debet terminari à paribus Curiæ, etiamsi vere nondum constet per *d. c. vn. de controuers. inter Episcopum & vasallum. d. c. vn. §. fin. de inuestitura in maritum facta.* Et merito, quia nulli rectius sciunt de feudo, quam pares Curiæ, quorum interuentu, se feudum accepisse vel suos parentes asserunt. Verum in casu, vbi vasallus iste diceret, rem feudalem esse allodium suum, vel feudum quidem esse, sed ab alio se id habere, quo casu cognoscet & examinabit ordinarius Iudex, quousq; intellexerint feudum esse respectu huius domini, vel non. *arg. d. c. vn. §. si duo, & §. si tres, de pace tenenda*, qui si cognouerit, negotium hoc ad dominum vel eius Curiam pertinere, re indecisa rursum eo remittet; qui tunc causam decidant, secundum distinctionem superius datam; si minus ipse casum terminabit & negotio finem imponet. Et sic capitula illa discordantia in concordiam ex Dd. sententia sunt redacta. Vnde manet nunc verum, dominum regulariter esse iudicem, si inter duos vasallos de suo feudo vero est controuersia. Si lis est inter dominum & vasallum de vero feudo, pares Curiæ iudices esse, & nulli rectius norunt causam, nisi dominus & pares Curiæ, quia dominus feudũ dedit, & pares vel interfuerunt, vel Curiæ modum & solennitates norunt, quemadmodum eleganter affirmat Sonsb. *d. part. 14. n. 29.* Deniq; Corollidis loco hic adiiciendum erit, quod causa feudalis expediri & iudicium hoc exerceri possit, pro arbitrio domini vbiq;, vbi tamen salua dignitate & more maiorum exerceri potest, *l. penul. in fin ff. de iust. & iur.* Refert tamen Wes. *d. c. 17. n. 7.* moribus obtinuisse, vt iudicia feudalia, præsertim reuocatoria sub dio, vel cœlo patente exerceri solere ad amouendam omnem timoris metusq; suspicionem: id quod etiam in conuentibus seu comitiis Principum prouincialibus ita obseruari consueuit.

Ad Thesin 2.] Contra obstat *l. 47. obseruandum, de iudic.* vbi is iudex dari non debet, quem altera pars nominatim petat, facit *l. 25. de procur.* vbi dicitur esse suspectus. Item obstat *tit. hic finitur lex in fine*, vbi quia contra omnes dominum iuuare debet, merito suspectus censetur. Item obstat, quod vasallus tenetur dominum & iniuste prælantem coadiuuare, & *arg. tit. 5. lib. 11. in pr.* Item facit *tit. 26. lib. 2. §. licet in pr.* vbi scilicet defendendo vasallus imminente quocunq; periculo dominum iuuare debet. Item obstat *tit. 28. lib. 2. hic finitur lex, in pr.* vbi expresse etiam iniuste prælantem dominum iuuare vasallus tenetur.

netur Resp. ad dd. cap. in thesi hac & thesi 6. diuersum esse, quia hic in textibus eliguntur pares à domino. Item obstat *l. manifesta. de iureiur.* vbi non speciale est in iure feudali, sed idem in iure ciuili obtinet.

Ad Thesin 3.] Contra obstat *l. manifesta. de iureiur.* vbi non speciale est in iure feudali, sed idem in iure ciuili obtinet.

Ad Thesin 5.] Contra obstat *c. cum contingat. 13. de foro compet.*

Ad Thesin 7.] Contra obstat *l. 32. & 35. ff. de legib.* Resp. ex *l. 39. de legib.* Item obstat, *l. 2. C. quae sit long. consuet. & tit. 1. lib. 2.* Item obstat, quod pacto induci potest, vt ab alterutra tantum parte eligatur arbiter. Ergo & consuetudine.

Ad Thesin 12.] Contra obstat [illegible]4. *in pr. vers. si autem inter pares, lib. 2. & tit. 27. § si iudex. 1. vers. si duo homines, lib. 2.* vbi [illegible]ex ordinarius & nō dominus finire lites debet, & in thesi 27. ponitur vocabulum *comitis*, pro *iudicis*, vt ibi explicat Gotthofed. & patet ex §. *2. d. tit. 27.* Item obstat *tit. 46. lib. 2. & tit. 15. lib. 2.* vbi coram iudice ordinario, vel arbitrio lis finiri debet. Item obstat *tit. 18. lib. 1.* vbi iudex communis & ordinarius debet finire lites.

Ad Thesin 14.] Contra obstat *tit. 34. in pr. lib. 4.* vbi in consuetudine Mediolanensi aliud obseruatur. Item si hodie inter vasallos maiores nulla est differentia, sequetur idem ius detinere in iis; & per consequens vnum & eundem iudicem adibunt. Sed prius verum, per *tit. 7. lib. 1. in pr.* Item obstat *tit. 55. § insuper, 2. vers. praeterea si inter duos, lib. 2.* vbi indistincte dominus debet esse iudex, neq; textus loquitur de minoribus, quia generalis est.

Ad Thesin 29.] Contra colligo, hinc foeminas alias regulariter ad testimonium admitti. Huic obstat *l. 20. §. 6. qui test. fac. possunt*, vbi foemina prohibetur. Item obstat *l. 18. de test.* vbi generaliter ad omnes causas foemina admittitur testis, & excipitur solum testamentum, *in d. l. 20. §. 6. Institut. de testam. ordin.*

INDEX RERVM ET VERBORVM HISCE IN DISPVTATIONIBVS CONTENTORUM.

A.

Con-

G.

H.

I.

Inue-

Natu-

R.

S.

T.

V.

Vasal-

FINIS.



DE IVRE FEVDORVM.

TRACTATVS LONGE IVCVNDISSIMVS AC VTILISSIMVS, IN QVO NON SOLVM DOCETVR DE ORIGINE, iure, natura, definitione, diuisione feudi, de modis constituendi, acquirendi, amittendi illud: sed multa etiam alia de pactis, rebus, inuestitura, successione, iudiciis feudalibus, &c. admiscentur.


PROOEMIVM ET DISPOSITIO.



RACTATIO de feudis, quam sit vtilis & grauis, tum ex eo intelligitur, quod innumerabiles quotidie de iis existũt & agitantur quæstiones, cum ex eo, quod hæc tractatio sit vere de iure publico, id est, de iure Imperii, Regnorum, Principatuum, iurisdictionum aliarumq; publicarum possessionum.

Ardua autem & difficilis quam sit ea disputatio, argumento sit: Primum, tanta scriptorum & commentariorum feudisticorum, & fere infinita multitudo. Deinde, quod ius hoc feudarium, sit nouum, id est, Romanis ignotum, & proinde sine certo iuris fundamento, magnam partem hauriendum & cognoscendum ex interpretum scriptis, & gentium moribus ac institutis: quæ, cum mirifice variant, consequens est, vt magna in hoc iure interpretando sit difficultas & obscuritas. Omissis autem libris feudisticis tractationem hanc in decem capita partiamur, quorum.

I. De libris & commentariis feudisticis.
II. De Origine, nomine, seu notione & breui descriptione feudi, hominii & aliorum eiusmodi.
III. De feudi iure & natura, vi ac potestate.
IV. De feudi definitione ac diuisione.
V. De feudi comparatione cum emphyteusi, vsufructu, & si quæ sunt alia horum similia iura.
VI. De pactis feudariis.
VII. De constitutione & acquisitione feudi.
VIII. De amissione feudi.
IX. De feudi actione, & exceptionibus.
X. De iudicio feudario, maxime de foro competenti, & ritu siue forma eius, & de probationibus feudaris.



CAPVT I.

De Commentariis feudisticis.

SVMMARIA.

1 Commentariorum feudorum genera tria.
2 Hottomannus & Cuiacius fragmenta librorum feudisticorum, in singularem coniecerunt librum.
3 Decretales feudales.
4 Consuetudines feudorum, quæ dicantur, & quid eis contineatur.
5 Ordo librorum cõsuetudinum feudalium.
6 Eorum confusio.
7 Imperator Fridericus II. confuso ordine commẽtariorum feudalium motus, Ant. Pratensi singularem feudorum librũ conscribere præcepit, eumq; & in foro & scholis recipi constituit.
8 Autores consuetudinum feudalium.
9 Vitia horum commentariorum.
10 Sententia commentariorum feudalium an vim legis habeant.
11 Francica gens an horum librorum sententiam pro lege habeat.
12 Argumenta vtriusque partis. ibidem & seqq.
13 Actus temporis infiniti, vim priuilegij & legis habere dicitur.
14 Emendans aliqua & reliqua non improbans, totum approbat.
15 Controuersiæ feudales, quomodo decidendæ.
16 Interpretes qui de feudis scripserunt.

DE his autem capitibus priusquam explicemus, non erit inutile, de ipsis libris & cõ-
1 mentariis feudorum breuiter considerare, quorum tria † potissimũ genera extant. Nam extant constitutiones Principum aliquot, siue Impp. vt Caroli M. Lombarda, vt II. Francicarum, vt Lotharii I. de qua *lib. 1 feud. tit. 19 duobusque seqq.* vt tres constitutiones Henrici II. quarum prima est *lib. 2. feud. tit. 3.* Duæ apud *Ardiren. & Aluarot.* vt Conradi Imp. cuius mentio sæpe in libris feudorum, & extat ea lex in Lombarda *lib. 3. titul. 8. & ll. Franc. lib. 5.* vt Friderici I. de qua *lib. 2. feud. tit. 19.* vt Henrici VII. de qua *d. lib. 2. tit. 61.* Commemoratur etiam Ottonis constitutio *lib. 2. tit. 54.* & aliorum fragmenta, passim in his
2 libris, quæ omnes † Cuiacius & Hottomannus in librum singularem coniecerunt & explicarunt, quibus legibus ius feudarium rectè dici potest constitutum. Quibus acce-
3 dunt duæ † Decretales, siue *c. 1 & 2. lib. 3. decret. tit. de feud.* Hæc de primo scriptorum feudariorum genere.

Alterum voco libros feudorum vulgo notos, de quibus duo hæc videnda: Primo de eorum subiecto siue materia, ordine, authore, & vitiis. Secundo de eorum autoritate, vi & potestate. Quod ad prius attinet caput quadrimembre, primum eorum subiectum
4 siue materia intelligitur ex ipso indice, qui vulgo hic est; Consuetudines † feudorũ, &c. Nam his libris mores & consuetudines Lõbardiæ potissimum, de feudis continentur, vt videre est passim. *c. 1. de his qui feud. dare, & c. c. 4. in princ. de alien. feudi.* & hęc interpp. maxime recentiorum est sententia: *Vt Conani lib. 1. c. 10. n. 3 Duan. Cuiac. Hottom. in comment. ad hos lib. Molinæi de consuetud. Paris. de feud. in princ.*

5 Ordo autem horum † librorum est perexiguus, & vulgo quidem hic cõmentarius in duos libros distribuitur, quorum prior titulos 20. alter 58. continet. Sed Aluarottus aliique nonnulli veteres feudistæ tres faciunt libros, quorum tertius initium capiat à tit. 23. lib. 2. vulgaris. Cuiacius ex manuscriptis codicibus reperit quatuor libros. Sed ea est hu-
6 ius commentarii confusio † vt ordo & distinctio frustra in eo quæratur, frustra etiã continua-

nouatio ab Aluarottō. De qua confusione conquerantur Claud. Seys. Zas. Connanus. Duar. vt merito & iure, cum Duareno & Connano vocent farraginem iuris feudistici. Quæ confusio induxit, tum interpp. quosdam iuris, vt Ardizonem & alios multos, vt omissis his libris, ipsi summas, Epitomas, Disputationes, & libros singulares de feudis alio & meliore ordine conscripserint: tum Fridericum II. vt † mandaret Antonio Pratensi ICto Bononiensi, vt nouum de feudis commentarium, in meliorem ordinem digereret, quem postea Imp. sibi oblatum Imperiali autoritate confirmaret, vt solus, & in foro & in scholis reciperetur: Sed iniuria temporis impeditum scribit Iohan. Cuspinianus in vita Friderici III. 7

De autoribus huius farraginis † siue cōmentarii non satis constat inter interpp. Prioris tamen libri autorem faciunt Gerardum Nigrum siue Cagapistum. Sed ex ipso stylo perspicuum est, multorum esse farraginem, vt diligenter demonstrat Hottomannus. Alteri libro præposita est quasi præfatio Oberti de Orto ad filium Anshelmum, eiq; hic liber attribuitur. Sed & hic nihil certi propter varia collectanea in eodem libro. Illud certum, Gerardum & Obertum fuisse consules Mediolani tempore Imp. Friderici I. *Teste Ottone Episc. Frising. lib. 2. de reb. gest. Frid. c. 12.* 8

Vitia deniq; † huius commentarii, præter confusionem, occurrunt etiam hæc. Sæpe iteratio & inculcatio eiusdem rei. Absurda & repugnantiæ innumerabiles: de quibus consuetudinibus Interpretes & imprimis Hottom. Nō omittam quod interdum varias Glossatorum opiniones in ipsis his libris commemorantur, non tamen certi quicquam exprimatur, quæ ex iis sit tenenda. *c. 1 qui testes sint necess. c. 1. §. 1. de controuers. inter ma. c. & fam.* scribitur de hoc 1. cap quo ad libros vulgares feudorum. 9

Alterum est maioris momenti. De eorū, inquā, autoritate. Est enim valde inter id cōtrouersa quæstio. An sententiæ horū † librorum habeant vim legis? Sententias dicimus, 10 non constitutiones quasdā Impp. de quibus dubitare, nefas est, sed alias totis his libris cōprehensas. Sunt autem Interpp. qui aiunt, hos libros habere vim legis, & horū maior est multitudo: vt sunt Bartolus, Innoc. Aluar. Ioan. And. Panor. Afflict. Iason. qui alios adducit: Et recentiores Zasius, Sonsb. aliiq; nonnulli, vt Frid. à Tantenberg. Sunt quoq; alii qui negant, vt Hostiens. Ant. Pratensis, And. Isern Oldradus, Ægid. Bellemera *cons. 95.* Albertus, Franc. Aret. Quibus assentitur ex recentioribus Molinæus & Connanus. Nam Duarenus ait, fere in Imperio hos libros receptos, sed † de Francica non audet dicere eos 11 habere vim legis. Cuiacius tamen ait, ius & mores Lombardorum his libris comprehensum, alias quoq; gentes etiam Francorum sequi, nisi, inquit, cum ll. aut morib. pugnent.

Argumenta † autem aientium sunt hæc. Primo quia ritus horum librorum per aliquot secula, tam in iudiciis, quàm in Academiis fuerit receptus, non modo in Lombardia siue Italia, sed etiam in reliqua Europa. Tantum autem tempus, siue actus † & vsus temporis infiniti, censetur habere vim legis & priuilegii *l. hoc iure. §. aqua ductus. ff. de aqua quotid. c. super quibusdam & c. præterea enim, de V. S.* Sed hoc argumentum ab aliis partim negatur, partim refellitur hac ratione: Quia in scholis & iudiciis sæpe recipiuntur quædam non in vim legis, sed doctrinæ tantum. 12 13

Secundum argumentum est à probatione horum librorum imperiali: cuius probationis indicia siue argumenta hæc afferunt. I. Quod Imp. Fridericus mandauerit Hugolino, vt suas, & aliorum de feudis constitutiones Imperatorū priorū interiiceret his duobus libris sub titulis competentibus, teste Odofredo ad *Auth. cassa C. de SS Ecclesiis.* Sed Molinæus hoc ab Odofredo confictum ait, quia nullus historicus hoc commemorat.

Tertium: Quia in curiis Imperialibus, ex authoritate horum librorum controuersiæ totales deciduntur interdum: Sed hoc est facti, & incertum, & fortasse fit more potius quam lege.

Quartum: Quia in his libris quædam emendatinr Impp. in *c. 1. de prohib. feud. al.* Qui
14 autem † quædam emendat, nec improbat reliqua, videtur approbare, *argum. l. cum prætor. ff. de iudic.* Sed Impp. non emendarunt hos libros, verum emendarunt de feudis perperam moribus apud Lombardos inducta, ea tollunt Impp. & ius de feudis vetus renouant ac sanciunt. Atq; hæc sunt aientium argumenta. Negantium sunt ista I. Quia libri à priuatis sunt conscripti & editi, non v. qui ius condendæ legis habent, id est, Impp qui solus ius habet legis & interpretandæ & condendæ. *l. Vlt. C. de ll.* Priuati, licet ICti, non habent autoritatem legis, nisi à principe accipiant, *§. responsa. Instit. de iur. nat.*

Secundum: Quia in his libris nonnulla continentur, partim pugnantia, partim indecisa, siue varia, id est, continentur in iis & variæ locorum consuetudines, & variæ Impp. opiniones, nec tamen de illis deciditur, quæ sit verior, & tenenda, quod tamen legis & iuris est proprium iubere vel sancire: cuius generis pugnantia, vt etiam supra dictum, Hottoman. initio comment. feud. plurima exposuit, itemque varia. Ex quibus intelligi potest, quæ his libris tribuenda sit authoritas.

15 Quid ergo est? Existimo, controuersias Feudales, † cum feuda in iure Iustinianeo ignota sint, primū decidendas ex ll. & rescriptis Pontificiis ac Cæsareis. Secundo ex ll. & moribus patriis siue municipalibus, vulgo statutis. Tertio ex iure Institutionum, argumento à simili sumpto, sunt enim in eo argumenta quædam non absimilia feudis: de quibus postea. Interpp. quoq; feudisticorū maior in hoc argumento videtur authoritas esse, eo quod hoc argumentum non tam ex certo iure & legitimo, quam ex Interpp. opinionibus & glossis in mores sit inductum aut certe constitutum. Sunt autem Interpp.
16 † fere innumerabiles; sed qui præter cæteros celebrantur, sunt hi. Iacob. Ardino. Aluar. Franc. Curt. Iunior. Andr. Isern. Afflictus. Vldaricus Zas. Franc. Sonsbec. Guil. Harnnet. Matth. Wesenb. & hi Galli. Eguin. Baro. Molinæus. Duar. Cuiac. Hottom. Omitto glossatores, tam ciuilistas, quam Canonistas, omitto & decisiones, & consilia innumerabilia.

DISPO-

DISPOSITIO CAPITIS PRIMI.

CAPUT I. *De libris & commentariis feudorum quorum tria sunt genera.*

- *Constitutiones Principum: ut*
  - *Caroli Magni: cuius* { *Lombarda. LL. Francica.*
  - *Lotharij. I. lib. 1. feud. tit. 19. 20. 21.*
  - *Henrici II. tres constitutiones:* { *Prima & secun. apud* { *Ardinen. Aluarott.* ; *Tertia. lib. 2. feud. tit. 3.*
  - *Conradi Imp. De quibus in* { *Lombarda lib. 3. tit. 8. LL. Francicis. lib. 5.*
  - *Friderici I. de qua lib. 2. feud. tit. 19.*
  - *Henrici VII. de qua lib. 2. tit. 61. &c.*
  - *Othonis IIII. lib. 2. tit. 54.*
  - *Duæ decretales: seu c. 1. &c. lib. 3.*
  - *Decret. tit. de feud.*
- *Libri feudorum vulgò nott. de quorum Videndû*
  - *Subiecto seu materia: quæ est consuetudo feudorum, Lombardiæ potissimum.*
  - *Ordine, qui frustra quæritur, cùm sit intricatus admodum & maximè confusus.*
  - *Autoribus, qui constituuntur vulgò* { *Gerardus Niger lib. 1. Obertus de Orto lib. 2.* } *Dubitatur tamen.*
  - *Vitiis quæ sunt: præter confusionem.* { *ταυτολογία frequens. Αντιλογίαι & absurditates multæ.*
  - *Autoritate: Ubi quæritur: An sententiæ horum librorum habeant vim legis? aientibus aliis, aliis verò negantibus.*
- *Interpretes feudistici, qui innumerabiles: Sed præter cæteros, hi ferè celebrantur.*
  - *Iacobus Ardino.*
  - *Aluarottus.*
  - *Franciscus Curtius.*
  - *Andreas Isernia.*
  - *Matthæus Afflictus.*
  - *Huldaricus Zasius.*
  - *Franciscus Sonsbeccius.*
  - *Guilielmus Harnutenius.*
  - *Matthæus Wesembecius.*
  - *Euignarius Baro.*
  - *Molinæus.*
  - *Duarenus.*
  - *Cuiacius.*
  - *Hottomannus.*

CAPVT II.

De Origine & Notatione feudi.

SVMMARIA.

1. *Origo feudorum Germanis adscribenda. & seqq.*
2. *Gothorum leges libris 12. comprehensa & edita.*
3. *Consuetudines feudales etiam in Oriente viguerunt.*
4. *Feudorum origo, iuxta aliorum sententiam, à iure patronorum & clientum.*
5. *Lex 12. tabul. de patronis & clientibus.*
6. *Similitudo inter patronos & clientes, dominos ac vasallos.*
Ea in quibus consistat. n. seq. Differentia. n. seq.
9. *Feuda ad militias veteres referri, Viglij opinio.*
10. *Militia veteres in quibus feudis similes sint & seq.*
In quibus differunt. in seq.
13. *Feuda iuxta quorundam opinionem à iure Romanorum de feudis limitaneis & limitotrophis, introducti.*
14. *Feuda limitanea quid.*
15. *Similitudo inter feuda limitanea & feuda hodierna. Dissimilitudo. n. seq.*
17. *Feudorum origo Cuiacii opinione ad homines refertur.*
18. *Similitudo inter homines & vasallos.*
19. *Differentia.*
20. *Serui militia expertes.*
21. *Feuda communi opinione, à Gallorum iure inducta.*
22. *Soldurij Galli, ferè idem cum comitibus.*
23. *Eorum similitudo cum vasallis.*
Dissimilitudo n. seqq.
25. *Feudum quid.*
26 *Instituti (feudi,) finis.*
27. *Feudum vnde dictum.*
28. *Verbum (Feudum) trifariam sumitur.*
29. *Emphyteusis abusiuè* Lehen / *rectius autem* Erbzinß *dicitur. & Saxonice* Erbrecht.
30 *Homagium* Lehenpflicht / vnnd Huldigung.
31. *Allodium feudo contrarium*
32. *Allodium* Eigen / vnd Erbgut.
33 *Phrases feudales.*
34. *Felonia,* Vntrew.
35. *Laudes, qui & Valuasores.*
36. *Laudemium.*

DE origine feudi multi variè scribunt, vt Ardiro, Aluarot. Curt. & alii veteres interpretes, vt recentiores Mudæus *ad l. Herennius ff. de euict. Zasius ad l. 2. de orig. iur. & init. de feud. Harmnetonius lib. 1. de feud. c. 2 Vigli. de Mil. test. Lelius Taurellus in lib. de milit. ex casu. Franc. Conan. lib. 2. c. 9. Baro Duar. init. de feud. Haloander in præfat ad Nouell. Inst. Cuiac. lib. 8 obs. c. 14. & initio de feud. Hottoman l. 2. obs. c. 16 & init. de feud.* Horum autem opiniones ad tria genera possunt reuocari. Nam veteres interpp. eosq; secuti Duar & Hottom. originem Feudorum ducunt à Gothis & Longobardis. Alii, vt Mudæus. Zas. Haloan. Viglius, Taurel. & Cuiac. eam petunt à Romanis, vnus Conanus *lib. 2. c. 9* à Gallis ea inducta putat. Sed in his tamen omnibus aliquid est verius quod ad feuda pertineat. Ve-
1 terum tamen opinio mihi verior videtur, feudorum originem Germanis † esse acceptam ferendam, non modo Longobardis, vt putant veteres Interpp. sed etiam aliis nationibus Germanis, Francis, Allemannis, Sueuis, Saxonibus, &c. Nam quod etiam Gothis ea tribuit Hottomannus, ei non assentior, cum quia Gothi non fuerunt Germani (quam-
2 uis id contendat Rhenanus) vt alibi demonstratum, tum etiam quia in Gothorum † legibus,

gibus, quarum 12. libri nuper sunt editi, feudorum nulla mentio. Germanicæ autem originis hæc sunt argumenta.

I. Quòd in Germanicis tantum lib. & nunquam in Romanis aut aliarum nationum veterum feudorum fiat mentio, vt in Armenio, & Gregorio Fuldensi, Ottone Frisingensi, & Abbate Vrspergensi, Vitikindo, &c.

II. Quia & vsus feudorum, maximè in Germania, & in prouinciis Imperii, à Germanis occupatis, vt Italia à Longobardis, Gallia à Francis. Non verò in aliis prouinciis & regionibus, vt Polonia, Anglia & Hispania, in qua tamen maioratus sunt recepti feudis persimiles: minimè autem in Oriente in Græcia & Asia vsus feudorum viget: quamuis Imp. Constantinus † Porphyrogeneta, annis ferè ab hinc 600. Constitutione de prædiis militaribus edita, eadem ferè de iis prædiis cōstituere videatur: quæ in Occidente sunt prædiorum feudalium, adeò vt putem, ea quoq; ætate in Oriente quodammodo hæc iura & mores feudarios in vsum venisse, quo tempore iterum in Occidente cœperunt maximè celebrari & magis ac magis constitui. Omnes enim leges & statuta in Occidente tam summorum Pontificum, quàm Impp. aut etiam Rerumpub. de feudo, ab eo tempore ferè sunt nata & edita: paucis exceptis, paulo antiquiorū Impp. vt Lotharii I. Et Caroli M. 3

Quòd autem alii feudorum originem à Romanis repetunt, fugit illos ratio, quod illorum cum venia dictum sit, & horum quatuor dissimiles sunt sententiæ. Nam Budæus. Zasius & Hannetonius feudorum originem petunt ab instituto veterum Romanorum † de Patronis & clientibus: de quo instituto copiosè Dionysius Halicar. *lib. 2. Rer. Rom.* Et 4
Balduin. & Hottom. *ad fragm. ll. 12. tab.* De hoc enim instituto est hæc lex † in 12. tabulis. 5
Patronus si clienti fraudem fazit, sacer esto. De qua Gell. *lib. 5. cap. 13.* quorum clientum mentio & in *l. 3. ff. de vsu & habit. l. 5. si verò. §. 1. ff. de his qui effuder. l. qui pecun. ff. de pec. leg.* Et sane inter veteres illos patronos & clientes, & inter dominos & vasallos, non exigua est † similitudo, teste etiam Cuiac. *ad lib. 1. de feud.* ideoq; & feuda clientelæ, & vasalli clientes † hodie à multis appellantur. Nam & clientes patronis, & contra, hi illis fidem, & clientes obsequium & operam, patroni præsidium & patrocinium, vt & fit inter vasallos & dominos, debebant ac præstabant. Deinde & patroni à libertis honoraria, munuscula capiebant, & contra à patronis liberti commoda quædam. Quòd iterum inter dominos & vasallos est receptum. 6 7

Sed in eo † differunt. I. Quia clientela siue patrocinium hoc, in pace, feuda in bello potissimum essent recepta. 8

II. Quòd in feudis prædium interveniat, in clientelis nullum.

III. Quòd vasallus fidem & hominium iuret domino: *de quo inf.* cliens ea non iuret patrono, sed mutua sit inter eos, ex 12. tab. quædam necessitudo & fidelitas.

Alterа est opinio Haloandri, à quo non longe aberat Viglii sententia, feuda ad veteres † militias, quarum multa in iure nostro quoq; est mentio, vt de pig. *ex l. vlt. C. de pign.* 9
referentium. Nam hæ militiæ feudis † sunt similes. 10

I. Quod in vtrisq; commodum aliquod habentium & militiæ & feuda versentur.

II. Quod vt feuda, ita & militiæ, in bello aut re militari potissimum fuerint vsitatæ.

Sed in his tamen † differunt. 11

I. Quod hæ militiæ tam in pace, quàm in bello.

II. Quod essent officia quædam.

III. Quod in illis nulla essent prædia. IV. Quod in iis non esset hominiū, & ea fidei ratio aut formula, q̄ omnia alia sunt in feudis, vt quę & propriè sint in bello, nec sint officia 12

certa,

certa : ſed prædia certa, ad fidem & hominium deuincta. Tertia ſententia eſt Lœlii Tau-
13 relli, & Wolffgangi Lazii *lib. 1. de Repub c. 2.* qui putant: Feuda à veteri † Romanor. in-
ſtituto de feudis limitaneis & limitotrophis inducta. Quod inſtitutum Lampridius
14 Alexandro Imper. tribuere videtur : quem commemorat, militibus ad † limites Imperii
tuendos contra Barbaros & hoſtes, prædia in confinibus Imperii ſita, attribuiſſe. Vole-
bat enim optimus Imp. vt milites his prædiis donati, acrius & melius pro limitibus Im-
perii pugnarent, vtpote, non modo de ipſo Imperio, ſed de ſuis quoq; prædiis & fundis
limitaneis ſollicitos : de quibus fundis eſt *tit. 59 de fund. limitotroph. lib. 11. C.* Et ſanè, in-
15 ter hos † fundos limitaneos & prædia feudalia non eſt parua ſimilitudo : I. in eo, quod
propter rem militarem vtraq; prædia dantur. II. Quod ob operam Reipub. præſtitam,
aut præſtandam, dentur.

16 Sed tamen † differunt I. in eo, quòd limitanea, partim ob operam iam præſtitam &
præteritam, ſed feudaria ob præſtandam & futuram dantur.

II. Quod limitanea eſſent militum propria, feudaria vaſallorum non ſint propria, ſed
dominorum.

III. Quod in feudariis præſtatur hominium, in Limitaneis non item : quæ tamen eſt
feudi prima nota, hominium, inquam, & fides.

17 Quarta eſt Cuiacii opinio, ad homines, † quorum in iure, maximè in conſtitutioni-
bus poſterioribus Impp. multa mentio feuda referentis. *l. 4. C. de dignit. lib. 12. l. 2. C. de E-
piſc. & Cler.* qui & conditionales dici ſolent. *l. 1. & 2. C. de conduct. & procur. præd. lib. 11. &*
18 *ibi Cuiac.* Et videtur ſanè inter hos & vaſallos † eſſe ſimilitudo, I. in eo, quod vtriuſq; præ-
dium ſiue fundi ſint attributi. II. Quod vtriq; debent domino obſequium.
19 Sed multum inter † ſe differunt. I. in eo, quod hi homines ſint ſeruilis conditionis, &
quaſi glebæ & fundis addicti, nec ad vllam militiam aſpirare poſſint. *l. 2. 7. 14 17. Colonis.*
20 *C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Serui † enim militiæ ſunt expertes. *l. 12. ff. de re milit.* Vaſallorum
autem autem conditio eſt militaris & liberalis, vt paſſim videre eſt, & in vſu, & in his li-
bris : quare & milites dicuntur *lib. 1. tit. 26. & tit.* 24. § . 4.

II. In eo, quod hi homines in prædia nihil iuris habeant : Sed vaſalli ſunt quaſi domi-
ni. Sunt enim hi homines vt Oeconomi vel actores & Cuſtodes vel coloni prædiorum.

III. In eo, quod vaſalli promittant hominium, homines iſti non item. Atque hæc de
quadruplici eorum ſententia, qui feuda ad Romanos vocant, quam diximus eſſe ſecun-
dam : & de prima eorum, qui à Germanis, quæ eſt vulgatis, & vera.

21 Tertiam diximus eſſe Connani *lib. 2. c. 9.* qui putat à vetere † Gallorum inſtituto feuda
manare: apud quos olim principes viri, certos aliquot ſibi deuotos, (vt Cæſar Latinè vo-
22 cat) quos ipſi Soldurios † appellarunt, habere ſoliti ſint : quorum Soldurioruin hæc erat
conditio, vt Cæſar loquitur *lib. 3. bel. Gal.* vt omnibus in vita commodis vnà cum his fru-
erentur, quorum ſe amicitiæ dediderant. Si quid his per vim accidat, occidantur, aut e-
undem caſum ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Quibus Solduriis Gallorum vete-
rum, non abſimiles videntur fuiſſe comites veterum Germanorum, quos ſibi principes
viri eligebant, de quibus ita Tacitus *in libro de morib. Germ.* Eliguntur, inquit, in iiſdem
conſiliis, & principes, qui iura per pagos vicoſq; reddant : Centeni ſingulis ex plebe Co-
mites conſilio ſimul & autoritate adſunt, &c. In quibus comitibus & electis, principes,
23 in pace decus, in bello præſidium habebant. Similes † certè hi ſunt vaſallis I. in eo, quod à
principibus commoda quædam ceperant. II. Quod fidem iis & operam præſtarent.
24 Sed † differunt. I. Quod vaſalli opera ſit militaris, horum, & in pace, & in bello.

II. Quod vaſallis dentur prædia, illis non item. III. Quòd

III. Quod inter dominos & vasallos sit mutua fides, inter hos, & principes, non sit mutua, aut fides, aut obsequium.

Et si igitur in veterum, tam Romanorum, quàm aliarum gentium moribus & institutis quædam reperiantur non absimilia huic instituto feudario, quod Germanicum esse diximus, nihil tamen, siue nullum reperiri potest, quod in omnibus respondeat feudo: Quod est beneficium † quoddam militare in prædio & hominio potissimum positum. 25
Hæc enim generalis, & pinguior feudi quædam sit descriptio: Nam de accuratiore eius definitione, *inf.* Cuius instituti † finis esse videtur, vt princeps in re militari habeat certa 26
fide obnoxios & deuotos, non modo sui principatus, & subditos, vt vulgò loquuntur. Sed etiam alieni territorii: Debent quidem omnes ciues & subditi, principi suo fidem & obsequium etiam militare. Sed hæc fides atq; obsequium feudarium, est singulare, vt illud subditorum generale. De qua sententia fidei est *tit. 6. lib. 2.* Et eruditè Hottom. ad feuda *in Lexico. verbo fideli.*

Reliquum est, vt hoc capite secundo quædam vocabula feudaria breuiter notemus.

Et feudum quidem aliis à fide † aliis à fœdere dictum videtur: Sed non solent rerum 27
suarum gentes vocabula sumere ab aliis. Itaque rectius ii, qui feudi verbum à Germanis deducunt, vt Hottom. à feuda (*Vehda*) quæ est nobis inimicitia, vnde & feudosus *in ll. Bauaricis.* Et diffidare, id est, litem & bellum alicui denunciare. *de quo tit. 59. §. 2 lib. 2. feud.*

Sed aliis ab alimentis feudum dictum videtur, quod & ipse probabilius puto; Nam & militaris annona, in his libris & tractationibus feudisticis fodera (fürder) solet dici. Solet autem feudum sæpè dici beneficium. Ratio intelligetur, vbi de definitione Germanica. Lehen.

Sed sumitur † verbum feudi trifariam. 28

I. Pro ipso iure siue beneficio, Lehen.

II. Pro prædio in feudum dato nos Lehengut dicimus.

III Pro ipso negocio siue contractu feudali, vt & pignoris, aliaque iuris verba interdum varia.

Sed in disputatione de feudis, ius ipsum plerumque intelligimus, non autem prædium aut negocium, quod diligenter obseruandum. Plerique & Emphyteusin vocant: Germani Lehen. Sed † per abusionem: Nam rectius Emphyteusis ab aliis dicitur Leib- 29
zinß/ & Saxonicè Erbrecht. Quod attinet ad species feudi, de earum vocabulis quæ vbi de diuisione.

Huc pertinet feudi nota summa, homagium † interdum seruitium *lib. 2. constit. Neapol.* 30
tit. 51 § 8. Germanicè Lehenpflicht dici solet. & à quibusdam Huldigung. Barbari vocant interdum Vasallagium seu Vasallitium.

Feudo autem contrarium † est allodium seu allode, quod & proprium dicitur *lib. 2. tit.* 31
37. & hæreditas in testamento apud Nauclerum in vita Caroli M. hodie verò. Allode vtuntur Galli, nos † eigen & Erbgut dicimus; hinc & bona allodialia, feudalibus opposita. 32

Notandæ quoq; sunt hæ † phrases de feudis. nempe Feudum aperiri heimfallen. Feu- 33
dum refutare, id est, cedere siue reddere domino. Feudū delinquere id est omittere verwürcken *lib. 2. tit. 31.* Feudum seruire bedienen/ id est, administrare *lib 2. tit. 34. §. 4.* Feudum iudicare, id est, legare & relinquere vt iudicare pro anima sua *lib. 2. tit. 9. §. 2.* Recognoscere, cuius contrarium inficiari & negare feudum. Sic renouare. & quæ sunt aliæ.

Vt autem hominium vasallus, ita inuestituram præstat dominus, germ. belehung quæ & interdum vestitura. hinc inuestire belehnen / eique contrarium deuestire, *lib. 1. tit. 7.*

34 quod & exfestucare (q. per signum festucæ auferre) id est, adimere feudum, apud Othonem Frising. *lib.7.c.32.* Hominio velut contraria est Felonia, † quo tamen nomine generaliter vtuntur pro quolibet scelere. *lib.2.tit 26.§. domino. & lib. 37. & tit.47.*

Sed propriè delictum feudi dici solet felonia, perfidia Vntrew. Sic vasallus interdum opponitur seniori: Hæc enim, dominus, senior, & interdum Patronus, idem valent. Et contra, idem valent vasallus, feudatarius, & interdum homologus: *apud Aymon. lib. 3. c. 93. & lib.4 c.8.* & fidelis *lib.1.tit.14.§.3,* & miles. *lib.3 tit.1.§.1.* & exercitarus. *Lombarda lib. 2. tit.35.* & interdum beneficiati & clientes. Et à veteribus historicis, vt Gregorio Turo-
35 nensi & Aymonio *d.lib.3.c.9.2. & lib 4 c.8.18. & 53.* dicuntur † Leudes, & interdū Leudi, id est, homines, qui & Barones. Nam videntur Leudes fuisse ex vasallis maioribus, qui & valuasores proprie dicuntur, vt Duces, Comites, &c. idemq; valet verbum Barones. Nam videntur Leudes fuisse Sacramentales autem, non sunt ipsi quidem vasalli, sed pro vasallis testes, à Sacramento, id est, iureiurando, vnde & iuratores dicuntur *lib.1. §. 4. tit. 3. & tit.10.* de quibus est *tit.33.lib. 2 & in l. Alemanicis.tit. 6 de iuratorib.*

Sunt & species quædam vasallorum, de quibus *inf. vbi de diuisio.* Verum & hoc admo-
36 nendum in feudis, vt semper in Emphyteusi, interdum & Laudemium, † interuenire, vt vocant, quòd Latinè arbitrium: vt apud Cic. io Pison. aut introitus, vt apud Plinium *lib. 10. Epist. & l. penul. §. alumno. ff. de leg. 3.* Leo Imp. vocat *in Nouell.* εἰσδιτήριον. Hic ferè dici solet die Anleuth / interdum handlen / & apud alios Erbschatz aut Lehenwahr dicitur Germanicè. Atq; hæc de origine verborum, siue veriloquio & descriptione feudi.

Dispo-

DISPOSITIO CAPITIS SECVNDI.

Secundum caput agit de origine Feudi, quoad

- *REM, deducitur enim vel à*
  - *Gothis & Longobardis, quod faciunt*
    - *Veteres interpretes.*
    - *Duarenus.*
    - *Hottomannus*
  - *Romanis, idque quadrifariam, vel enim repetitur ab*
    - *Instituto veteri Romano: de patronis & clientibus per*
      - *Budaeum.*
      - *Zasium.*
      - *Hannetonium*
    - *Veteribus militiis uti Rom. vocat*
      - *Haloander.*
      - *Viglius.*
    - *Feudis Limitaneis & Limitotrophis Rom.*
    - *Hominibus quibusdam, quorum in iure passim fit mentio, ut Cuiacius.*
      - *Lalius Taurellus.*
      - *Wolfgang Larius.*
  - *Gallis: ut à Gallorum soldurtis quos vocarunt, deduxit. Connanus lib. 1. c. 9.*
  - *Rectissimè autem deducitur à Germanis omnibus, ut à*
    - *Longobardis*
    - *Francis.*
    - *Alemannis.*
    - *Suevis.*
    - *Saxonibus.*
    - GERMANIS.
- *VERBVM. Derivatur autem rectissimè à Germanico verbo* vehda*, quod est in inimicitia. Feud. verbum trifariam sumitur.*
  - *I. Pro ipso iure seu beneficio: uti plerunque intelligitur in his disputationibus.*
  - *II. Pro praedio in feudum dato.*
  - *III. Pro contractu feudali.*

CAPVT III.

De feudi iure & natura.

S V M M A R I A.

1. *Feudum an sit contractus, & qualis.*
2. *Sententia, feudum non esse contractum, fundamenta.*
3. *Solutio contrariorum, n. 5.*
4. *Feudum an sit mera & pura notatio.*
6. *Feudum ex duobus, prædio scilicet & hominio constat.*
7. *Feudum plenè consideratum, est beneficium datum lege hominii.*
8. *Vasalli beneficiarij.*
9. *Iura cum quibus feudis est similitudo; & seqq. 6.*
16. *Iura quædam in moribus feudis similia. & duob. seqq.*
19. *Definitio contractus censualis.*
20. *Argumentum ab Emphyteusi & alijs similibus, an ad feudum duci possit & contra.*
21. *In feudo duo iura consideranda, personæ unum, alterum rei.*
22. *Ius Rhenanum siue ripuarium.*
23. *Natura & vis feudi in quibus consistat.*
24. *Proprietates feudi.*
25. *Feuda an sint indiuidua.*
26. *Quid si iure ciuili hæc quæstio determinetur.*
27. *Facta sunt indiuidua.*

HOc caput mihi summum videtur, vt ex quo reliqua velùt membra huius corporis feudarii sint nata vel tanquam ex fonte manant. Et primò admonendum, De feudo non disputari iam, vt de prædio ipso, sed vt de iure vel negocio, de qua huius verbi triplici notione iam dictum est c. 2. plerique igitur interpp. Bartolum *ad l. 7. ff. de pactis.* secuti disputant: An feudum † sit contractus? Eoque posito; Vtrum nominatus an innominatus disputant? vtrum hic contractus sit bonæ fidei, an stricti iuris, & plerique aiunt bonæ fidei. *Bart. ad l. iuris gentium. §. 1. Ias. ad l. 1. C. de iur. Emph.* Et de hac quæstione, an feudum sit contractus? & qualis sit contractus? præter cæteros glossographos explicat & Curt. *de feud part. 1. quæst. 9. & Zas. de feud. part. 1. Hornneton de feud lib. 1. c. 2. Cuiac. ad init. de feud. & lib. 2. tit. 4. Hottom. lib. 5. obs. c. 28.* Sunt & glossographi nonnulli, qui dicunt esse contractum *ἀνώμαλον*, siue abnormem. Cuiacius Inuestituram vult esse contractum, feudum non item. Sed Hottomanni verior mihi videtur sententia, existimantis, feudum non esse contractum.

2 Huius sententiæ † hæc sunt fundamenta:

I. Quia feudum est beneficium, sicut etiam in libris feudisticis ab omnibus glossographis definitur, de quo *inf.* latius videatur *lib. 1. §. 2.* Beneficium autem est donatio. Sed donatio à contractu semper distinguitur. *l. Aristo. 18. ff. de donat.*

II. Quia feudum datur ob hominium & fidem, at contractus ob lucrum & quæstum fiunt, negociationis & commerciorum causa. *l. 2. 5. §. 1. de O. & A.*

III. Quia res in quibus feuda versantur sæpe etiam sunt regna & principatus, at contractus sunt tantum rerum priuatarum, & earum, quæ pecunia æstimantur. *l. 3. 6. ff. de fideicom. libert. l. 7. § si paciscar. ff. de pact. l. 83. § fatrum. ff. de V. O.*

IV. Contractus ab initio quidem sunt voluntarii, sed postea sunt necessarii. *l. 5. C. de act. & ob.* Feuda autem & ab initio & postea sunt voluntaria, id est, à vasallo & ab initio accipi possunt, & accepta reddi, aut renunciari siue refutari domino, *tit. 38. lib. 2.*

3 Nec † obstat, quod feuda, siue hæc beneficia, dantur certa lege & pacto, nempe fidei & hominii domino præstandi; & proinde feudum, licet donatio videatur, tamen est do-

natio

natio non mera & pura, sed certa lege & modo facta, quam constat inter contractus no-
minari *toto tit. C. de donat. quæ sub modo. &c.* & de precario *in l. 9. ff. de precar.* Nam lex
feudi non est contractuum propria, sed est publica quædam lex siue conuentio: de quo
conuentionum publicarum genere agitur *l. 5. ff. de pact.* Leges autem siue pacta donatio-
num, vt donationes sint in numero contractuum, priuata esse solent ac debent, quia &
ipsa contractus negocia sint priuata. Fateor igitur, feudum esse conuentionem, sed non
esse contractum.

Non obstat secundo, quod feudorum nomine iudicia exerceantur, at iudicia vel in
rem sint, vel in personam rerum priuatarum. Nam etsi & vulgo obtinuit, distinctione ta-
men, nisi explicetur, falsum erit. Distinguendum est enim ipsum ius feudi, à prædio, & à
conuentione. Nam si beneficium ipsum spectes, nulla proprie esse potest actio, si vero i-
psum prædium, & ius in illo spectes, vasallo actio in rem eo nomine potest dari, vt *infra*
explicabitur, *c. vlt.*

Ex his iam intelligitur, feudum † non esse contractum, non esse quoq; donationem, 4
aut meram aut negocialem, de qua *d. tit. de donat. quæ sub modo.* Quia † donationes & cō- 5
tractus propter res priuatas fiunt; sed esse donationem quandam siue beneficium pu-
blicum, aut principis, in quo beneficio perficiendo, non modo traditio siue inductio in
possessionem, vt in priuatis fit donationibus, *l. vlt. ff. de mort. caus. donat.* sed etiam inue-
stitura est necessaria: de qua *infra.*

Cum autem feudū † constet ex duobus, prædio & hominio, disputare solent Interpp. 6
de vsufructu, de Emphyteusi, de precaria, & alias non absimilibus, vt libellaria, &c. An
feudum ab his differat, & quantum: Multi enim definiunt feudum vsumfructum: quasi
feudum sit quædam species vsusfructus. Alii feudum esse volunt quandam speciem Em-
phyteuseos, vt iam *supra cap. 2.* dictum est. In hac regione, vtrunque Germanice Lehen/
verbo dici solet. Sunt etiam, qui feudum seruitutem quandam siue qui seruitutem vo-
cant *Vt Accurs. in l. si cuius rei vsusf. verbo oportet ff. de vsufr. Bald. ad c. 1 §. inter filiam. Si de
feudo defuncti contentio, &c. & ad l. libertus in princ. ff. de stat. hom. Panorm. ad c. Veniens. de ac-
cusat.* Et Isernia realem vocat seruitutem *ad tit. quæ sit pri. causa ben. amit. §. sed hæc. & Iohan
Faber. ad §. præiudiciales, Inst. de act.* Verum hi omnes feudum non plene videntur consi-
derare † id est ita, vt sit beneficium datum lege hominii. Nam si prædium, & ius in illud 7
quod habet vasallus, consideratur, iam feudum Emphyteusi, q. dominio, vsufructui non
erit absimile, sed si cōsideretur hominium, in quo substantia est feudi, est dissimilimum.
Non obseruata igitur distinctione aut prædii ipsius aut iuris in prædium, aut negocii
aut denique hominii, alii aliud feudum esse volunt. Cuius natura, vt perfecte cognosca-
tur, operæ precium erit, primo meminisse distinctionis, quam supra attulimus, prædii,
iuris, & negocii, deinde alia cum feudo iura breuiter comparare.

Diximus autem de iure ipso hic disputaturi, itemque de negocio, quemadmodum de
pignore & hypotheca quæri solet, quod sit ius? & quale negocium, contractus an pacti?
Et iam dictum de feudo, non esse contractum sed beneficium, & donationem potius
quandam, vnde & vasalli interdum † beneficiati *lib. 2. tit. 55. §. 1.* qui rectius beneficiarii. 8
Quorum militum beneficiariorum fit etiam mentio in synodo Nycæna *c. 12.* Nam et-
iam Latini veteres hoc verbo beneficii vtebantur, maxime publicis muneribus & hono-
ribus, vt *Cic. Phil. 4. & 2. Agraria.* Illud igitur iam constat, feudum esse beneficium siue
donationem quandam certa lege factam, puta hominii & fidei: & donationem quidem
prædii: in quo prædio, quid iuris habeat vasallus, quid dominus, explicabitur quidem
infra copiose.

Sed hic tantum breuiter indicandum, vt feudi natura melius intelligatur, idq; comparatione facta cum aliis, partim in iure, partim in morib. Nam in iure quidem extant hæc † iura, quibus cum feudo est similitudo.

Primum ius: bonæ fidei possessionis, siue iusta possessio, de quo iure est *titul. de publ. in rem act.* Quod ius, quasi dominium interdum dici solet. Nam, vt bonę fidei possessor pro domino habetur, omnesque rei fructus facit suos. §. *si quis à non domino. de rer. diuis.* Et vtilem habet actionem in rem, quæ & Publiciana. *d. tit. de Publ. in rem act.* § *sed ista. Inst. de act.* Ita & vasallus est feudi, siue prædii quasi dominus, vulgo vocant vtilem dominum. Sed melius est recte loqui & sentire.

Differunt tamen hæc duo iura.

I. Quod bonæ fidei possessor putat se esse dominum, vasallus scit alium esse dominũ.

II. Quod ille rem accipit à non domino, vasallus à domino.

III. Quod ius vasalli est cum onere hominii, illius non item. Et proinde, quæ est quarta differentia, in feudo locus est commisso, in illo non item.

20 Alterum † in iure feudo extat simile, ius Emphyteuticum. Nam Emphyteuta est q. dominus, omnesq; fructus facit suos, & rei vendicationem habet vtile. *l. 1. & 2. ff. si ager vect. & c. l. 5. §. bonorum ff. ut legat. nomine in possess.* & tamen neuter est vere dominus, nec vasallus, nec Emphyteuta, cuius ius distinguitur à proprietate *l. 3. § si ius ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 71. si domus. §. vlt. ff. de leg. 1. d. leg. 1 si ager vect.* quãuis & Emphyteuta ab interpp. dicatur vtilis dominus, sed ICti Emphyteutam à domino distinguunt *dict. l. 1. in fin.* In eo quoque conueniunt hæc duo iura, quod sint prædiatoria, siue rerum tantum soli, siue immobilium *l. 1. C. de iur. Emph. & lib. 2. tit. 1. in fin.* Et in eo, quod neutri sine causa ius adimi potest, nec Emphyteutæ, quam diu Canonem, nec vasallo, quam diu hominium præstat domino. *d. l. 1. ff si ager vect. & lib. 2. tit. 34. §. 2.*

Differunt tamen in eo, quod Emphyteusis ad colendum siue meliorandum prędium feudum ad militandum detur. *d. l. 1. C. de iur. Emph. & lib. 2. tit. 26. §. 23.* Emphyteutica inquam prædia sunt paganica: sed feudaria sunt militaria.

Secundo, quod Emphyteuta domino canonẽ, vasallus fidẽ & operã militarẽ pręstat.

Ex quo, & tertio, ex alia causa Emphyteusis, videlicet non soluti Canonis, ex alia feudum, vt perfidiæ aut flagitii amittatur. *l. 2. & 3. C. de iur. Emph.*

Quarto, Emphyteusis est ius hęreditarium, siue, ad hæredem transit, etiam extraneũ, vel testamentarium. *d. l. 71. si domus. §. vlt. de leg. 1. l. 10. viam veritatis. C. de locato.* Feudum autem non ad extraneos, sed ad liberos duntaxat & hodie, etiam ad agnatos, nec testamento, sed ab intestato, iure agnationis pertinet. *lib. 1. tit. 8. §. 1. & tit. 1. § 2.*

Quinto in feudis renouata est inuestitura, quæ in Emphyteusi nulla est *l. vlt. C. de iur. Emph. & lib. 2. tit. 3. & 32.*

Præterea Emphyteuta prædium donare potest, domino etiam inuito, quamuis vendere non possit, nisi consentiente, vel saltem admonito prius. *d. l. vlt. l. 3. ff. de pign.* vasallus feudum nullo modo alienare potest sine permissu domini. Alias differentias adfert Euerhardus *in Top. loco à feudo ad Emph. & contra.*

21 Tertium ius † fendo non absimile, est vsusfructus, adeo, vt à quibusdam, etiam à Cuiacio feudum definiatur vsusfructus, quia omnis vtilitas rei, tam feudo quam vsufructu contineatur. *l. 8. ff. de vsuf.* Tum quia & feudum dicatur ius vtendi fruendi. *lib. 1. tit. 25. & lib. 2. tit. 21. §. vlt.* tum quia & feuda initio fuerint temporalia, vt vsusfructus. *lib. 2. titul. 3. & 32.*

Sed differunt tamen hæc iura.

I. Quod

I. Quod feudi ius sit melius, quam est q. dominium.

II. Quod vsusfructus est sine hominio.

III. Quod vsusfructus non est ius militare, vt feudum.

IV. Quod vsusfructus est rerum etiam mobilium, feudum tantum prædiorum *l. 1. ff. de vsufr. leg. §. constituitur. Inst. de vsufr. lib. 2. feud. tit. 1. §. 2.*

V. Quod in vsufructu, præstatur cautio *tot. tit. C. vsufruct. quemadmod. caueat. in feud.*

VI. Quod aliis modis & constituatur & finiatur vsusfructus, quam feudum.

VII. Quod fructuarius rem, ex qua capit vsumfructum, naturaliter tantum possideat. *l. 12. §. naturaliter. ff. de acquir.* vasallus etiam ciuiliter, de quo tamen inf.

VIII. Quod hodie feuda ad liberos, itemque ad agnatos transeant, vsusfructus cum persona extinguatur.

Adferuntur etiam aliæ differentiæ, vt quod fructuarius ius suum alienare, vt vendere, donare potest *l. 12. arboribus. §. 3. ff. de vsuf. l. 4. ff. de iure dotium.* vasallus non potest sine permissu domini. *lib. 3. tit. 9. § donatur. & tit. 55. §. 2.* Sed hæc differentia non videtur vera, quia fructuarius ipsum extraneo cedere non potest, siue alienare; fructus tantum & vtilitatem potest, quod etiam vasallo permissum. *d. l. 63.*

Quartum † ius est superficies: de quo iure est *tit. ff. de superf. l. 73. §. 1. cum duab. seqq. ff. de rei vend.* Multaq; passim est mentio in iure nostro prædiorum superficiariorum *l. 49. ff. de V. S. l. 10. ff fam. hercisc.* quæ prædia in iure comparantur vectigalibus siue Emphyteuticis *d. ll.* Nam & superficiarius & vasallus, sunt quasi domini, adeo, vt superficiario in rem actio detur, si vtilis tantum, non directa, quæ datur domino soli, cui in renatura cedit superficies. *l. 1. in fin ff. de superf. §. cum in suo loco ff. de rer. diuis.* II. Neuter est vere dominus, nec superficiarius nec vasallus. 12

Sed in multis differunt, quæ sunt perspicua, vt in modis constituendi & finiendi. V. G. locatione constituitur superficies, feudum non item, quod est natura gratuitum.

II. Superficies est ius paganicum, feudum est militare beneficium. *lib. 2. tit. 52.*

III. In feudo hominium præstatur, in superficie non item Etsi autem olim Romæ & in iure nostro, huius iuris superficiarii multus erat vsus & frequens mentio, hodie tamen moribus id vix est notum, propter earum vsum iam desitum.

Interdum tamen controuersiæ quædam, ad hoc ius superficiarium pertinentes, etiã nunc existunt: vt de vrbe Venetorum disputatum fuit: Sit ne iuris sui & imperii, vt in loco nullius exstructa? an vt in solo Imperii? Ita de portu totius orbis celeberrimo Armuta, quem iure superficiario Middelburgenses ad se pertinere contendunt? Et non ita pridem inter Remp. Noricam & Marchionem Onspacensem de pomœrio seu mœnibus prolatis vrbis Noricæ, & quasi in solo Marchico auctæ, & amplificatæ. Et nuper inter vrbem Hamburgensem & regem Daniæ, qui iure superficiario, dominium eius vrbis vindicabat.

Est & quintum ius † feudo non absimile. Ius dotis: Nam & maritus rerum dotalium vsumfructum capit, atque adeo, dominus dotis dicitur. *l. in rebus C de iur dot.* Similior tamen est maritus bonæ fidei possessori, quam vasallo. Differentiæ, cuique sunt perspicuæ. Erat olim & ius † possessionis, de quo in *l. quæstio. 115. ff. de V. S.* Et Brissonius *lib. 3 ant q.* Possessiones enim olim Romani vocabant prædia quædam, quæ scilicet non iure proprietatis vel dominii, sed tantum possessionis iure & vsu tenebantur: cuiusmodi fere iure tenebantur prædia prouincialia, partim tributaria, partim stipendiaria: de quibus etiam Festus in *verbo possessiones.* Itaque prædia feudaria, non incommode dici possunt possessiones, quia ad vasallum non pertineat proprietas, sed ad dominum, 13 14

vt præ-

vt prædiorum prouincialium proprietas & Dominium erat publicum populi Rom. non vero ipsorum prouincialium, qui tantum q. vsufructuarii erant, & possessores, sed perpetui, & sine hominio. Sed harum possessionum veterum in iure Iustin. nulla amplius mentio, excepta *d l. questio de V.S.* Quæ, vt recte Brisonius, sine huius iuris antiqui cognitione vix potest intelligi.

15 Diximus quoque *supra* de iure † clientelæ, id feudis esse simile, quod hodie ius protectionis dicitur: Et vt in feudis Lehenherren, ita in hoc iure Schutz vnd Schirmherren Germ. vsurpantur. De quo iure cum alii tum hi sunt consulendi. *Schwrpff cens. 23. cent. 3 Bodin. lib. 1. de Repub. c. 7. & And. Gayl. lib. 2. obs 54.*

16 Sunt & in moribus † quædam iura, quæ feudo affinia: eaq; hæc. Præcarium, Libellarium, Censuale.

De iure precariæ, siue Precarium videatur *tit. 14. lib. 3. Decret.* vbi & Hostiens. qui precarium distinguit à precariis, vt hæ ad hæredes transeant, illa non item Qua tamen distinctione non vtimur. *Panorm. & alii.* De eodem iure est etiam *c. precaria 10. quæst. 2.* Et sæpe fit eius mentio, in consiliis posterioribus, vt Toletano, Remensi, &c. itemq; in ll. Francicis, Alemannicis, & Longobardicis: de quibus celebratur lex Imp. Lotharii, quæ extat *lib. 3. ll. Longobard. tit. 8. c. 2.* Eiusque est mentio *lib. 1. tit. 5.*

Est autem precaria contractus siue locatio quædam perpetua, ea lege, vt certa pensio soluatur quotannis, & ipse contractus stato tempore renouetur. De qua renouatione videatur Libellus Iacobi à Ramingen: Cui precariæ non est absimile ius siue contractus, de quo *in l. 14. iubemus. §. vlt. C. de SS. Ecclesiis.* vbi permittitur Ecclesiæ Oeconomo, vt prædium Ecclesiasticum ad vitam fruendam dare possit, sed ea lege, vt iure finito, siue vsufructu, fructuarius Ecclesiæ alterum tantum reddat V. G. si prædium Ecclesiasticum ipsi locauerit, quotannis 100. per tot annos, cogitur ipse, præter illud, Ecclesię etiam aliud dare, vel tantum reditum tot annorum. *Renanus lib. 1. rer. Germ.* scribit, veteres Christianos, Ecclesiæ prædia dare solitos. Sed quadam lege precaria, id est, relato ad vitam vsufructu, quem Ecclesiæ donatoribus precario permittebat, data tamen annua Ecclesiæ pensione. Et ita in ll. Alemannicis *lib. 2.* videtur a. mihi hoc genus negocii, ex iure ciuili originem sumpsisse. Nam *in l. 28 quisquis C. de donat.* hæc species donationis habetur, qua quis alteri rem suam donat, sed retento vsufructu. Sic Creditori, debitor te sua pignorata, sæpe à creditore possessionem pignoris precario consequebatur, siue retinebat, *l. certe. in fin & l. 10. ff. de precario.* Quare etiam nomen precarii huic negocio attributum est, quamuis precariæ & precariæ vulgo, & in scriptis illis dicatur.

Simile est autem hoc precarium feudo in eo I. quod vtrunq; est in prædiis positum II. Quod in vtroque omnis rei vtilitas continetur.

Sed in eo differunt. I. Quod vasallus sit q. dominus, sed hic sit tamen vsufructuarius *d. l. iubemus. § vlt.*

II. Quod alia sit lex in feudo, puta fidei vel hominii, alia in precariis puta pensionis, quæ nulla proprie est in feudo.

III. Quia in precario fit renouatio de Lustro in Lustrum. *Iason. ad d. l. 1. n. 19. & seq. Cod. de iur. Emph.* In feudo non fit renouatio siue inuestitura, nisi mutato vasallo vel domino.

De hoc autem genere negocii extat *consil. Mynsing. 28.* vbi comparari solet alterum,
17 vulgo † libellarius contractus: vt cum dicitur ad libellum dari precium vel nomine li-
bellario. *de quo lib. 2. feud. titul. 9. §. 2. & titul. 75. §. 2. item & titul. 42.* Huius mentio est,
& vsus notus iam Imperante Iustiniano modo receptus, vt videre est apud Cassiodorum
lib. 1. varior. Epist. 5. & apud Gregor. lib. 2. Epist. Et lib. 8. Epist. 68. Glossographi putant
non

nonnulli, libellum idem esse quod Emphyteusin. Et Iason. *ad d.l.1.* in Italia Emphyteusin dici libellum, quod & Hottom. probat in feudis: eo quod Emphyteusis non fiat in scripto, id est, libello: argumẽto *l.1.C.de iur. Emph.* Alii libellum ita distinguunt, vt à domino detur res in Emphyteusin, à vasallo, siue non domino, seu Emphyteuta, in libello. Sed hoc ius libellorum vetus est, vt nunc dict.

Videtur libellus ab Emphyteusi distinguendus, & plus iuris esse in libello, quam in Emphyteusi.

I. Quia libellus idem fere sit, quod Allodium in libris Feud. *vt lib.1.tit.26.§.3. & lib.2. tit.5.§.2.*

II. Quia iam tempore Iustiniani ius hoc libellarium esset in vsu. *Cassiodorus d. loco.* Quo tempore certe Emphyteusis nunquam dicitur libellus, sed ius agri vectigalis. *tot. tit. ff. si ager vectig.*

III. Quia libellus est quædam species venditionis, qua quis prædium alteri vendit certo pretio, hac lege, vt emptor venditori quotannis certam pensiunculam præstet. Ita vt sit negocium velut mixtũ emptionis, & locationis. *lib.2.tit.9.§.2. & tit.42. & 55.§.1.*

In eo igitur libellus est similis feudo, quod vtrunq; est ius prædii: Sed in eo differunt, quod ius libelli maius videtur & melius: & in eo, quod in libello nulla adiicitur lex hominii sed paruulæ pensionis: & quod sit libellus ius paganicum potius quam militare.

Est & tertium quoddam, † quod vocant vulgo censualem contractum, *de quo gloss. & Can. ad c. contractus, extra de Relig. Bart. ad l.1. ff. de publ. Iason. & alii ad d. titul. Cod. de iure Emph. & copiose Nicol. Euerhard. in top. in loco ab Emphyt. ad censum:* Qui contractus 19
† ibi definitur, vt in accipientem transeat ipsum prædii dominium, certa tamen pensione, veteri domino præstanda. *gloss. ad d.c. contractus.* Ex quo intelligitur magna inter censum & feudum aliaq; iura differentia, in quibus non transit dominium, nisi forte & in libello, ideoq; & in censum non est locus commisso, vt tamen est in aliis, in Emphyteusi, in feudo *d.c. contractus, Faber ad §. adeo. de locat. & conduct.* Solet autem interdum magna esse controuersia, inter dominos & rusticos, qui malunt esse, ius suum Censuale, quam Emphyteuticum & vtrunq; in eadem prouincia sæpe est vsitatum. Et hinc quæritur, vtrum sit ius, de qua quæstione idem *Præses d. loco copiose. num. 5. & seq.* Atque hæc de negotiis, & iis iuris generibus, quæ feudo videntur cognata, tam in iure, quam in moribus.

Quæritur? An † argumentum ab Emphyteusi, & aliis eiusmodi negociis ad feudum, 20
& contra, à feudo ad illa duci possit? De qua quæstione fuse d. Præses. *in loco à feud. ad Emphyt. & 4. locis seqq. Iason. ad l.1. numer.45. & sequente, qui & alios adducit.* Quæ tamen ita mihi explicanda videtur, vt cum in feudo duo sint iura † consideranda: vnum perso- 21
næ, vt obsequium siue opera, alterum rei, vt q. dominium prædii: huius quidem ratione valeat argumentum quodammodo, inter Emphyteusin & feudum, quia vtrunque est ius in rem & quasi dominium quoddam, illius vero respectu & comparatione quadam, argumentum inter ea non valeat: quia in feudo solo, illud ius personæ reperiatur, in Emphyteusi non item.

Præter hæc iura, est & aliud in Germania Rhenana, † seu ripuaria, vt in Alsatia, quod 22
vocant Dingen hoffen/ quæ sunt quædam Emphyteuses, siue prædia Emphyteutica, aut libellaria. Diligenter explicauit Zasius *Epit. de feud. in lib. intell. sing. & ad l.2. ff. de orig. iur.*

Nunc vt summam huius disputationis de natura † & vi feudi breuiter cõficiamus, 23
in his duobus potissimum est posita, de quibus etiam *supra dict.* I. in opere & obsequio,

quod

quod est ius personæ, siue in fide & hominio. II. In quasi dominio siue quasi vsufructu prædii, vel rei feudariæ, quod est ius rei.

24 Franciscus Curtius sex adfert feudi notas seu proprietates, quarum hæc prima. Vt feudum sit gratuitum & liberaliter datum. Sed hoc etiam si verum est, tamen ad ipsum negocium siue acquisitionem feudi pertinet, *de quo etiam supra dictum est.* Feudum esse beneficium quoddam siue donationem.

II. Adfert, vt prædii directum dominium maneat prioris domini.

III. Vt vtile fiat vasalli. Sed hæ phrases artem nostram perturbant, vt supra dict.

IV. Vt feudum sit non rei mobilis, sed soli: *Sed de eo infra, vbi de reb.*

V. Vt feudum ad posteros, sc. mares transeat. *Sed de ea, vti de successione feudaria.*

VI. Vt vasallus seruiat: quæ est princeps nota feudi, hominium & opera: Cui adiungenda est.

VII. Vt scilicet per se seruiat, non per alium. Sed de eo *inf. de ope. & hominio.*

25 Superest hic quæstio de feudi natura, & quidem difficilis, ac magni momenti, vtrum † feuda sint indiuidua? Cuius quæstionis vtilitas, in pluribus vasallis eiusdem senioris siue domini, & contra in pluribus senioribus vt heredibus, vnius prioris domini, pluribus, inquam, dominis vnius vasalli. De qua quæstione plerique feudistæ copiose disputant, & in primis *Hettom. in disp. de feud. c. 29. Ferrar. de feud. par. 2. & c. 6. Bald. ad l. si plures. C. de condit. insertis.* Sed hæc quæstio decisa est constitutione Frid. I. Quæ extat tota apud Radouicum, Canon. Frisingensem, *vt super d.* Et partim *lib. 2 feud. tit. 55. de prohib. alien feud. per Frid.* Cuius constitutionis siue legis, Imperialem § *præterea.* Constituit Imp. & iubet, feuda omnia esse diuidua, exceptis, vt vulgo loquimur, Regalibus, vt Ducatus, Comitatus, Marchionatus. Sed hæc constitutio, neque in Imperio per omnia, neque alibi plene seruatur, *vt infra.* vbi de successione copiose explicabitur.

26 Quod si hæc quæstio, † non ex moribus, sed iure ciuili & arte nostra explicanda sit, dicendum videretur: Feudum ratione iuris in rem, esse diuiduum, sed ratione fidei & operę esse indiuiduum. Nam iura pleraque in rem, vt dominium, q. dominium & similia, vt est vsusfructus, sunt diuidua iura. *l. 4. & 5. ff. de vsuf. l. 1 §. si vsusfr. ff. ad l. falcid.* Nam quod seruitutes prædiorum, quæ tamen sunt iura in rem, dicuntur indiuidua, id ex eo est, quod in facto potissimum consistant. *l. 2. §. vlt. & duab. ll. seqq ff. de V. O.* Vt & de vsus seruitute
27 verum est, ea esse indiuidua. *l. vsus 24. ff. de vsu & habit.* Quia est in facto, & facta † sunt omnia indiuidua. *l. 80. si is a quo §. 1. ff ad l. falcid l. vti 72. in fin. ff. de V. O.* Sed opera & obsequium militare, quæ est altera feudi pars & nota, videntur indiuidua, quia omnis opera, præsertim officialis, & obsequialis, est indiuidua *d. §. si vsusfr. l. 15. libertus. §. 1. de operis libert.*

DISPO-

DISPOSITIO CAPITIS TERTII.

CAPVT III. *trimembre.*

- *I. Quaritur. An feudum sit Contractus, resp. Non. Ratio, quia*
  - *I. Est beneficium quoddam & donatio, à qua contractus disiungitur.*
  - *II. Datur ob hominium & fidem: Contractus fit ob lucrum & quaestum.*
  - *III. Res feudaria saepe sunt regna: Contractus tantum rerum sunt priuatarum.*
  - *IV. Feuda semper sunt voluntaria: Contractus post factum sunt necessarii.*
- *II. Comparantur cum feudo quadam*
  - *Iura: quae sunt.*
    - *I Bonae fidei possessionis.*
    - *II. Ius Emphyteuticum.*
    - *III Vsusfructus.*
    - *IV. Superficies.*
    - *V. Ius dotis.*
    - *VI. Ius protectionis.*
  - *Mores in quibus haec iura feudo sunt non absimilia.*
    - *Precarium.*
    - *Libellarium.*
    - *Censuale.*
- *III. Breuiter de natura & vi feudi differit: quae duplex, posita est enim in iure*
  - *Personae: vt in opere & obsequio, seu fide & hominio.*
  - *Rei: vt in quasi dominio, seu vsufructu Rei, vel praedii.*

CA-

CAPVT IV.

De feudi definitione & diuisione.

SVMMARIA.

EX his quæ adhuc dicta sunt, non est difficile, ipsam feudi naturam breuiter complecti, id est, definire. Adferuntur autem variæ definitiones. Et in ipsis quidem libris
1 feud. ista, qua Feudum †est beneficium, ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vsufructu translato in suscipientem, eiusque heredes, siue masculos. tit. 23. *Quibus causis feud. amitt. lib. 2.* Quam definitionem Afflictus *in prolog. in feud. num. 69.* scribit probari plerisque doctoribus.

Sed hanc, qua Feudum † est beneuola, libera & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione vtilis dominii, proprietate retenta, sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum, *Molinaeus de feud. tit. 1. n 12. & Clarm. lib. 4 §. feudum quaest. 4.* veriorem, magisq; receptam esse aiunt. Sed vtraq; mihi vitiosa videtur. Nam in priore ius feudi dicitur vsusfructus, cum tamen ius feudi sit maius & pinguius, vt est demonstratum *c. 3.* In altera feudum dicitur vtile dominium, quod nullum est in iure, vt *supra* dictum. Nec possunt duo † vnius rei esse domini in solidum, vt neq; possessores, *l. si vt certo. §. Vlt. ff. Commod. l. 3. ex contrario. ff. de acquir. poss.* 3

Vt igitur rectius definiatur, meminisse oportet quod *sup. c. 3.* dict. est.

Feudi triplicem esse notionem: vel enim interdum de ipso prædio, vel de iure, vel de ipsa donatione & actu, hoc verbum vsurpatur.

Omissa autem prima notione, quamuis à Duareno feudum definiatur prædium, est enim hæc notio pinguior & q. Metaphorica: proprie enim, inter ipsum beneficium, & materiam beneficii multum interest, vt ait Seneca *lib. 1. de benef.* Si igitur feudum consideramus, vt ius quoddam prædii, sic definiri potest: vt sit ius † quoddam in rem siue q. dominium prædii, ea lege donati, vt donatori beneficiarius fidem & officium præstet militare. 4

Dixi primum ius esse quoddam in rem, siue q. dominium. Cùm enim iura in rem sint multa, vt pignus, vsusfr. aliaque seruitutes, Emphyteusis, superficies, & optimum quod dicitur dominium eique proximum. q. dominium. Ex his enim omnibus, ius in rem, quod q. dominium dicitur, feudo maximè conuenire videtur. Omne enim ius in prædium feudale, continetur feudo, eo tantum excepto, quod verum dominium penes dantem siue seniorem remanere debet. Posset quis tentare, feudum non esse q. verum dominium, quia eo contineantur omnes effectus & iura dominii, excepta alienatione iure commissi, val hominio: quæ tamen tria, licet minuant, non tamen tollunt substantiam dominii, vt de alienatione videre est in fundo dotali. *Inst. quibus. alien. licet. in princ. l. 75. quamuis. ff. de iur. dot. l. in rebus, C. eod.* Et de iure commissi videre est, in emptione facta pacto, siue lege commissoria. *l. 4. ff. de l. commissoria & l. 3. C. de pact. inter empt.* & quoad *l. hominii* videre est in simili *l. siue pacto. l. Vlt. C. d. l.* Sed quia id quod agitur spectari debet, *l. 3. ff. de reb. cred.* in concessione autem feudorum id agatur, vt verum dominium maneat senioris: quod tamen senioris dominium, nomine potius, quam re dominium videtur. Tutius est vulgarem sequi sententiam, vt dominium † sit senioris, q. dominium verò vasalli. 5

Dixi secundo, prædii. Nam hoc ius, propriè est ius soli, non verò mobilium: quamuis quædam feuda, sed minus propria, etiam extra prædia sunt recepta, vt, quæ vulgo dicuntur de camera & cauena: quamuis & hæc, quia sunt q. de annonis & sportulis seu pensionibus, rebus immobilib. annumerantur. *l. iubemus. 2. C. de SS. Ecclesiis. & Nouell. 7.* Possit fortasse & propria dici.

Dixi tertio, donati. Nam feudum propriè est beneficium & donatio quædam, non, vt vulgo putant, contractus, quod supr. c. 3. explicatum. Videatur & *c. 1. in fin. de feud. dat. in vicem. l. commiss. & c. 1. §. beneficium. tit. in quib. causis feud. amitt.* Quamuis autem hodiè feudum non tantum donatione, sed etiam emptione constituatur, & in libris quoq; feudorum sæpè fiat feudorum emptorum mentio *c. 1. de benef. frat. c. 1. de natura feudi. c. 1. quemadmodum feud. ad filium pertin.* Origo tamen & natura feudorum prima, non pretio, sed ob operam & officium militare feuda sunt inducta.

Quæritur: An igitur feudum † planè debeat esse gratuitum, nec possit ita dari, vt domino, 6

 mino,

mino, siue seniori vasallus initio paruum saltem precium, & postea quotannis paruam
aliquam portiunculam præstet. Resp. Hoc feudum quoq; esse moribus receptum, quo
pensiuncula quædam domino præstatur. Sed illud negari non potest, quin illud sit con-
tra feudi naturam. Qua de re & *inf. c. prox.*

Dixi IV. in definitione. Feudum fidem & obsequium, siue officium & operam milita-
rem. In his enim vera feudi essentia est posita, adeò vt sine fide aut fidelitate, vt vulgò di-
7 citur, quod & homagium siue hominium dici solet, feudum † esse non possit. Et in ipso
iureiurando feudario hæc verba sunt solemnia: Iuro me fidelem fore, vt vasallus est do-
mino. *tit. 5. lib. 2 feud.* Et exemplum extat apud Aymonium. *lib. 5. c. 24.*

Solet autem hominium interdum esse, cum opera & obsequio, interdum sine opera
& obsequio militari: nam & receptum est, feudum posse constare sine ea opera, sed sine
fide aut fidelitate non posse. Atque ita Cuiac. *in proleg. de feud. & Hottoman. in disp. de*
8 *feud. cap.* 24. vbi tria hominii † genera facit. Obsequiale, siue cum opera. Feudale, id
est, sine opera: Et sociale, quod inter principes aut Respub. socias præstatur, ab inferio-
ri superiori.

Sed hoc tertium hominii genus huc non pertinet, verùm pertinet ad disputationem
de iurisdictione & imperio. Priora autẽ duo hominii genera, cum opera, aut sine opera,
huc propriè pertinent, & moribus ita sunt recepta in feudis, quæ interdum dantur, sine
vlla opera aut seruitio, siue obsequio militari.

Et hæc putant plerique feudistæ etiam in fœminas cadere, quia si militaris opera fœ-
minas impedit & excludit à feudis, quæ si nulla est, sublata causa, meritò tollitur effectus
exclusionis.

Origo tamen & vsus feudorum; non modo fidem, sed etiam operam militarem po-
stulat, vt videre est in *Constitut. Lotharii, Friderici, & aliorum*, in quibus operæ semper
fit mentio. Et hinc est, quòd quidam feudistæ existimant, feudum sine opera non esse
feudum.

9 Quæritur. Hominium † quod plerunq; feudum & operam habet coniunctos, intera-
dum tamen sola fide continetur, vt modo dictum, an possit sine iureiurando præstari, vel
& contra: an iusiurandum fidelitatis, possit præstari, sine hominio. Respondetur. Quoad
prius, posse: promitti inquam fidem & hominium seniori à vasallo nudis verbis, & non
iuratis: quia iusiurandum non pertineat ad essentiam feudi, sed promissio fidei, & præ-
statio. Ita quoq; Cuiac. in d. proleg. quamuis plerunq; in dando & accipiendo feudo, ius-
10 iurandum sit receptum: Et hinc quoq; est, quod feudistæ vasallos † partim faciant iura-
tos, partim iniuratos, *lib. 2. tit. 3. n. 16. & 24. §. 2. tit. 17.*

11 Quod autem attinet ad alterum, distinguendum † verbum fidei, siue fidelitatis. Nam
si id sumatur, vt receptum in feudis, non potest fidelitas esse sine hominio, quia est pars
præcipua hominii, vt altera eius pars est officium militare. Sed si verbum fidelitatis su-
matur, vt vulgariter à non vasallis, sed à subditis fides promittitur, iam fidelitas sine ho-
minio præstari potest, eoq; casu non est hominium, quia non est feudum.

Atque ita Radouicus *lib. 2.* tandem inter Imp. Fridericum I. & Papam Hadria-
num ita conuenisse scribit, vt Episcopi Italiæ Sacramentum fidelitatis Imperatori
præstarent, sed sine hominio, quemadmodum & Pontifici fidem iurant Episcopi, sed
sine hominio.

Atq; hæc de feudi definitione, si feudum spectetur, vt ius in rem, nam si spectetur non
vt ius in rem, sed vt negocium, siue actus aliquis inter seniorem & vasallum, rectè defini-
12 ri † potest beneficium, quo prædium datur alicui ea lege, vt fidem, & operam militarem
acci-

accipiens præstet danti. Dixi beneficium. Nam vt supra demonstratum, feudum est species donationis non verò contractus, vt vulgò putant. Reliqua verò huius definitionis membra, ex priore intelliguntur. 13

Quod ad species & genera † feudorum attinet, sunt qui XXII. feudi diuisiones adferunt, vt Præpositus, & Aluarottus. Baldus XI. Sonsbecc. XIII. Alii X. sed Thomas Marinus CX. feudorum genera commemorat. Zasius, tot feudorum sectionibus grauiter reprehensis, VII. adfert, sed ita, vt veras feudorum diuisiones tantum IV. esse putet. Apud nos in Germ. hæc ferme genera celebrantur. Fanlehen/ quæ vulgo Regalia. Mannlehen/ quæ Masculina, Stamlehen/ quæ antiqua & hereditaria, Pfandlehen vnnd Burglehen/ quæ duo postrema genera, non in Germ. sunt nota, vltimo enim ferè Bauari vtuntur, & priori, quasi pignoraticia dices, Sueui ac Rhenani. Solent enim ii interdum domini pecunia accepta ab aliquo, prædium ei oppignorare, sed ad d. legem, siue conditione feudali, id est, vt creditor prædium velut feudale teneat.

Quod autem hic Burglehen dicitur, non propriè † est feudum: videlicet cum rusticus quotannis pensionem aliquam præstat domino, quod est Emphyteusis potius, quam in hoc Norico Lehen vocant. 14

Vt autem moribus & ratione conuenienter feudorum genera distinguantur, existimo, quinq; esse feudorum veras diuisiones; quarum

I. Feudum † aliud est Ecclesiasticum, aliud vt vulgò loquuntur seculare, siue ciuile. Ecclesiasticum propriè dicitur, quod in bonis Ecclesiasticis à persona Ecclesiastica, vt Episcopo, Abbate, &c. constituitur. *tit. qui feud. dare poss.* 15

Interdum tamen & id Ecclesiasticum appellant, quod † ab Ecclesiastica persona accipitur. 16

Inter hæc autem feudi genera; differentia hæc est.

I. Quod promissio feudi Ecclesiastici, vasallo etiam dum superstite, ab Episcopo facta alteri, non obliget successorem promittentis, *c. 1. qui success. feud. ten. da. lib. 1. §. Vlt. c. 2. tit. de cler. qui inuest. &c.*

Ratio est, quia successor muneris Ecclesiastici, vt Episcopatus, non iure hereditario, sed proprio, ex electione sc. fiat dominus feudi. Non enim hereditaria est successio † in præbendis. *c. 1 extra de præbend.* Planè, si clericus, de bonis suis feudum alteri promittat, eius promissio obligat successorem *c. 2. in prin. de cler. q. inuest.* 17

Quia factum defuncti, † de quo quis lucrum capit, probare tenetur. *l. ex qua persona. de R. I.* Promissio ergo hæc feudi Ecclesiastici non obligat successorem, sed ciuilis promissio obligat, de quo *infr.* Sed tamen hæc differentia videtur mihi non tam ex feudi distinctione, quam dignitatis pendere; id est, ex eo, quod ciuilis plerunq; dignitas est ordinaria, Ecclesiastica † non item. Et proinde in causa ciuili, quæ nō est ordinaria, idem ius esse videtur, vt antecessoris promissio non obliget successorem. Quod demonstrat Bodinus *de Rep. lib. 2. c. 2.* 18 19

Altera inter hæc feuda adfertur differentia, quod inuestitura feudi ciuilis fiat coram paribus, Ecclesiastici non item, sed inter solum Abbatem siue clericum & vasallum *c. 1. vers. in clericorum, si de inuest. inter dom. & vasal.* Nec obstat. *cap. 1. qui testes sint necess. ad nou.* Quia non de feudo verè Ecclesiastico, id est, ex bonis Ecclesiasticis, sed bonis clerici propriis agit. Ciuile autem feudum nouum non quæritur sine inuestitura cum parib. *c. 1. quid sit inuest.*

Sed

Sed hæc diuisio feudi prima, non est tanti momenti, quia, vt iam demonstratum, vix aliqua est inter has species vera differentia. Quod si Ecclesiasticum voces, non quod datur à personis Ecclesiasticis, sed, quod ab iis accipitur, id est, quod Episcopis datur à principe, siue Imp. sanè multò minor differentia inter has species esse videtur. Nam etiã quæ
20 Imperatoris beneficio † conceduntur feuda personis Ecclesiasticis, eiusdem videntur naturæ, cuius sunt feuda ciuilia. Adfertur tamen & tertia inter has differentia: q̃ feudi Ecclesiastici semel cõstituti, & dati ab Episcopo, nõ possit cõditio à successore fieri deterior vt ex masculino femininũ, quod tamen in ciuili est permissum: *ita Aluarot. & alii. adc. 1.*

21 Altera feudorum diuisio: Feudum † aliud est cum dignitate, aliud sine dignitate: vulgò vocant, aliud regale, aliud non regale. Illo continentur Ducatus, Marchionatus, Co-
22 mitatus, imo & regna quædam. Nam regna, † Daniæ, Poloniæ, Bohemiæ & Burgundiæ, solent esse feuda Imperii. *teste Cuiac. init. feud.*

Inter hæc autem differentiæ adferuntur hæ: I. Quod in feudis regalibus semper opus sit noua inuestitura. *c. 1. de feud. March.* Hodie tamẽ vsurpatur, vt nõ sit opus. *gloss. ad d. c. 1.*
23 *arg. c. 1. in fin. de ali feud.* Et in Germania † receptum, vt non noua inuestitura solenni, sed tantum renouatione simplici petantur, concedanturq; ab Imp. exceptis duobus, Electuræ Saxoniæ, ac Magisterii Teutonici.

Vt autem hæc diuisio melius intelligatur, admonendum, vasallorum, siue feudorum
24 esse q. tres ordines siue gradus † Summũ, medium, & infimum. Summi gradus feuda sunt regna, ducatus, comitatus: loquimur de regnis, ducatibus, &c. quæ à superiore pendent. Ad medium feudorum ordinem pertinent feuda siue vasalli à regibus, ducibusque constituti. Infimus ordo est eorum qui ab intermediis sunt constituti *in lib. feud.* Primi dicuntur vasalli Regii, secundi valuasores Regii, siue maiores: vltimi vasalli & interdum valuasini, & minores valuasores. *lib. 1. tit. 1. 7. 14. & 17. lib. 2. tit. 10. §. 1. & tit. 34. §. 1. & 4.* In Germania, primi generis feuda, vt *sup. d.* Fanlehen appellantur. Reliqua Afterlehen, quasi subfeuda dicas Primum a. genus vulgò regale appellant; reliqua non regalia, quia illa ab ipso rege siue Imperatore dentur, hæc non item. Sunt tamen multis in locis Ger-
25 maniæ, feuda, † quæ ab Imp. conceduntur, sine dignitate ducatus, id est, simplicibus nobilibus aut vasallis, quæ, licet non dicantur regalia, in eo tamẽ regalib. sunt similia, quòd immediatè ab Imperatore pendeant, cum reliqua ferè pendeant ab Imp. non nisi mediate feuda nobilium, & immediate à principe aliquo, siue comite, quæ Landsessaria dicun-
26 tur. Differunt autem vere Regalia, ab aliis in eo: I. quod regalia iura † sint indiuidua, *c. 1. § præterea ducatus. de prohib. feud. alien per Frid.* Quamuis moribus fere facta sint diuidua. Exceptis regnis, reliqua contra sint indiuidua.

II. In Regalibus, solus Princeps, & hodie etiam Camera, quæ cum Imperatore concurrentem habet iurisdictionem, est iudex; de reliquis iudicant pares curiæ. qua de re *inf. c. de iudic. c. 1. apud quem vel quos controuers.* Tertiam differentiam modo exposui, quod in regalibus noua inuestitura sit necessaria *c. 1. de feud. Marchia.* in aliis non item.

27 Tertia diuisio feudi: qua aliud est vetus, siue † antiquum, aliud nouum siue recens partum aut comparatum. *c. vn. de success. feud.*

Huic diuisioni bimembri, quidam interiiciunt tertium membrum, Feudi paterni, quod à vetere ita differat, vt vetus siue antiquum superet quartum gradum, sed paternum intra eum contineatur. *ita Dd. ad c. vnicum. de success. feud. & Aluarott. ibi in §. notabili. v. 9.* vt paternum sit, quod ab auo meo sit datum primum. Sed cum iure & effectu non differant hæc duo, teste etiam *Rob. à valle. cons. 41. lib. 2.* Rectiùs alii, qui hanc feudi diuisionem tantum faciunt bimembrem: Et nouum siue recens vocant, quod non est auitum

ravi tum, sed modo pattum, & ita recens acquisitum. *c. 1. §. 9. qui test. fint necess. ad nou. inuest. proband.* Contra igitur, vetus est feudum quod iam olim maioribus datum fuit vel comparatum: quas inter duas feudi species hæ sunt differentiæ.

I Quod in vetere etiam agnati, id est, ex latere coniuncti, succedant, in nouo soli liberi, siue descendentes ex directo limite. *c. 1 de success. feud. & c. 1. de success. frat.*

II. Quod vetus successione, & sine vlla inuestitura, sed nouum, non nisi inuestitura acquiratur. *c. 1 quibus mo. feud. const.*

III. Quod nouum culpa & flagitio, siue delicto vasalli committatur domino omnimodo. Sed vetus non omnimodo, id est, quod vasalli quidem vitam & præiudicium, non vero quoad agnatorum: de qua tamen vt controuersa sententia *mf. c. de feud. amissio.*

Quæritur: Si dubitetur † Sitne vetus an nouum, vtrum præsumatur, vetus an nouū? Et receptum est præsumi vetus, & proinde seniori, nouum id esse affirmanti, probationem incumbere *d. c. Vnico. §. si viro dominus. de success. frat. d. c. 1. de frat. de nouo benef. inuest. & c. 1 in princ. si de feud. content. sit inter dom. & ag. vas.* Ratio præsumptionis hæc adfertur, quia qui rem aliquam tenet, videatur eam potius a maioribus accepisse, quam recens comparasse. *Bart. ad l. qui Tit. ff. de tutel. & ad l. Sol. ff. de offic. procons.* 28

Excipitur hic casus, quo feudum tenetur à domino, eo enim præsumitur, feudū esse domini, nisi agnatus aliud probarit: qua de re *Molynaus de feud § 5 n: 59.*

Quæritur secundo, An † possit vetus feudum ita à domino concedi, vt sit nouum? & contra, an nouum concedi vt vetus? Et receptum est, hoc posse, illud non posse. videatur de vtroque copiose *G yl lib. 2 obs. 49. & 50.* Non est necesse id multis admonere, hæc duo quoque feudi genera in eo differre, quod veteri siue antiquo, tempus est præfinitū anni plerunq;, intra quod petatur inuestitura: nouo non item, quia saltem de nouo cuique perspicuum sit, in eo non esse locum tempori, quia illud ante primam sui constitutionem nullum sit. 29

Huic diuisioni proxima est quarta, hæreditarii, & non hæreditarii, quod vocant vulgo † ex pacto & prouidentia. Hæreditarium, Germanice Erblehen. Non hæreditarium definiunt ex forma & modo cōstitutionis siue cessionis, vt hæreditarium sit, quod datur alicui ipsi, & suis hæredibus, cuius in concessione & inuestitura expressum est nomen hæredis: Contra, vt feudum sit non hæreditarium, cuius in concessione, non sit expressum nomen hæredis, aut hæredis quidem sed masculi, & Germanice Männliche Lehens Erben/ adeo, vt & hoc dicatur non hæreditarium, quod alicui datum fuit pro se, & pro liberis siue filiis. Quæ diuisio, etsi non extat *in lib. feud. Oberti & Gerardi* tamen a feud. Dd. celebratur, eiusq; autores dicuntur, Pileus & Bulgarus, veteres interpp. 30

Differentiæ † autem inter has species multæ adferuntur a Martino Freccio *33. lib. 3. feud.* quæ tamen facile dignosci, siue cognosci possunt, ex differentia rerum in iure nostro hæreditarium, & non hæreditarium. 31

Nam I Quod est hæreditarium, non cadit in quemque, nisi in hæredem, & quatenus est hæres, & tamen ex liberis siue filiis, ex quo intelligitur, feudum hæreditarium non pertinere ad liberos, etsi non sint hæredes, & pertinere ad solos liberos, ad hæredes non item, nisi sint ex numero liberorum.

II. Hæreditarium ita esse hæreditati connexum, alterum non item, id est. hoc repudiari non posse, si hæreditas capiatur, non hæreditarium vero posse repudiari: Et contra, posse repudiari hæreditatem capto licet & acquisito feudo.

Quæritur, an simpliciter † concessum feudum, censeatur hæreditarium? *vide Menoch d. lib. præsumpt. 94.* Et quamuis raro simpliciter concedi soleat, sed plerunq; exprimatur 32

aut nomen hæredis aut nomen liberorum: Si tamen concessum fuerit ita, pro ipso solo, iam non hæreditarium erit, sed merum personale. argumento *l. tale. ff. de pact.* Omisso autem articulo, SOLO, potius hæreditarium censebitur, quia in dubio, hæredibus nostris consulere voluisse videbimur. *l. si pact. ff. de donat. c. 1. de duob. frat. à cap. inuest.* Et hæc est vulgaris omnium ferè interpp. sententia. Teste etiam *And. Geil. lib. 2. obseru. 154. num. 8.* A qua tamen Spirenses assessores in causa quadam discessisse scribit *Mynsinger. cent. 4. obs. 2.*

33 hac ratione; quia in feudis, nomen hæredis, † non sumitur ciuiliter, id est, pro eo, qui hæreditatem nostram succedendo capit, sed de filio, siue liberis, quia liberi plerunq; sunt nostri hæredes. argumento *c. 1 § etsi clientulus. de ali. feud.* Sed hæc ratio non ad quæstionē propositam, an feudum simpliciter, id est, sine mentione, aut hæredum aut liberorū alicui concessum sit hæreditarium? de qua iam agitur: sed ad illam potius pertinet, an feudum datum ipsi & suis hæredibus, ita sit accipiendum, vt ad liberos solos non vero ad alios eius hæredes pertineat. Quare, si originem & vsum spectemus, nullum est feudum hæreditarium, sed omnia olim feuda erant personalia, & cum morte vasalli finiebantur. *init. tit. 2. de feud* vt dict. *sup. c. 1. n. 2.* Sed paulatim factum est, partim moribus, partim principum beneuolentia, & constitutionibus, vt feuda ad filios, & tandem ad liberos, quibusdam etiam in locis ad fœminas, atq; etiam ad hæredes deuoluantur.

34 Quinta diuisio. Feudum † aliud est masculinum, Mannlehen / aliud muliebre, siue fœmininum, quorum hæc est differentia, quod in masculino non succedit fœmina, in muliebri succedit *c. 1. de feud. fœm.* Sed ea lege & pacto, vt tam ad fœminas, quam ad mares peruenire possit, *c. 1 § filio. de success. feud.* Etsi autem muliebrium feudorum fœminæ quoq; sunt capaces, id tamen intelligendum, quamdiu nulli extant mares, V. G. si duo sint liberi, mas iunior natu, & fœmina maior, ille solus succedit, sorore penitus exclusa: *dd. cc.*

35 Quæritur an semel exclusa, † semper censeatur exclusa, id est, Extincto V. G. minore natu fratre, ipsa sorori iam ad feudum redire non possit. Et contra, an semel admissa, nato postea mare, excludatur? Sed de hac quæstione, vbi de successione feudi &c.

36 Adferuntur & aliæ feudi diuisiones: vt vna, qua feudum aliud nobile † aliud ignobile, siue plebeium, aut non nobile dicitur. Illud, quo Vasallus nobilitatur, hoc non item.

Huius diuisionis vestigium extare dicitur *in c. 1. quis dicatur dux. & Marchio.* Quæ autem feuda nobilitent, quæ non, alii aliis caussis siue notis definiunt: vel, inquam, ex iurisdictione sine imperio, vel ex annuis præstationibus, vel ex autore feudi, vt principe. *Bart. ad l. 1. C. de dignit.* Mores regionum spectandos ait: quæ & mihi probabilior sententia videtur.

37 Quamuis reuera nobilitatis † caussa non ex feudo, sed à principe pendeat. Qua de re. *Tiraquell. lib. de nobilitate. Baro de feud. d. lib. 2. c. 4. & sex sequ.*

38 Alia diuisio est, qua feudum aliud vulgari, & barbarica voce Ligium † dicitur, aliud non ligium. Baro vocat fidei & hominii arctioris & laxioris.

Illud enim vocant Ligium, quo Vasallus vni seniori siue domino obligatur contra omnes, nemine excepto. *argumento c. vn. § satis bene dispositum, de prohib. feud. al. per Loth. & gloss. in c. pastoralis in clem. de sent. & rest.*

39 Differentiæ † autem inter has species adferuntur istæ.

I. Quod non Ligium datur à multis, sed Ligium ab vno summo principe, qui superiorem non habet. *c. Imperiali. §. vlt. de prob. feud. al. per Frid.*

II. Quod ex feudo Ligio vasallus non nisi vnius, sed non Ligio, duorum vel plurium possit esse vasallus. Sed vt prior diuisio non videtur vera, ita & hæc diuisio moribus non videtur recepta, vel ex ignoratione vocabuli nata. Nam vasallus in scriptis Barbaricis interdum

terdum homo, interdum Ligius, interdum coniunctim homoligius dici solet: vt videre est apud Cranziũ *lib 4. Normannia. c 7. 9. & 12. Albertum Argentinensem in Chron. Aymoni. lib. 5. c 53. & Antoninum Florentium part. 2. tit. 17. c. 6. §. 1. & c. 9 §. 20.* Vnde etiam Sigibertus Monachus *in Chron. A.* 1176 Fecit illi, *inquit*, homagium & Ligantiam. Videtur autem à Græco verbo ὁμολογεῖν deriuatum hoc verbum homoligii. Nam & in *l. vlt. C de patrocin.* fit mentio homoligi coloni.

Causæ autem, cur hæc diuisio sit vitiosa, sunt.

I. Quia tale feudum nusquam sit vel extet. Aiunt enim Ligium feudum esse, quo vasallus ita strictè obligatur seniori, vt & ipsius persona & res, siue bona omnia seniori sint obnoxia. quod ex vasallo esset facere planè seruum, vt apud Turcas & Moschos hodie est herile imperium in omnes subditos.

II. Ex *d. c. pastoralis*, vbi Rex Siciliæ dicitur Papæ homologius & vasallus. Atqui feudũ Siciliæ liberius dicitur, quam ferè reliqua feuda, teste Molinæo *in proleg. in fin. ad consuet. Paris. de feud.*

III. Modo exposuimus, quia pleriq; scriptores hominem ligiũ pro vasallo vsurpant, vt & pontifex *in d. c pastoralis.* Et disertè Crantzius *in dd locis.* scribit, ab Italis dici Ligium, qui ab aliis dicitur vasallus. Et hæc quoq; sententia Hottomanni *in disp. de feud. c. 7.*

Tertia adfertur diuisio Feudi in † proprium & improprium. Vocant autem propriũ, 4
quod veram feudi naturam & conditionem retinet. Improprium, quod ab ea degenerat ex parte. Feudi autem improprii multæ adferuntur species; vt feudum emptitium, de quo tamen magna inter Dd. est controuersia, sit, ne id feudum eoq; nomine dignum an non? Qua de re videatur prolixa disputatio Sonsbeccii *tract de feud par. 4. n 37. & seq. & Zas. de feud part. 13. & nos non nihil diximus sup. c. prox de Vi & natur. feud.* vbi dictum est, hanc esse feudi naturam, vt sit gratuitum, siue gratis, ob merita & officia militaria datum. *c. 1. §. beneficium. in quib. causis feud amitt.* Quia tamen moribus & hodie receptum est, vt feudum etiam ematur, assentior Zasio & Sonsbeccio. Feudum hoc emptitium esse verum feudũ, quia ea quæ ad essentiam feudi pertinent in eo reperiuntur, puta fides & hominiũ, cum prædio in feudum dato.

Improprii feudi species adfertur etiam feudum quod vocant Francum siue liberum, quo vasallus non tenetur ad vllum obsequium, aut operam, sed ad fidem duntaxat. Sed verior mihi videtur eorum sententia Interpp. qui hoc feudum negant esse feudum. Tiraquel. *ad l. si nunquam. ad verb. donationes. n. 139. & Iohan. And ad Speculat. tit. de præscript. in fin.* Essentia enim feudi † non modo in fide, sed etiam obsequio & opera, eaque militari ferè est posita: vt *sup. c. 3 de Vi & natur feud.* Quamuis pleriq; sola fide definiant feudum, omisso opera, siue vt vulgò loquimur, seruitio: Sed vix est, vt moribus nostris feudum sine opere reperias.

Tertia species improprii feudi dicitur feudum certi officii siue obsequii siue determinati, vt vulgo loquuntur: qui feudum faciunt aliud determinatum aliud indeterminatũ. Natura n. feudi hæc est, vt opera siue seruitium sit incertum, militare tamen, si primus feudorum vsus spectetur. *c. 1. §. vlt de capit. q curiam vend* Et *ibi dilig. gloss* Quare si feudum ita recipiatur, vt vasallus ad certam operam obligetur V. G. ad ministerium mensæ, ad comitandum dominem, ad venandum, ad custodiã arcis, ad præfecturam frumentariã &c. Improprii feudi species esse dicitur Germ Geschlecht vocãt. Sic hodie in Alsatia, nobiles familię Masmünster feudũ habẽt, vt tẽpore belli cogãtur oppidi Ensißheim portas claudere & aperire. Quo pertinẽt, & quæ vulgo vocãtur a feudistis Guardiæ & Castaldiæ feuda: vti est Custodiæ siue curationis, aut præfecturæ aut aduocatiæ, id est, tutelæ. Quod of-

d a ficium

ficium aduocatiæ in rebus Ecclesiasticis est frequens, vt monasteriis, &c. Quibus vicini, aut comites aut proceres sunt sæpè attributi aduocati siue tutores & patroni, quibus eo nomine interdum feuda dari solent, vel aliud quid honorarii loco, vnde & Germ. Vogten & Vogt. Ita teste Nauclero Imp. Carolus M. Monachis Vlmensibus aduocatum & defensorem constituit Albertum cognatum suum. Et apud Vrspergensem Conradum à Lichtenaw / Imp. ipse Philippus pro aduocatia & defensione Abbatiæ annuum aliquid accepisse dicitur.

Hos aduocatos interdum & Mannburgos videntur appellare. Sic enim Germanice tutores vocantur Mann. Vtuntur hoc verbo Trithemius & Palatinus. Quarta species improprii feudi est, quod in re mobili constituitur, huius generis vnum Cameræ est, id est, æra ium, alterum Cauennæ, id est, cellæ, hoc est, cum vasallo detur vel pensio certa ex ærario, vel annona. Nam propriè feudum est rerum soli, siue immobilium. Huius generis est etiam feudum soldatæ à solidis, vel vt alii à Germanico Sold / id est, stipendio militari: Nam & Soldata est quædam præstatio annua, interdum in solidis siue pecunia, interdum in vino & annona, de quo genere *Vide tit. 10. lib. 2.* Sed hæc certe feuda, nomine potius quam re vera sunt feuda. Paulatim enim factum est, vt omne ferè beneficium, feudi appellatione vsurparetur, vt apud nos quoq; verbum Lehen latissimè patet, etiam ad Emphyteuticum & libellariū, aliosq; similes contractus porrectum. De his autē feudis impropriis feudistæ adferunt regulam, vt excepto eo casu, quo excedunt feudorum naturam, in reliquis vt feuda iusta & legitima habeantur, & iure feudali censeantur, *c. 1. tit. de feud. non habent. prop. feud. natur. Zas. de feud. parte 12. & Iul. Clar. § feudum, quæst. 16. num. 2.*

DISPO-

DISPOSITIO CAP. IV.

CAPVT IX. continet feudi.

- *Definitionem. est enim feudum ius quoddam in rem siue q. dominium prædii, ea lege donati, vt donatori beneficiarius fidem & obsequium præstet militare.*
- *Diuisionem.*
  - *Generalem, sunt enim feuda: vel*
    - *Regalia.*
    - *Masculina.*
    - *Hereditaria, Antiqua.*
    - Pfandt vnnd Burglehen.
  - *Specialem quæ has infert diuisiones.*
    - *I. Feuda.*
      - *Ecclesiastica, ciuilia, secularia.*
    - *II. Feuda.*
      - *Regalia.*
      - *Non Regalia.*
    - *III Feuda.*
      - *Vetera. Antiqua.*
      - *Noua, recens parta.*
    - *IV. Feuda.*
      - *Hæreditaria.*
      - *Non Hereditaria.*
    - *V. Feuda.*
      - *Masculina.*
      - *Fœminina.*
    - *VI. Feuda.*
      - *Nobilia.*
      - *Ignobilia.*
    - *VII. Feuda.*
      - *Ligia.*
      - *Non ligia.*
    - *VIII. Feuda.*
      - *Propria.*
      - *Impropria.*
        - *Emptitia.*
        - *Libera.*
        - *Certi officii*
        - *Rei mobilis.*

CAPVT V.

De pactis feudariis.

SVMMARIA.

1 *Pacta contractui legem dant.*
2 *Feudi propria nota.*
3 *Clerici Deo militant non armis, sed precibus.*
4 *Iura feudi ad quæ capita reuocari queant.*
5 *Iura pleraque feudorum pactis mutari possunt.*
6 *Pactorum natura breuiter exposita.*
7 *Vasallus feudum alienare potest.*
8 *Tenor inuestituræ potior est natura feudorum.*

EX prioribus capitibus, & iis, quæ adhuc sunt explicata, etsi natura & vis atque conditio feudorum satis intelligi potest: tamen quia de pactis, quibus feudorum natura
1 mutari potest: pacta enim legem dant † contractui *l. 1. § Si conuenerit. ff. depositi* Quæ modo non sint contra essentiam. *l. 12. cum de precario ff. de precario. l. 72. pacta conuenta ff. de*
2 *contrah. empt.* Operæ pretium erit hoc loco breuiter exponere, & quasi repetere feudi † proprias notas.

I. Est, vt sit beneficium militare.

II. Prædii.

III. Cum lege fidei & operæ.

IV. Solenni ritu datum, siue constitutum, quem ritum vulgo vocant Inuestituram: de qua primo.

Quæ quatuor notæ feudi sunt propriæ & essentiales, siue ad feudum constituendum necessariæ: Ex quibus iam aliæ & secundariæ consequuntur & pendent.

I. Feudum non pertinere ad hæredem: sed hæc mutata tandem est, factaque sunt feuda, hæreditaria, vt supra dict. *c. prox ex inutio. lib. 2. feud.* ita tamen, vt non ad hęredes quoslibet, sed ad legitimos tantū, non vero testamentarios, neq; ad omnes legitimos, sed ad descendentes solos siue posteros ac liberos, non vero ad ascendentes siue parentes, neq; ad collaterales pertineant, qua de re *inf vbi de success. c. 1. tit. de nat success. feud.*

II Quod feuda non ad fœminas, sed ad mares tantum, quia ob operam militarem sint inuenta, deuoluantur. *c. 1. §. 1. vers. hoc a. notandum. tit. de hu qui feud dare.* Neque item ad
3 clericos & Monachos, quia † hi Deo militant, & precibus non armis. Nec alii qui militare officium præstare nequeunt, vt muti, surdi, debiles, &c. *sed de hu infra.*

III. Vt feudum alienari non possit sine consensu domini. *cap. 1 tit. de prohib feud. al per Frid. c. 1. Qual olim. pot. feud. alien.* Et contra. Non posse à domino alienari sine consensu vasalli. *c. 1. §. eod. tit. de l. Conradi & c. 2. quo temp. miles inuest. pet debeat.*

IV. Vt de feudo vasallus non possit testari, in præiudicium legitimorum hæredum. *c. 1. de success. feud. & c. 1. §. donare. d. tit. qual. olim feud. pet.* V. Vt hominium iurato promitta-
4 tur. *c. 1. §. sed etiam rei. l. nulla. tit. per quos fiat inuest.* Breuiter multa † feudi sunt iura, quæ tamen omnia ad hæc capita reuocari possunt.

I. De essentia seu substantia feudi. II. De eius constitutione. III. De eius acquisitione, conseruatione, & alienatione, siue amissione. Ad conseruationē enim pertinet caput de actionibus & exceptionibus feudariis, quod vltimum supra fecimus. Non incommode tamen possit hoc caput de pactis, vltimum in locum reiici, quia pactis & cōuentionibus, iura (sed prius cognoscenda explicandaque) mutari possint pleraq;, quemadmodum

& lib.

& lib 4 *Cod.inter tit.de empt.& vend.* vltimum locum tenet. *tit.de pact. inter empt. & vend.* Et *lib.5.C.inter tt.dotales.tit.de pact.conuent. &c.super dote.* vltimum vere locum habet. Dixi pleraque † iura feudi pactis mutari posse. Ea enim, quod ad substantiam pertinent, vt sunt hæc duo potissimum plena possessio siue quasi dominium, & hominium, quas & propriaş notas modo appellauimus, pactis mutari non potest, feudo manente. Et alia negocia mutari non possunt pactis, quo ad substantiam, sed tantum quoad accessionem siue accidentia, licet propria *l.72.pacta.ff.de contrah.empt.* V.G. Si commodatum contrahatur cum pacto, vt merces eo nomine præstetur commodanti, hac pactione vt contra substantiam commodati, quod est gratuitum, contractus commodati mutetur in alium & fit locatio. *l.5 §.nunc videndum. ff.Commodati.* Item & de mandato & deposito, dicito, *§.vlt.de mandat. l.1.§ si vestimentum.ff depositi.* Sic, & ad eundem modum, si feudum detur ea lege, vt vel sine hominio, id est, fide & obsequio vasallus prædium possideat, vel etiam cum hominio, sed possideat pleno iure dominii, iam non est feudum, sed aliud negociũ. Vt si prædium datur colendum, & in Emphyteusin, sed ea lege, vt prædium sit pleno iure coloni, iam non est Emphyteusis, sed mera quędam donatio. Quod autem ad alia feudi iura attinet, ea pactis & conuentionibus mutari possunt: maxime principio dandi feudi: quemadmodum & in aliis negociis, vt donationibus & contractibus, pacta, legem illis dare dicuntur Præsertim ea, quæ non ex interuallo, sed in ipso contractu celebrando interponuntur. *l.27.de R.I l.23.d t:& l.iuris gentium §.quin imo.ff.de pact.* V.G. vt aliquot facta breuiter † exponamus. Valet pactum, vt vasallus seniori seruiat, & operam militarem præstet suo sumptu, quem alioquin sine pacto senior, siue dominus ei præstare tenetur. *l.13.imponi ff de operis libert*

II Valet pactum, vt hominium, sine iureiurando præstetur, quod tamen plerunq; est necessarium *c.Vnico.§.sed etiam rem.tit.per quos fiat inuest.* III. Valet pactum, vt feuda diuidantur, etiam Regalia, vel non diuidantur inter plures hæredes vasalli, nisi lex publica, aut totius Reipub. aut Imperii aut prouinciæ, repugnet. Quamuis enim ex constitutionibus Frid. summa feuda sint indiuidua, moribus tamen passim inductum est, vt ea etiā diuidantur: qua de re *inf. Vbi de success. feud.* Videatur *tit* 14 *lib.1.& tit.55.§.5.lib.2.* Sic valet pactum de certo seruitii genere præstando *lib.2.tit.23.§.2.& tit.55* §. 8. Sic vt vasallo feudum alienare liceat *lib.2.tit.26.§.26.& tit.48* Sic vt frater fratri in nouo feudo succedat. *lib.1.tit 8.§.3.& tit.20* Sic, vt frater fratri in feudo paterno non succedat. *tit.26 §.26.lib.2.* Et alia huiusmodi pacta varia, in feudis constituendis adhiberi solita diligenter sunt obseruanda, quia feudo quasi legem dare dicuntur, & hoc est, quod vulgo feudistæ aiunt: Tenorem inuestituræ diligenter esse spectandum. Et tenorem inuestituræ potiorem esse ipsa conditione & natura feudorum. *Tiraquell. ad l si vnquam num.9. C.de reuocand donat. Curt.de feud.part.3.q.6.n.29.* Omissis autem pactis, ea quæ naturalia sunt feudi iura seruamur, quæ partim ex superioribus, partim ex iis quæ restant intelliguntur.

Dispositio huius capitis facile ex textus breuitate patebit.

ETsi Interpret. & feudistæ plerique hæc duo non distinguunt: Constitutionem feudi & acquisitionem, nos tamen veteres I C. imitati, ea distinguenda arbitramur, apud quos aliud est pignus constituere, aliud acquirere: De constitutione pignoris est *l. 26 ff. de pig. act.* Ad eundem modum & feudum alio modo constituitur, alio interdum modo acquiritur, vt successione: & hinc est, quod vno tantum † modo dicatur constitui feudum, vt inuestitura. *c. 1. tit. quib. mod feud. constit.* Et tamen item dicatur acquiri † duobus modis, inuestitura & successione: *tit. de feud cognit. § vlt. lib. 2.* Plerunq; tamen, quibus feudum constituitur, iisdem & acquiritur, vt patrisfam. & quo quid modo constituitur, idem feudum & acquiritur, quod idem etiam de aliis, vt de pignore, seruitute, &c. dicendum. 1 2 3

Videamus igitur primum de feudi constitutione: deinde de eius acquisitione. Nam cum omne ius, maxime rerum, in his † tribus sit positum, in acquirendo, retinendo siue 4
conseruando, & alienando siue amittendo *l. Vlt. ff. de ll.* Ratio ordinis postulat, vt exposita iam feudi natura & iure, partim definiendo, partim diuidendo, reliqua nunc explicentur, quibus inquam modis id ius & acquiratur & conseruetur, & amittatur. Sed prius de constitutione feudi explicandum, quia & ea ad feudi quodammodo naturam pertinet.

Et constitutionis † feudi tres partes considerandæ videntur: quarum prima in perso- 5
nis, altera in rebus, tertia in modis est posita. De personis autem duplex est inspectio, v- 6
na dantium feuda, altera accipientium. Et primo quidem de iis, qui feudum constituere possint, videndum, postea de his qui accipere: vt prius de testatore, quam de hærede instituendo, explicari solet.

Personarum igitur, à quibus feudum constitui potest summo genere, duplex est ordo, vel enim sunt Ecclesiastici, vel laici & seculares. Hæc enim distinctio Christianorum, in Laicos & clericos est peruetusta, *teste Tertull.*

Ecclesiastici igitur feudum constituere † possunt I. Pontifex maximus. II. Episcopi. III. 7
Abbates & Prælati ac Præpositi, &c. De quibus personis, & per eas constitutionib. feudorum videatur *tit. qui feud. dar. poss.* Inter eas autem obseruanda est hæc † differentia, 8
quod Pontifex cuiuslibet Ecclesiæ feuda constituere possit, reliqui non nisi suæ ita quidem arbitrantur Canonistæ plerique præter Felin. *ad c. audientia. extra de rescript. Præpositus ad c. 1. d. tit. qui feud. dar. poss. & ibid. Bald.* Quamuis de eo dubitet Zas *de feud. par 5. n. 44.* Res tamen solitas infeudari, siue consensu capituli, argumento. *c. 1. §. & in clericu. tit si de inuest. inter dant.*

His autem quæ dicta sunt valde obstare videtur, quod dicitur *lib. 2. tit. 9.* vbi videtur prohiberi clericis, ne dent res Ecclesiasticas in feudum Verum hoc nonnulli de Mediolanensi Ecclesia intelligunt. Alii de illis, qui res Ecclesiæ dilapidant, & proinde in feudum dare prohibentur eas: *argumento c. Vlt. extra de accusat. & c. heri de Simon.*

Hinc & quæstio existit, An Episcopus † possit suis agnatis res Ecclesiæ in feudum da- 9
re? De qua quæstione late Curtius *parte 2. quæst. 7.* Et obtinuit hodie, posse: Quamuis Imp. Iust. *Nouell. 90.* interdixerit Oeconomis Ecclesiarum, ne suisipsi aut liberis aut adgnatis res Ecclesiæ dent in Emphyteusin, à qua Emphyteusi ad feudum solet argumentum duci, vt est demonstratum.

Huc quoq; pertinet quæstio, An Episcopus solus possit, & sine consensu capituli, res Ecclesiæ in feudum dare? De qua idem Curt. *quæst. 6. & Zas. de feud. c. 5. n. 47. & seq.* & obtinuit posse, argumento *c. 1. § & in clericorum. tit si de inuest. inter dom & Vasall. lit. atque ita Bald. aliique Canonistæ & Felin. ad c. cum causa. de re iud.*

10 Quæritur,an mortuo † Episcopo,& vacante Ecclesia possit capitulum res Ecclesiæ
infeudare?Et pleriq; aiunt posse:vt late idem *Felin. ad d.c.1 q feud. dar.poss.* Obseruanda
quoq; hæc est distinctio feudi noui & veteris siue antiqui. Nam in veteri plus licet Epi-
scopis ac prælatis,in nouo minus,propterea quod infeudatio sit quædam alienatio,quę
in rebus Ecclesiasticis non temere est concessa,ne Episcopis quidē vel aliis prælatis. Sed
vetera feuda Ecclesię licet aperta,& ad eā rursus deuoluta,possunt sine dubio rursus aliis
ab Episcopo concedi,vel eius successor,dūmodo ad mensam Ecclesiæ nō fuerit redacta.
Bald. Aluarottum secutus *ad d.c.1.* Sed magna est quæstio,quid sit ad mensam Ecclesię re-
digi,siue quæ sentiantur ita redacta?de qua quæst.Pan. *ad c.*[illegible] *sup.extra de reb. Eccl.non ali.*
11 Et obtinuit sententia Bartoli, *ad l.si vacantia C.de bon.vacan.* Ea censeri ad mensam † re-
dacta Ecclesiæ,quæ in libros censuales Ecclesiæ fuerint inscripta,& ei quæ denuo incor-
porata *argumento l.si qua.C.d.t.* Extra hunc casum potest Episcopus aut Prælatus aut Ab-
bas,feudum antiquum ad Ecclesiam deuolutum denuo infeudare:etiamsi post apertu-
ram siue deuolutionem diu possederit. *Imola & alii ad d. c. vt sup.* De his quoque veterib.
minus dubitatur,quin ea possit & agnatis Ecclesiasticorum,siue Episcoporum, siue cle-
ricorum infeudari. *gloss.ad c.decentes 89 dist.9.argumento.c.& non satis.& 4.seqq.dist.88.Pa-
nor.& alii ad d.c.1.& c.vt sup.* Nam quod ad noua feuda,& bona ante infeudari non soli-
ta attinet,plerique negant ea posse in feudum dari,ab vllo, excepto Pontifice max. *d.c.1.
qui feud dar.poss. Accurs.& alii ad l.iubemus.§.sane.C.de SS* Eccles.

Quod attinet ad bona propria Episcoporum aut Prælatorum,de his ius est certum,&
constat inter omnes,posse eos ista in feudum dare cuilibet,quia quoad hæc bona, cleri-
12 ci † pro laicis habentur. *c.1 de cler.qui inuest.*

Adfertur quoq; exceptio de feudis nouis. Vt sc. Episcopus possit ea constituere, in ca-
su summę necessitatis Ecclesiæ,sc.adhibito capituli consensu. *c.ad nostram.extra de Reb.
Eccl.non alien.* aut saltem vt infeudatio à capitulo rata habeatur,si forte infeudatio ab E-
piscopo celeriter facienda fuerit,ob necessitatem quæ dicitur non habere legem. *Bald.d.
c.1.qui feud.dar.poss.* Etsi autem,vt iam dictum,vetera feuda Episcopi concedere possunt,
13 & alios de his denuo infeudare,atq; ita nouos vasallos sibi asciscere. Veteres tamen † eo-
rum feudorum ll.innouare non possunt in præiudiciū Ecclesiæ.ita omnes *ad d.c.1.ex s 2.
§.tit.tit.de l.Corn.* Eamq; sententiam copiose & multis argumentis confirmat Fulgosius
Cons.10. Quamuis contrariam sententiam Iohan. Calderinus *cons.11.* argumentis & mul-
tis,& non infirmis,oppugnat.

14 Quæritur hoc loco,an feudum † ab antecessore Episcopo alteri promissum,verū non
traditum,successor Episcopi possit,seu teneatur cōfirmare,&vasallū de eo inuestire,ma-
xime si promissum sit superstite etiānum priore vasallo? Mos enim hic inoleuit, vt hæc
beneficia & petantur,& concedantur aliis,superstite licet adhuc vasallo, verum iam or-
bato.confecto,& vltimo sui generis ac nominis *de quo init.lib.1.& 2.& nos inf.*

15 Quæritur:An etiā decimas † clerici in feudum dare possint? quæ quæstio ab Hostiēse
late explicatur *ad tit.de feud.lib.3 decretal.* & de ea *inf.* [illegible] *de reb.* Quod autē attinet ad ipsa
munera siue beneficia Ecclesiastica.siue dignitates,vt Episcopatus,Abbatias,Præpositu-
ras,&c. Olim quidē earū dignitatū inuestituras à principe petebant Ecclesiastici:vt vide-
re est *in ll.Caroli M.tit.2.c.6 Et in ll.Franc lib.4 c.49.* Sed per Georgium VII.id grauiter in-
terdicitur. *c.si quis deinceps.& seq 16.q.7* Qua in re tamen hæc adhibenda est distinctio,vt
16 regalia nihilominus,quæ Episcopi † habent,vel sibi deberi contendunt, ea ab Imp. pe-
tant,vt alii principes Imperii *lib.1 feud tit.14 §.1 & lib.2.tit 34 & tit.40.§.3* Sic enim tan-
dem inter Pontificem & Imperatorem res est transacta:de qua transactione inter Imp.
Hein.

Heinricum & Pontificē Calixtum videatur Albertus Crantz *lib. 5. Saxoniæ c.43.* Et Nau-
clerus *general. 37.* vbi & ipsa transactionis formula ad verbum adfertur. Atq; hæc de cle-
ricis, siue de personis Ecclesiasticis, qui feudum dare possint. Nunc de Laicis videamus.

Et primo de Imperatore, itemque de Cæsare, siue Rege Romanorum † de quib. con- 17
stat, posse eos feudum constituere, non modo de priuatis suis prædiis, verum etiam de
imperialibus, *c. 1 quis dicatur dux, vel March.* Princeps enim horum militarium beneficio-
rum fons est & autor. Itemq; in aliis principib. siue regib. summis, quiq; superiorem non
agnoscunt † certum est. Verum feudorum siue beneficiorum genera, quæ princeps con- 18
stituit, alia dicuntur Regalia, alia non † Regalia: & illa quidem solus Imperator, quique 19
par habet, id est, summum inter suos imperium, constituere potest *c. 1. tit. de feud Marchi.*
Huius generis sunt Regna, Ducatus, Marchionatus & Comitatus, quibus pares etiam
Baronatus. In his autem feudis Regalibus, siue in eorum numero, erant olim & Ecclesia-
stica beneficia, tam † secularia, vt Episcopatus, quam religiosa, vt Abbatiæ & Monaste- 20
ria, de quibus copiose Hottom. *disp. de feud c.* 10 Sed hodie, ex *c. ego, extra de iureiur.* Non
Imperatori siue principi, verum Papæ fidelitatem iurant Episcopi, excepto Principatu, &
feudo ciuili, quod Ecclesiastici tenent à principe.

Ciuilia igitur feuda hæc summa, quæ vocantur Regalia, dat solus princeps, siue Imp.
Nam eius est vnius, & Duces, † & Marchiones, & Comites & Barones constituere. Du- 21
cis autem aut Marchionis non est *lib. 1 feud. tit. 1.*

Potest etiā Imp minora feuda constituere, id est, ea quę sunt sine dignitate, huiusmo-
di sunt ea, quæ nobiles tenent, nos vocamus hos minores vasallos, Landsassen. Moribus
enim duo potissimū feudorum hæc sunt genera, maiora siue regalia, & minora, cum in
libris Feud. triplex vasallorū sit ordo, vt iam est dictū, Capitanei, valuasores, & valuasini.

Capitanei † sunt, qui maiora habent regalia feuda: reliqui valuasores & valuasini di- 22
cuntur. Quāuis ipsi Feudistæ Capitaneos ab Imp. solo constitutos appellent. Valuasores
† autem, tam qui ab Imp. quam qui à Capitaneis, *lib. 2. tit. 10. vers. qui vero à principe.* val- 23
uasinos † deniq;, qui sunt adhuc plebeii, & olim nullam feudi conditionem habebant. 24
d. t. 10. §. 1. vers. qui aut valuasorib. His possent moribus nostris comparari feuda rusticana.
Breuiter igitur, & † maiora & minora feuda à principe dari possunt, *tit. 1 §. 1. lib. 1. & tit.* 25
10. §. 1. lib. 2.

Obseruandum autem, maiores vasallos alios toti regioni, vt Duces & Marchiones, ve-
rum hos limitaneis tantū, vnde & nomen habent, itemque Comites & Palatinos atque
Landgrauios: alios vero ciuitatibus tamen, vt Comites, præpositos, & inuestitos fuisse,
minores autē, vicis aut pagis Minora autē feuda pleraq;, à maiorib. illis vasallis, qui Ca-
pitanei proprie dicuntur *in lib. feud.* siue à proceribus vt Palatinis, Ducibus, &c. constitui
solent. Interdum tamen, vt modo dictum, à Cæsare, *d. t. 1. lib. 1. & tit. 10. lib. 2.*

An autem hi minores, vt morib. nostris, simplicis nobilis feudum constituere possint,
dubitari potest. I. Quia militum potestas non est penes hos minores vasallos siue valua-
sinos, verum penes Imp. Quamuis moribus sit receptum, vt & maiores vasalli militem † 26
conscribant, minores autē id ius non habent, & proinde nota est ratio, cur feuda hi con-
stituere possint, cū ea militum sint propria, quos illi nullos habere possint. Verum in *lib.*
feud. quia vasallorū ordo est triplex, Capitanei, valuasores, & valuasini: de duobus priori-
bus non dubitatur, quin feuda cōstituere possint. De infimo ordine, qui *ibi* dicuntur mi-
nores valuasores, scribunt feudistę olim quidē eos nō potuisse feuda cōstituere, id tamē
moribus postea inualuisse. *d. tit. 10. §. 1. vers. quia à valuasorib. lib. 2.* Nam eo peruentū est, vt

 feuda

feuda saltem minora quædam sint q. patrimonialia: Et hinc est, quod quilibet etiam priuatus paterfam. quique liberam suorum bonorum administrationem † habet, ea in
27 feudum dare possit *argumento c. 1. §. nouit. per quos fiat inuest.* Etiam Rusticus Romanus, *teste Bald. in §. March. in fin. de his qui feud. dare poss.* Itemque probat ab aliis feudisticis Præpositorum: quos multos adducit Tiraquell. *cap. 7. n. 19. & Hartman. Hartm. obs. 6. tit. de*
28 *feud.* Eodem pertinet quæstio de pupillis, adolescentibus, † prodigis & furiosis: An bona sua in feudum dare possint? Et de furioso quidem, pupillo & prodigo, quia rerum administrationem suarum nullam habent, consentaneum est, eos non posse: Est enim infeudatio quædam alienatio *l. vlt. C. de pact. inter empt. & vend.* Ideoq; ne quidem autore tutore aut curatore id possunt, sine decreto, quia sine decreto prædia pupillaria alienari non possunt *tot. tit. de prædiis minor.* Feuda autem sunt in prædiis siue rebus soli, quare neque minoribus siue adolescentibus idem permittitur, vt & feudistæ consentiunt. *Aluar. argum. c. 1. tit. de his qui feud. dar poss.* quod tamen de feudo nouo accipiendum, *d. c. 1. §. noui.* Nam antiquum, siue vetus feudum, concedi potest etiam à pupillo. Hac ratione pleriq; Dd. consentiunt, quia hæc concessio sit renouatio tantum feudi & non alienatio. Ita Zasius *part. 5. n. 37. & Ferrar. lib. 2. de feud. c. 1. Bald. Aluar. & alii. ad d. §. noui.* Ab his tamen dissentit Franc. Sonsb. *tract. de feud part. 6. n. 19. & seq.* Quo in loco contendit, neque à pupillo, neq; ab adolescente feudum vetus concedi aut renouari posse, sine autoritate tutoris aut curatoris, eiusq; hoc potissimum est argumentum. Quia pupillus nihil gerere
29 possit, † sine tutore auctore, nisi conditionem suam faciat meliorem, *init. tit. Inst. de aut. tut. l. obligari §. pupillus ff. de aut. tut.* Non satis est, inquit, non facere rem suam deteriorem hac concessione, verum, hoc amplius, meliorem facere debet. At, commodando siue renouando feudo, non facit quidem deteriorem, veruntamen nec facit meliorem. Verum respondeo, non ita stricte verba *d. tit. Inst* accipienda, maxime in eo casu, quo pupillus tenetur & obligatus est, vt in hoc casu, renouare feudum, præsertim cum ea renouatione vasallum acquirat. Putarem tamen tutius esse, idq; etiam moribus est receptum, vt etiam vetera feuda, non nisi adhibito tutore renouentur.

30 De fœminis non minor est controuersia, An feudum † constituere possint? Si Ius ciuile, & veros feudorum vsus spectes, certe iuris est, feuda à fœminis constitui non posse, quia rei militaris, ob quam inducta sunt feuda §. 23. *tit.* 26. *lib.* 2. vt dict *est. c. 1. & 2.* vt & aliorum officiorum ciuilium sunt expertes: *l. 2. d R I.* verum, si mores spectentur, quibus & fœminæ principes, ad Imperia siue regna ac principatus admittuntur; & quibus feuda non tam sunt militaria quam paganica, dicendum, à fœminis quoq; feuda constitui posse. Atq; hæc de personis, à quibus feuda constitui possunt. Nunc de his à quibus feuda recipi possunt.

Quo initio item adhibenda distinctio est iuris & morum: Nam si ius, & feudorum verus vsus spectetur, qui est militaris, perspicuum est, eos demum feudorum esse capa-
31 ces, qui sunt & rei militaris: Quare, cum milites alii † natura prohibeantur esse, vt perpetuo furiosi, surdi, muti, cœci; alii lege, vt infames, vt iudicio publico damnati; alii moribus, vt serui, fœminæ. Quare, vt onus militiæ, ita etiam commoda feudi ad hos ius non pertinent.

Omisi impuberes, qui & ll. prohibentur militare: Nam *l. Regia* ætatis militaris erat 16. annor. test. *A Gell lib. 1. c. 26.*

Omisi quoque negociatores, de quibus est *tit. 35. negoc ne milit. lib. 12. C.* In his autem libris feud. licet perturbatis, tamen feudorum expertes commemorantur muti, surdi, debiles, &c. §. *mutus tit. 6. & tit. 36. lib. 2.* Item furiosi, & leprosi. Verum, ius municipale

Saxo-

Saxonicum humanum videtur, *tit. 4. ſpec. Sax.* quo cautum eſt, vt ob hæc mala ſuperuenientia, feuda illis non adimantur, ne, vt inquit I.C. languor † animi & morbus corporis, 32
etiam damnum in bonis non auferat *l. 44. iuſto. §. eum qui. ff. de vſu & vſurp.*

De clericis † autem & monachis eſt *tit. 21. lib. 2. & §. qui clericus. tit. 26. & tit. 30.* vbi etiam ratio, quia beneficium eſt propter officium: at hi officio militari fungi nō poſſunt, 33
eorum enim arma ſunt ſpiritualia, vt ait Paul. *ad Epheſ. 6.* verum ſi mores ſpectentur, quibus & conſentaneum eſſe dicitur *c. verum, extra de foro comp.* Sine dubio etiam clerici feudorum ſunt capaces, vt etiam fœminæ & pupilli.

Quare & Feudiſtæ pleriq; etiam clericis feuda concedunt: verùm ita, vt officium militare præſtent per vicarium, ſiue, vt loquuntur, per ſubſtitutum, idemque & Monachis concedunt, qui tamen feuda ipſis Monaſteriis adquirant, vt etiam res alias. *Ex Nouell. de Monach.*

Quæ tamen ſententia valdè improbatur. *Zaſ. de feud. part. 5. & 6. n. 62. & duob. ſeqq. & n. 71. & ſeqq.* verùm, vt dictum, moribus tantum hoc eſt receptum, à quibus, licet malis, ſæpe bonæ ll. dicuntur. *contra l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Receptum quoq; eſt, vt Epiſcopi † & alii prælati ſeu antiſtites, atq; clerici, non modo minora feuda, verum etiam maiora, 34
vt Comitatus, Ducatus habere poſſint, id quod cum Sacris literis non pugnare Bellarminus demonſtrat, *in lib. controuerſ. Eccleſ. Et Schebin. lib. 2. de Sacra Polit.* Quamuis *Canone Apoſtolico* 83. Epiſcopi & clerici prohibeantur eſſe magiſtratus. Sic etiam moribus diximus fœminas quoq; feudorum eſſe capaces, neq; minorum tantum, verum etiam magnorum, vt Regnorum & Ducatuum, &c. Inde Regno Bohemiæ Imp. Henricus VII. habitis Spiræ Comitiis Anno 1310. mortuo rege Bohemiæ, eius filiæ Eliſabethæ, feudum primum poſtulanti, conceſſit, verum dato ei marito, filio ſuo Iohanne.

Sed moribus etiam diſtinctio eſt feudorum quædam, non enim omnium capaces ſunt fœminæ, & hinc factum eſt, vt alia feuda ſint muliebria, alia virilia. Feuda autem imperii, maximè maiora ſunt pleraq; virilia, nec cadunt in fœminas, quod etiam Franci hodie ſeruant, verum in regno tantum: Nam alia eorum feuda etiam ad fœminas deuoluuntur, quæ patrimonialia, ſiue, vt vulgo loquuntur, Allodialia.

Moribus quoq; receptum eſt, vt † quilibet paganus, ſiue non miles, feudum habere 35
poſſit, de quo & *c. 1. § perſonam tit. per quos fiat inueſt.* vbi quæritur,

An paganus aut ignobilis, feudo accipiendo, † nobilitetur? Et pleriq; interpret. ita di- 36
ſtinguunt, vt nobilitetur, feudo ab Imp. vel Duce, vel Comite accepto, aliàs non item. Ita Aluarot. & alii ad *c. 1. tit. quis dicat. dux Com. &c.* Verum hæc ſententia merito reprehenditur à Molinæo *ad Conſuet. Pariſ. de feud. 9. n. 4.* Et à Duar *de feud. c. 4 n. 8.* Quia nobilitas generis, eſt ſummi tantum principis beneficium, non vero eius qui ſuperiorem agnoſcit. Diximus etiam moribus receptum, vt etiam pupilli feudum recipere poſſint, † etiam ſine 37
tutoris autoritate. *c. 1 § ſi quis per 30. verſ. minoris tit. ſi de feud. defun. content. int. dom. &c.* multoq; magis adoleſcentem, ſiue puberem ſine autoritate curatoris, quæ etiam omniū interpret. communis ſententia *tit. per quos fiat inueſt. §. perſonam.* Etiam recentiorum vt Zaſ. Duar. Cuiac. vno excepto Sonsbeccio *de feud. part. 7. n. 13. & ſeq.* Hac moti ratione, quia feudo quis obligatur ſeniori: At pupillus obligari non poteſt ſine tutore. Verum &c. Hanc obligationem feudalem, non eſſe propriè obligationem, verum fidei tantum & obſequii, ſiue ſeruitii. *d. §. minori.* Valde tamen probabilis ea Sonsbeccii opinio videtur, hac ratione: quia obligatio feudaria, non eſt de re, vt plerumq; eſt obligatio, eſt tamen de perſona & officio militari, quæ obligatio perſonæ non eſt leuior quam rei. Et ſumma quoq; feuda, habent adiunctam obligationem rei, vt penſionis quotannis domino præ-

38 standæ. Et hoc ferè iure vtimur. Putant feudistæ & seruis † dari feudum posse, argumento *d. §. persona*. Et tamen statim dominis ea adquiri, vt alia patrimonialia: verum & hoe, si ius spectes, absurdum est, cum seruus militiæ, ob quam inducta sunt feuda, planè sit expers. *l. 5 C. de re militari.*


39 Quæritur de summo principe, An etiam is feudum † recipere possit ab alio? Cui quæstioni & hæc est affinis, An Imper. de feudo, ante adeptum Imperium iam habito & possesso, teneatur etiam postea eius feudi nomine, fidem & hominium præstare? De qua Hottom. *illustr. quæst. c. 25.* Et ante eum Ardito in *Epit. feud. c. 28.* Qui demonstrant, quoad posteriorem quæstionem, Imperatorem aut ad hominium teneri, aut feudum dimittere. Quod ad priorem attinet, vsus ipse demonstrat: docet Imperatorem aut summum principem ab aliis feuda accipere; Huius rei exempla hodie extant, in Rege Hispaniæ, Daniæ, &c. Et olim Angliæ, qui licet summus in Anglia princeps, tamen multa Franciæ feuda tenebat à Regibus Francorum. Videatur copiose *Hottom. de feud. c. 9.*

40 Quod autem supradictum † de fœminis, eas feudorum non esse capaces; eius vndecim exceptiones adfert Francisc. Curt. *lib. 3. de feud. in pr. & item cons. 1.*

Quarum duæ sunt præcipuæ. I. Si ita conuenerit, seu ex pacto. II. Si feudum sit emptitium. De qua tamen inter Dd. magna est controuersia; quamvis iure municipali Bauariæ ea sit confirmata: sed hac de re *infra: vbi de successione feud.*

DISPO-

DISPOSITIO CAPITIS VI.



CAPVT

CAPVT VII.

De Rebus.

Quarum rerum feuda constitui possint.

SVMMARIA.

1. *In feudum non nisi res soli, siue immobiles dari possunt.*
2. *Vsusfructus rerum mobilium etiam in feudum dari potest.*
3. *Olim feuda non fuerunt perpetua.*
4. *Res solo cohærentes quæ in iure dicantur.*
5. *Pensiones annuæ iure immobilium censentur.*
6. *Iura & annuæ conuentiones & annona in feudum dari possunt.*
7. *Præfectura, curationes, magistratus, honores & munera an in feudum dari possint.*
8. *Vsusfructus an in feudum dari possit.*
9. *Vsusfructus cur sit rerum soli & mobilium, feuda vero tantum soli, non verò mobilium constituantur.*
10. *Feuda an in omnibus rebus soli constitui possint, tam Ecclesiasticis, quam ciuilibus.*
11. *Res solita infeudari quæ dicantur.*
12. *Decimæ feudo commisso, ad Ecclesiam reuersæ, an denuo possint ab Episcopo alii in feudum dari.*
13. *Episcopi & clerici bona propria, an infeudari possint.*
14. *Differentia meri arbitrii, & arbitrii boni viri.*
15. *Casus quibus res sacræ alienantur.*
16. *Res publica quando in feudum dari possint.*
17. *Res publica regni quamuis alienari ex conditione regni non queant, in feudum tamen à principe dantur.*
18. *Res ciuitatum an à principe in feudum dari possint.*
19. *Princeps quando iure priuatorum vtatur.*

HOc caput de rebus, explicatur ab omnibus feudistis copiose. *Curt. Zas. Duar. Hotom.* Primum igitur in feudum non nisi res soli siue† immobiles dari possunt. *§. sciendum. tit. 1. lib. 2.* vt sunt prædia, tum vrbana tum rustica: itemq; in aliis feudo affinibus & similibus negociis, vt in libello, in Emphyteusi, est receptum. Quamuis vsusfru-
2 ctus † rerum quoq; mobilium constituatur. *§. 1. de vsufr.* Ratio de feudo & Emphyteusi est, quia hæc iura ferè sint perpetua, vnde & perpetuarium ius Emphyteusis dicitur *l. 2. & 3. ff. si ager vect.* Rerum autem mobilium, quia facile mutant dominum, non potest commode ius perpetuum constitui. Quamuis hæc ratio ex eo possit reprehendi, quod
3 olim feuda † non erant perpetua, *tit. 1. lib. 2.* Sed nec erant, nec sunt sæpe Emphyteuses perpetuæ. *leg. vlt. d. t. si ag. vect.* Quare, etiam si feuda, vt & Emphyteuses non semper sunt perpetuæ, verum interdum dantur ad tempus, quia tamen id tempus est incertum *d. l. vlt.* perpetuo habetur. *argumento l. iurisperitos. ff de excus. tut.*

Res igitur soli in feudum dari possunt, siue solo cohærentes, vt dicitur *in d. §. sciendum.* Quas solo cohærentes plerique interpret. distinguunt à rebus soli. V. G. vt fundus sit res soli, verum villa in solo, vel quælibet domus aut superficies sit solo cohærens. Nam & in
4 iure solo cohærere † dicuntur ædificia, *l. 1. §. 2. & 4. ff. de vi & vi arm. l. 10 quia ff. quod vi aut clam.*

Cuius generis sunt solo cohærentes, & syluæ cæduæ, arundineta: verum non naues, neque etiam molendina: de quibus tamen modis est dubitatio. Nam de nauibus certum est, esse eas ex numero rerum mobilium, quemadmodum fodinæ, omnium metallorum, auri,

ferri, plumbi, lapidum, salis, arenæ, picis &c. res soli dicuntur, vt & horti, nisi pensiles. *l. 9. item si fundi l. si cuius. § inde. ff de vsufr. l. 5. & 8. cum sequent. ff. quemadmodum vsusfr. amitt.* Lacus verò & stagna, inter res soli numerantur. Verum de piscibus est controuersia.

Sunt autem & res quædam, quæ licet propriè sint mobiles, tamen iure immobilium censentur: vt sunt pensiones † annuæ, vel annonæ ciuiles Zinsen / Renten. Argumento 5
Nouell. 7. Iura quoque alia, vt nomina siue obligationes, vsusfructus, seruitutes, a plerisque inter res immobiles numerantur, argumento *l. 2. C. de seruit. & aqua.* Sed in iure nostro ciuili, pensiones & iura, à rebus soli & immobilibus perspicuè distingui solent. *l. 15. à domino § si quoque. & § pen. ff. de rei ind. l. 44. seruum § cum qui. & l. 105. legatum. de leg. 1. l. 25. heredes ff. fam. hercisc.* Quamuis his rebus quædam interdum iura rerum immobilium attribuantur: vt in *d. l. 2. & ad Nouell. 7.* idque diligenter explicatur ab Hottomanno *lib. 3. obs. c. 9.* Glossographorum tamen opinio confirmatur in *Clem. exiui. §. cum qui annui. de V. S.* Harum igitur rerum receptum est vt feuda quoq; constitui possint, vt, inquam, 6
† iura, & annuæ conuentiones, atq; annonæ in feudum dentur. Rendt / Zinß / Maut / Zol / Vmbgelt.

Quæritur, de præfecturis, † Curationibus magistratibus, & omnino de honoribus at- 7
que muneribus, an & ea in feudum dati possint, Ecclesiasticis, ciuilibus, & militaribus, vt sunt Episcopatus, Ducatus, Aduocatiæ, Vogten? Et horum quoq; feuda sunt recepta. *tit. 1. lib. 1.*

Quæritur: An & † vsusfr. in feudum dati possit? Et videtur non posse: quia ius iuris, vt 8
vsusfructus seruitutis esse non possit *l. 1. ff de vsufr. legat.* Verius tamen videtur, etiam vsumfr. in feudum dari posse fundi aut prædii, quia & pensiones in feudum dantur: præsertim cum vsusfr. in multis casibus pars dominii esse videatur *l. 4. ff de vsufr.* verùm, si verum dicere licet, & vera feudorum origo atq; vsus spectetur, neq; vsusfr. neq; pensionum aut aliarum eiusmodi obuentionum rerum similium in iure consistentium, proprie vera non sunt feuda. Nam, vt est demonstratum, prædia tantum hæc fuerant militaria. Ex
quo & illa quæstio; Cur vsusfr. sit rerum † & soli & mobilium, verum, feuda tantum soli, 9
non verò mobilium constituantur, de qua laborat Hottom. explicanda mihi videtur? verùm quia hæc est origo & vsus primus ac feudorum vetus, vt in prædiis constituerentur, vt & de Emphyteusi & libello constat.

Quæritur iam, An feuda in omnibus rebus soli † constitui possint iam Ecclesiasticis 10
quam ciuilibus? Et iam antea dictum est de Ecclesiasticis bonis & rebus, quemadmodū olim & hodie hæ in feudum dari possint, verum Episcopo consentiente, & capitulo, maximè si solitæ sint infeudari. *c. sine except. 12. quæst. 2. c. & 2. de Eccl. reb. non ali. in 6.* Verùm
de decimis maior est dubitatio, nec minor de eo, quæ res † dicantur solitæ infeudari. Nā 11
cum res Ecclesiæ, *vt iam dict.* eæ tantum quæ infeudari sunt solitæ, hodie in feudum dantur. *c. 2. extra de feud. & c. 1. lib. de feud.* dubitant Interpret. de eo quod dictum est: Res solitas infeudari: vtrum sit æstimandum ex tempore, an ex vicibus? vt si semel atque iterum res data fuerit in feudum. Ex tempore, vt si 20. aut 30. annis res in feudo fuerit. Et plerique consentiunt, alterum esse satis, aut vices vnam & alteram, aut tempus, videlicet longiss. vt 30. vel 40. annor. *gloss. ad d. c. 1. Curt. de feud. part. 2. quæst. 3. & 4. Duar. de feud. c. 5. nu. 6.*

Quod attinet ad decimas, quæ videntur magis etiam, siue propius accedere ad res sacras, quam aliæ res Ecclesiasticæ, vt prædia, &c. An in feudum dari possint? Res distinctione temporis explicanda est: vt scilicet datæ iam olim, & à Laicis possessæ, ante Synodum Lateranensem, ab Alexandro III. Romæ habitam, Imperante Friderico I. possint ab

illis possideri, & aliis quoq; in feudum concedi. Verum ante eam synodum non datæ, nec possint vlli in feudum dari, *c. cui Apostolica. de his quæ fiunt à prælatis.* Atque ita hac ætate passim à Laicis decimæ possidentur, non modo iure feudi, verum interdum & allodii siue iure proprio. Qui tamen possessores, pleriq; tuentur hoc colore, quod sint datæ iam ante eam Synodum: quod præsumitur, si possessionem eam, saltem, quæ memoriam hominum excedat, probare possint, veluti 100. annorum.

12 Quæritur autem, an decimæ feudo commisso, id est, extincto, ad † Ecclesiam reuersæ, possint denuo ab Episcopo alii in feudum dari? Et in Francia vetitum id constitutionibus regiis, commemorat Duar. *d.c.5.* verum in Germania & Lombardia, moribus est receptum, vt iterum in feudum dari possint: quod etiam Zasius *de feud.c.4.* fatetur & Curt. *de part.2.* Nam de aliis extra decimas rebus aut prædiis Ecclesiasticis, feudo commisso ad Ecclesiam reuersis, non dubium est, quin denuo possint in feudum dari, vt & supra iam dict. Et recte explicat Petrus Gregorius *Syntagmat.lib.5.c.8.n.4.*

De priuatis autem siue propriis Episcoporum siue clericorum bonis, non est dubium,
13 † quin possint in feudum dari, vt etiam *sup. dict.* Illud obseruandum, quod ait Pont. *in d. c. 2. extra de feud.* Si videris expedire. His enim verbis conditionaliter & limitatè prolatis, videtur à pontifice ibi rerum Ecclesiasticarum, verum infeudari solitarum, infeudationem Episcopo concedi: non tamen absolutè, & pro mero ac libero Episcopi arbitrio, verum ita demum concedere, si viderit Ecclesiæ expedire. Hæc enim duo, merum arbi-
14 trium, † & arbitrium boni viri, siue limitatum, magnopere differunt. *l. si sic. ff. de leg. 1.*

Atq; hæc de rebus Ecclesiasticis. Nam de rebus sacris superuacuum est admonere, eas non dari in feudum, cum non sint in commercio: idemq; de aliis eiusmodi rebus dicendum, vt religiosis.

15 Quia tamen nonnulli etiam casus, quibus res sacras † alienare licet: vt ob captos ab hoste redimendos, *Nouell. 7. & ibi Cuiac.* Quæritur, an his tantum casibus possint quoq; in feudum dari? Quod mihi probabilius videtur hac ratione, quia plus est plane alienare, quam in feudum dare, illo enim amittitur dominium, & proprietas, hoc non item, verum ius tantum quoddam in rem, *vt sup.* explicatum, de definitione feudi.

16 De rebus publicis † item quæritur, an in feudũ dari possint à principe, siue, vt nunc loquimur, Imperii, siue vt alii Reip. vel regni: aliæ sunt principis propriæ, verum hæ partim fiscales, partim patrimoniales. Quarto genere cõtinentur res ciuitatum, quæ & ipsæ publicæ dicuntur, quamuis minus propriè *l.16. cum qui. ff. de V. S.* De prioribus autem tribus. id est, publicis populi Romani siue Imperii fiscalibus & patrimonialibus, quæ etiã res Cæsaris dicuntur, & à fiscalibus separantur. *l. vlt. ff. qui potior in pig. l.6. fisc. de iure fisci.*

De publicis quidẽ populi Romani, de quib. est *l.14. de acquir. rer. dom.* an à principe in feudũ dari possint, nouum inquam distinguendũ videtur, ex statu & potestate principis, & partis imperii siue Reip. nimirum, vt si principi liceat res publicas, Imperii, Regni, aut Reip. alienare, eo quoq; casu liceat eas ipsi in feudum alteri concedere, alioquin non liceat, quia feudum sit quædam alienationis species, argumento *l. vlt. C. de reb. alien.*

An autem, & quibus principibus, res publicas Reip. siue Imperii alienare liceat, non est huius loci & instituti explicare. Verum de ea disputatione, multi interpret. & in his *Francisc. Hottom.* sunt consulendi, *1. quæst. illustr.* Receptum tamen est in multis principatibus
17 & regnis, vt quædam licet publica regni † aut reipub. quamuis alienari ex conditione regni non possint, in feudum tamen à principe dentur. idq; quotidie vsurpari video: vt princeps arcem aut oppidum, aut vicum siue pagum publicum, licet regni aut principatus, alicui in feudum concedat, quod tamen in Imperio vix fieri potest, in quo pleraq; omnia, vel à principibus, vel ab aliis ordinibus tenentur.

Quod

Quod ad res † ciuitatum attinet: non est dubium quin hæ à principe in feudum dari possint, vt potè res alienæ, & ciuitatum propriæ, vt sunt agri, syluæ, prata, & vectigalia ciuitatum. Verùm an ab ipsis ciuitatibus hæ infeudari possent, non iniuria quæritur? Puto tamen posse, Quia in Emphyteusi, cui feudum, *vt supra* dictum, est persimile, agri ciuitatum dari solent, & tunc appellari vectigales, ob vectigal, id est, Canonem Emphyteuticum *l. 11. eo tem. §. 1. ff. de publican. l. 21. Lucius. §. vlt. ff. de municip. & tit. si ager vect.* De reliquis publicarum rerum generibus duobus, puta, Cæsaris, quæ & patrimoniales, & fiscales, non est dubium, quin eas princeps in feudum dare possit. Nam & in his rebus † princeps vtitur iure priuatorum, vt videre est *in d. l. vlt. ff qui potior. in pig.* 18 19

Postremo quæritur, an res aliena in feudum dari possit? Et receptum quoq; est, vt possit. *§. 1. tit. 8. de inuest. de re aliena fact. lib. 2. c. 1. tit. si vasall. de feud* Qua de re copiose Wormbs. *lib. 1. tit si vasall. de feud. obs. 1.* Verum re à domino euicta, cogitur autor feudi siue Senior aliam rem vasallo dare. *d. §. 1. tit. 25. lib. 2.*

Dispositio rerum Ecclesiasticarum, Ciuilium, publicarum, priuatarumque, ex textu breuitate patebit.

CAPVT VIII.

De modis constituendi feudi.

SVMMARIA.

1. *Feudum duobus modis inuestitura & successione constituitur.*
2. *Modi constituendi feudi requiruntur. Donatio, in dotem datio, permutatio, emptio.*
3. *Feudi constitutio an testamento fieri possit.*
4. *Feudum natura gratuitum.*
5. *Donatio duplex, vnà simplex & mera, altera negocialis.*
6. *Feudi constituendi modus merus an negotialis.*
7. *Duobus donatione in feudum constituta vter in eo prior, an posterior sit, quem solum in possessionem induxerit.*
8. *Emptio modus feudi constituendi.*
9. *Permutatio, siue Cambium quartus constituendi feudi modus.*
10. *Tempus longissimũ feudi constituendi modus. & seq.*
12. *An præter possessionem & seruitii exhibitionem necessaria quoque sit bona fides ad tempus constituendi feudum. Distinguitur.*

ADhuc dictum est de personis & rebus ad constitutionem feudorum necessariis: proximum nunc est, vt quibus ea constituantur, videamus. Constituitur igitur feudum † duobus potissimum modis, Inuestitura & successione. *Vt est in lib. 2. feud. tit. 2. in fin.* Verum ibi, vt & alibi, quia constitutio cum acquisitione confunditur, vtilius & nostro instituto conuenientius erit, prius de modis cõstituendi, & postea de acquisitione explicare. 1

Modi † igitur constituendi feudi requiruntur isti: Donatio, in dotem datio, permutatio, emptio. His modis ciuilibus adiungi potest & tempus, siue temporis præscriptio, aut potius longi temporis possessio. Nam vt seruitutũ constituendarum modi, alii sunt ciuiles, alii sunt prætorii, ita etiam de feudis dici potest, ea vel ipso iure, vel tuitione prætoris constitui, siue consistere. Verum seruitutes constituuntur etiam testamento, feuda non item. *§. vlt. Inst. de seru prad.* Feudi enim † constitutio, an testamento fieri possit, dubitari potest: quia huius modi nulla est mentio *in lib. feud.* id quidem extat *lib. 1. tit 8.* 2 3

§ 1. Vasallo de feudo non esse testamenti factionem; Verùm quæstio siue dubitatio non
est de vasallo; verùm de domino, an possit testamento feudum nouum constituere: quod
etsi nusquam prohibetur, alienum tamen videtur à natura feudi, quæ in obsequio & fide
ad dominum posita est, absurdum autem videtur, vt quis sibi vasallum pareat demum
post mortem.

Quæri quoque hic potest: qui nam sint ciuiles, qui prætorii: Nam emptione, vt mo-
do ciuili constituitur seruitus, ideoque & feudum. Si tamen rem diligentius spectemus,
4 emptione non videtur constitui ipso iure, quia feudum natura sit † gratuitum: quare, vt
de vsufr. vendito à fructuario videtur dici, cum hoc casu non ipso iure, verùm tuitione
prætoris consistere *in l.11. si quis bona. § 2. & vsufr ff. de pign.* Ita etiam de feudo dicendum vi-
detur: propriè & verè eius constituendi modum ciuilem esse vnum, puta donationem,
cuius species est dotis datio *l. vlt. C. de donat. ante nupt.* Et duos primos, emptionem, cu-
ius quodammodo species est permutatio, & longi temporis possessionem. Nunc de sin-
gulis videamus.

Et iam de donatione constat, hunc esse verissimum & frequentissimum feudi consti-
tuendi modum: & beneficium feudum definiri solet, *vt sup. latius dict. ex § imprimis tit. 23.*
lib. 2. Cùm autem donatio in iure sit duplex † vna simplex & mera, altera negocialis, vt re-
5 ctè explicat Hottom. *in disp. de donat. argumento l. 1. ff de donat.*

6 Quæritur de feudo, Sitne hic eius constituendi modus † merus an negocialis: Idem
tamen in disputat. *de feud. c. 17.* non rectè putat, feudum esse donationem negotialem: ex
eo enim sequeretur feudum esse contractũ, quia donatio negocialis sit cõtractus, vt ipse
fatetur lib. de donat. Et verum est. *l. 1. ff. de donat. tot. tit. C. de bon. quæ sub mo.* Atq; ipse *lib. 3.*
obs. feudistas & glossogr. reprehendit eo nomine, quòd feudum velint esse contractum &
disputent, sit ne nominatus an innominatus, qua de re *sup. d.* Hoc autem loco, feudum
non esse meram donationem docet; hoc argumento quia feudum plerunq; contraha-
tur sub certa conditione officii siue seruitii militaris, *§. 1. tit. 13. lib. 2.* Dixi plerunq;. Inter-
dum enim sine ea conditione officii constituitur *tit. 16 lib. 2. § 1. tit. 24. d. lib.* Verùm mu-
lieri feudum datur ob merita & officia patris, *lib. 1. tit. 124.*

Contra autem, quod clericis datur sub conditione precum aut sacri celebrandi. *§. 2.*
tit. 9 & tit. 25. lib. 2. Non videtur donatio esse mera, verum negocialis, vtpote ea lege, offi-
cii Ecclesiastici clerico data. Verum receptum est, vt feudum nunc detur cum ea lege offi-
cii, interdum sine ea. Non puto tamen donationis distinctionem illam, meri & negocia-
lis, feudo accommodandam, hac ratione, quia non ad res & patrimonium pertineat, ve-
rum ad personam. Contractus autem & obligationes non habent locum, nisi in rebus,
& iis, quæ in precio haberi & præstari possint. *l. 29 ff. de fideicom. libert.*

7 Quæritur hoc loco, si duobus † donatio in feudum constituatur, vter in eo sit potior,
prior an posterior, quem solum in possessionem induxerit? De qua quæst. *inf.* Atq; hæc
breuiter de donatione, vero feudi modo ciuili. Eius speciem esse diximus donationem
dotis: vt si socer dotis nomine prædium genero dat in feudum.

8 Tertius feudi constituendi modus est emptio † cum certo pretio feudum emitur: vel
à viro *lib. 1. 16. lib. 2. tit. 9. §. 1. & 2. & tit. 26. & 21.* vel à muliere. *tit. 24. lib. 1.* Itemq; *tit 5 & 14.*
§. 1. verum de hoc modo, & an feudum emi possit, sup. explicatum est. Emptioni persimi-
9 lis est permutatio, qui est quartus feudi † constituendi modus, Feudistæ Lombardico
suo sermone vocant Cambium wechsel *tit. tit. 14 § 3.*

His modis feudi constituendi, siue causis duabus præcipuis donationi & venditioni
10 adiungi potest tempus † siue longi temporis possessio, aut potius longissimi. Nã, vt serui-
tutes

tutes tempore constituuntur & vsusfruct. cui feudum est persimile *l. 9. si vsusfr. §. 1. ff. si v-*
susfr. qua causa l. 5. apparet § si quis seruitutem ff. de itin. act. priu. ita etiam de feudo dici po-
test non incommode. Receptum est igitur, longissimo tempore, siue possidendo, siue
tam diu possidendo † feudum constitui. *c. vn. §. si quis per 30. annos. tit. si de feud. def. content.* 11
sit, &c. Quare, si quis prædium aut feudum 30. annis possederit, eoque nomine seruitu-
tem seniori saltem semel præstiterit, iam feudum constitutum esse dicatur. *d. §. si quis per*
30. an. Francisc. Balb. de præscr. pact. 4. partis. 4. principalis quæst. 12.


Si spectetur ius ciuile, eiusque ratio, videretur sufficere longa possessio, vt in seruituti-
bus & vsufr. constituendis. *d. l. 12. si quis diuturno. ff. si seru. vind.*

Quod autem dictum est, feudum constitui longissima possessione, id non ita accipi-
endum est de ipsa prædii proprietate siue dominio, neq; de acquisitione, verum de con-
stitutione feudi: Nam de acquisitione dicetur *inf.*

Quæritur, an præter † possessionem & seruitii exhibitionem, necessaria quoq; sit bo- 12
na fides, ad hunc modum feudi constituendi? Et vulgo receptum est, vt ea quoque sit ne-
cessaria ex iure Pontificio. Nam iure ciuili, ad longissimi temporis præscriptionem, ne-
que titulus, neque bona fides requiritur. *l. 3. C. de præscript. long. temp.* plane in prædiis Ec-
clesiasticis 40. annorum possessio est necessaria, ex *Nouell. 111. &* 131. Et ita feudistæ ad *§. si*
quis per. & ad c. vn. §. vlt. tit. de feud. dat. in vi. leg. Commiss.

Atque hæ sunt tres causæ, siue tituli aut modi feudi constituendi. Donatio, Emptio,
& longi temporis possessio.

DISPOSITIO CAPITIS VIII.



CAPVT IX.

De inuestitura.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura potior feudorum natura.*
2 *Inuestitura verbum Romanis veteribus ignotum.*
3 *Formula veterum inuestiturarum.*
4 *Mantum papæ, siue pallium.*
5 *Verbum installandi* eynsetzen.
6 *Inuestituræ verbo quid proprie notetur.*
7 *Huius verbi notio triplex. &c.*
8 *Inuestitura fieri non solet, nisi paribus superstitibus, aut præsentibus.*
9 *Effectus simplicis inuestituræ.*
10 *An si duobus à domino feudum sit concessum, diuerso tempore, vel eodem, verum vni simpliciter concessum duntaxat, alteri etiam traditum, priorne an posterior in feudo sit potior.*

HOc caput & argumentum, quanti sit momēti ex eo intelligi potest, quod in omnibus fere controuersiis feudalibus, inuestituræ tenor & cōditio maxime spectari so-
1 let, quam † aiunt potiorem esse omni feudorum natura. *Bald cons. 251 n. 2.* quod & supra iam aliquoties dictum, vnde radix & fundamentum dicitur. *argumento l. qui quos, ff de donat.* Verum de hoc verbo non satis constat inter omnes, quid eo contineatur, an deniq; hominii siue fidelitatis & seruitii promisio. Nam si causa & conuentio hoc nomine intelligatur, recte, & iuri ciuili conuenienter dicitur, quod vulgo aiunt, primam feudi inuestituram esse spectandam. Quia ex conuentione, contractus & negocia legem accipiunt. Si autē traditio siue possesio, aut hominium eo intelligatur, iam non satis recte illud vulgare dictum adferri videtur. Nos omissa feudi causa siue titulo, de quo iam *supra dict. prox.* Videamus de inuestitura, pro vt vulgo hoc nomen vsurpatur.
2 Et primo quidem intelligendum, verbum † hoc veteribus Romanis esse ignotum,
3 quamuis in libello satis veteri formularum † *c. de ampt.* hæc extent verba. *Tu Pasculi, fuste illum inuestito: tu Legunti fustem illum manu capito.* In historia autem, & ll. Longobardicis, Francicis, Alemanicis, &c. extāt hæc verba, Inuestire, Reuestire, vestire, &c. & item vestitus, &c. itemque inuestitura & vestitura. Nomen autem videtur à veste ductum, eo quod alibi aliis symbolis aut signis, alibi pallio aut veste, teste etiam Accurs. *ad § firmum. Instit. de V. O.* in inuestitura fieret. Quare, & immantare, à manto siue mantello dicitur *à Ra-*
4 *deuico. lib. 2. c. 51. 66. & seq.* vbi † mantum Papæ, aut aliorum Episcoporum dicitur palliū: manto enim Papæ, vt pallio Episcopi inuestiuntur. Et Cæsares ac Impp. purpura siue paludamento purpureo.
A veste igitur hoc verbum duci videtur: nisi quis putet à Germanico festen/ quod est firmare, & q immittere, quod & befestigen dicimus; dictum quis velit. Nam & ita verbū
5 installandi † vulgare, id est, committendi, quod etiam eynsetzen a Germanis, est sumptū, atque hæc breuiter de verbo, siue eius Origine.
Vis autem & notio seu significatio, proprie ipsam possesionem continet: vt cum dicunt veteres scriptores Bauarici, eam rem esse in mea vel illius vestitura. *lib. 4. ll. Franc. c. 21. & 22.*
6 Proprie autem inuestituræ verbo, possesio † ipsa notatur, interdum tamen, sine possesione, ipsa rei concesio eo verbo continetur, quam feudistæ vocant inuestituram abusiuam. Quinetiam inuestituræ vocabulum iam de nuda, quam de solenni concesione vsurpatur. Plerunque tamen de solenni inuestitura intelligitur. *tit. 3 & 4. lib. 2 feud.* Germanice

manicè nunc inuestitura vergleichung/nunc, & propriè Huldigung/dici solet. Cũ igitur
huius verbi inuestituræ † triplex sit notio: Simplex feudi concessio, Solennis concessio, 7
& traditio, nos de his tribus notionibus ordine, ac deinceps explicabimus: quamquam
de prima iam satis dictum videatur, quę est simplex feudi concessio, modis capite supe-
riore explicatis, facta, nempe, donando, aut vendendo, de qua tamen hæc tria etiam re-
stant tractanda.

I. An ea fieri rectè possit sine testibus aut paribus curiæ? quos Germani die Mañung.
Nam solennis feudi concessio, siue inuestitura, † fieri nõ solet, nisi paribus superstitibus 8
aut præsentibus, vt mox dicetur Etsi autem multi interp. putant, simplicem quoq; hanc
inuestituram, siue feudi concessionem, non posse fieri nisi coram paribus, verior tamẽ est
eorum sententia, ea fieri posse sine paribus curiæ. I. Quia ad solennitatem atq; formam
actus non requiruntur testes, verum ad probationem tantum, nisi id iure & legibus sit
cautum, vt in testamento, diuortio, &c. vel nisi aliter cõuenerit. *l. 16. contractus. C. de fide
inst.* II. Quia iure aut moribus feudalibus, & in primis in omni fere Germania, hoc casu
non requiratur præsentia parium, *teste & Hartm. Pistor. quæst. 30. lib 2. part. 2.*

Altera quæstio est de effectu huius simplicis † inuestituræ, quæ duplex est. I. An senior, 9
qui hoc modo rẽ alicui in feudum concessit, cogi possit ad cætera siue reliqua, vasallo
siue donatario, aut emptori, præstanda: puta solennem inuestituram, & traditionem siue
inductionem in possessionem: verum inquam præcise cogatur tradere, an liberetur præ-
stando id quod interest? Et plerique negant seniorem pręcise cogi posse ad traditionem
hoc casu, eumque liberari, præstando id quod interest. *Zas. de feud. part 6.* Quod tamen
pugnat cum regulis iuris ciuilis, quibus cautum est, siue imponitur donatori & emptori
necessitas traditionis. *§. est & aliud. Inst. de don. l si quis argent. C de dona.* Et tamen idem
feudistæ consentiunt plerique seniorem ex solenni inuestitura posse præcise cogi ad tra-
dendum: nec vlla videtur iusta ratio differentiæ, si vasallus vtroque casu paratus sit ho-
minium præstare, cur, inquam, vno casu senior ad traditionem cogi possit, altero non
possit? Illud tamen obseruandum, hanc quęstionem, an ad tradendum cogi possit ab In-
terpret. adferri, eo potissimũ casu, quo feudum alteri concessum, eo etiamnum superstite
ac fruente, alteri promittitur aut conceditur. Nam & hæc simplex feudi concessio hoc
fere casu fieri solet, nempe priuatim & simpliciter, sine præsentia parium: est enim ea vi-
uo etiam vasallo facta alteri concessio feudi odiosa: de qua *inf.*

Tertia hæc est quæstio. An si duobus † à domino feudum sit concessum, diuerso tem- 10
pore vel eodem, verum vni simpliciter cõcessum duntaxat, alteri etiam traditum: prior-
ne, an posterior sit potior in feudo? Quæ quæstio eadem & de solenni inuestitura moue-
ri potest, & à nobis explicabitur infra, vbi de traditione siue inductione in possessio-
nem.

Huius capitis dispositio ab inferiori proximo pendet.

CA-

CAPVT X.

De inuestitura solenni.

SVMMARIA.

1 SOlennem † voco inuestituram, quæ plerumq; à Dd. simpliciter dici solet inuestitura: ob id,

ob id quod plerunq; solennia quædam in hac feudi concessione adhiberi solent, vt te-
stes, iusiurandum solenne, & Symbolum aliquod, vt hasta, aut annuli, aut osculum, &c.

Huius autem solennis inuestituræ, siue † concessionis partes potissimum mihi tres 2
esse videntur.

I. Ius ipsum siue eius concessio.

II. Solennia.

III. Acceptio, siue promissio hominii siue fidelitatis.

Quod ad primam partē attinet, in hac quoq; inuestitura receptum est, vt senior feu-
dum, licet iam ante forte concessum aut promissum, iterum iam concedat & donet: quę
concessio, si iam ante aliqua est facta, est prioris quædam quasi confirmatio, eaq; diligē-
ter complecti solet senior omnia feudi iura & pacta siue ll. & cōditiones beneficii, quem
Dd. vocant tenorem inuestituræ, eumq; recte monent diligenter esse spectandum. argu-
mento *l qui quod ff de donat.* Quia, quod iam dict. ex conuentionibus † legem accipiunt 3
contractus & negocia, *l. 1. §. si conuenerunt. ff. de poss.* Eoque nomine solet plerunq; præfer-
ri solenne instrumentum, Germ. Lehenbrieff vocant. † Huius autem instrumenti feuda- 4
lis vtilitas est partim in eo posita, vt ipsa concessio, siue ll. feudi concessi cognoscantur
melius: partim in eo, vt inuestitura, de qua ratione inter vasallum & seniorem, eiusq; hę-
redem, an sit facta, lis & controuersia existere solet, facilius & verius probetur.

In hac igitur prima parte inuestituræ solennis, quā appellauimus ipsam feudi cōces-
sionem siue dationem, præter ea quæ *sup.* explicauimus de feudi constitutione, personis
& rebus, duo præterea maxime hic sunt spectanda.

I. Leges † concessionis, siue tenor inuestituræ. Nam interdum datur feudum alicui 5
soli, id est, sine mentione hæredum aut liberorum: interdum cum horum mentione ex-
pressa. Et rursus cum datur expressa mentione hæredum siue liberorum, interdum sim-
pliciter alicui datur, & hæredibus siue liberis, interdum distincte, vt Titio & hæredibus
masculis vel feudi propriis, Mannliche Lehen Erben. Interdum plenissime Titio & li-
beris, tam masculis quam fœminis, quarum inter ll. magnæ multæque in iure & effectu
sunt differentiæ, maxime, quoad successionem feudi & commissum siue aperturam feu-
di, Heimfallung/ de quibus effectibus *inf. suo loco.* Ad hoc membrum de ll. concessionis,
pertinent & pacta siue conuentiones feudariæ, de quibus iam est explicatum. Eodem
pertinet etiam disputatio de inuestitura simultanea: verum de ea *inf.* separatim.

Alterum in hac parte considerandum est de persona, An hæc † cōcessio & inuestitura, 6
per procuratorem siue mandatarium fieri possit: & in Germ. passim est receptum, vt per
mandatarium hæc inuestitura celebretur, quem vocamus præpositum feudi † Lehen- 7
Probst. Sed maiora & Regalia feuda plerunq; per ipsum seniorem concedi, coramq; in-
uestitura celebrari solet: pro arbitrio tamen ipsius Senioris, qui interdum per Cancella-
rium hunc actum explicare solet. Quod attinet ad alteram huius inuestituræ partem, ea
in solennibus, & insignibus quibusdam versatur: quæ solennia variant, partim pro feudi,
partim pro loci aut regionis diuersitate, verum ad locum quod attinet, hæc sentētia ob-
tinuit, vt sui cuiusq; loci mores † sint obseruandi, *ita Spec. tit. de feud. § quoniam vero. vers.* 8
forma Isern. & alij ad §. 1. de noua form. fidel. & Zasius part. 6. n. 2. Pro feudi autem generibus
solennia quoque variari diximus. † Nam summa, vt regum, concedi solent interdum per 9
hastam, interdum per gladiū. Media, vt ducum, per gladium aut vexillum, vnde & Fahn-
lehen Germ. dicuntur. Minima per annulum aut per torquem, vel solum dextram. Oscu-
lum autem in summis sępe adhibetur. Et Ecclesiastica deniq; per baculum, pallium aut
annulum concedi solent. De quibus solennibus omnibus diligentissime explicauit Hot-

10 Romannus *disp. de feud. c. 23. & 24.* Ad hoc membrum de solennibus pertinet † & locus & testes. Nam quoad locum, res ea est arbitraria, id est, posita in arbitrio senioris: Excepto 11 priuilegio, quale † Archiducibus Austriæ datum est, teste Cuspiniano, vt feudi Austriæ inuestituram non alibi quam in Austria recipere cogantur.

12 De testibus I. Quæritur, an sint † necessarii? deinde, qui, & quot? Et obtinuit, testes in his solennibus etiam adhibendos, verum sufficere duos aut tres *lib. 1. feud. tit. 26. lib. 2. tit. 33. & 68. §. 2.* licet controuersum est, qui sint adhibendi pares, id est, conuasalli, an etiam extranei? Extant enim in his libris feudorum loci inter se pugnantes, vt videre est *libro 1. tit. 26. & lib. 2. tit. 33. §. 1.* Huic repugnantiæ tollendæ varia afferuntur, quæ videre licet apud *Cuiac. lib. 2. feud. tit. 3.*

Summa autem iuris & moris hæc est: vt feuda noua quidem non dentur nisi testato, id est, non sine testibus, iisque paribus, si qui sunt, alioqui etiam extraneis, vetera autem dentur siue renouentur sine testibus. *Cuiac. d. lib. 2. tit. 3. & 4. & lib. 4. tit. 33.* videatur *tit. 26. lib. 2. & tit. 33. §. 1.* Quare & *libro 2. tit. 2.* dicitur, inuestituram fore inutilem & nullam, quæ intestato sit facta.

13 Testes † autem duo vel tres sufficere dicuntur *d. titul. 16. & 33.* quod etiam moribus est receptum.

Atque hæc de inuestituræ solennibus, ad quæ potest non incommode & iusiurandum siue hominium referri. Verum præstat hoc caput de hominio à solennibus seiungere, quia ad vasallum pertineat, vt solennium collatio ad seniorem. Diximus quidem hominium esse partem inuestituræ: verum proprie inuestitura in solennibus consistit, & 14 concessione domini. Est autem † hominium, quæ & fidelitas vulgo dicitur, veneratio, quam vasallus seniori præstat feudi nomine: siue ius, quod vasallus ob feudum tenetur præstare domino. Hoc autem ius est varium & multiplex, verum ex natura feudi, principale ius est positum, in officio & opera militari, id enim est feudi proprium, vt supra copiose demonstratum. Sunt tamen etiam alia iura hominii: vt tueri personam domini, vt fidem ei præstare: & si qua ad alia officia se vasallus ex pacto obligarit. Solet autem hoc hominium à vasallo promitti iurato, interdum tamen & iniurato, *tit. 3. tit. 16. tit. 24. tit. 47. lib. 2.*

15 Formula autem iurisiurandi varia esse solet, † pro loco & pro iure hominii. In hac farragine extant formulæ *lib. 2. tit. 3. 4. & 5.* valde prolixæ. De quibus Zasius & alii feudistæ. Earum autem summam Cuiacius *ad tit. 5. 6. & 7. lib. 2. feud.* hanc fecit, vt vasallus iuret fidem domino, & promittat fidei suæ commissa se non proditurum: vitam denique & existimationem domini sibi fore curæ: quod tamen postremum non ratione feudi, verum iurisdictionis feudo cohærentis, promittatur. Moribus Germanicis, nostra breuis & simplex est formula iurisiurandi feudalis, nempe qua iurent, se quod vtile domino adiuturos, quod inutile, impedituros, sine dolo malo. Daß sie jhres Lehenherrn Nutz vnnd Frommen fürderen/vnd schaden warnen wöllen/ohne Gefahr. Quod & Zas. testatur, quæ & vetus est forma I Caroli M. *lib. 4 ll. Fran. tit. 46.*

Sed vt iam dictum, & mores regionum etiam spectandi, & feudorum atque hominiorum diuersa iura.

16 Præterea distinguendum est iusiurandum † hominii siue feudale, à iureiurando subiectionis siue subditorum, quod tamen confundunt plerique, & interdum seniores vtrunque coniungunt. Huius generis formula à Friderico I. præscripta ciuitatibus Imperii Italicis, extat apud *Radeuicum lib. 1. c. 19.*

Quæri-

Quæritur, an hominium † à vasallo possit promitti per procuratorem? Et moribus 17
receptum est posse, vt & *titul. 3. § personam. & titul. 58. libro 2.* Cuius rei exempla aliquot
adfert *Hottomann. de feud. c. 13.* Olim tamen, & in quibusdam, & nunc locis, ipse vasallus
coràm hominium promittere & iurare cogitur, maxime in regno Franciæ *teste Hottom.*
d. c. 15. Quemadmodum & Imper Fridericus I. Feudum Daniæ, regi non nisi præsenti &
iuranti coram, concessit, *teste Radenico lib. 1. c. 24.* Si ius ciuile & ratio spectetur, homi-
nium & inuestitura per procuratorem dari aut recipi non potest, *l. nemo. 125. de regu. iur. l.*
l. 78 post mortem, ff. de adopt. l. 90 perennem ff. de acquirend possess. II. Quia nec † Emphy- 18
teusis per procuratorem recipitur *l. Vltim § pen. C. de iure emphyteut.* Cui feudum persi-
mile *Vt sup dict* III. Quia iure ciuili per procuratorem iurari non potest, *l. pen. C de rebus*
cred. & l. Marcell. § 2. ff. rer. amot quo iure procuratores non alieno, siue, vt vulgo loquun-
tur, in animam domini, sed suo nomine iurare solent, *l. 39. non solum. § 1. ff. de procuratori-*
bus.

Quæritur iam de inuestitura: An sub conditione † fieri possit: Et si iuris ciuilis rationẽ 19
spectes, non potest, quia actus solennes plerique inter viuos non fiant sub conditione, *l.*
actus, 12. de R. I. Sed si mores spectentur, & iura scilicet feudistica, potest & solet sub con-
ditione fieri. Illa autem quæ fit de feudo alieno, non potest nisi sub conditione vel in di-
em, id est, in tempus mortis primi Vasalli, *c. 1. qui success. feud. dar. ten.*

Quæritur de effectu inuestituræ, An per eam possessio † feudi transeat ad vasallum? 20
Quæ quæstio vt melius intelligatur, meminisse oportet, vulgo apud Feudistas, Inuesti-
turam esse duplicem, † propriam & abusiuam *c. 1. in princ. quid sit inuest.* Et propriam vo- 21
cant ipsam possessionem, siue inductionem in possessionem prædii. Abusiuam vocant e-
am, quam solennem appellauimus, incertis quibusdam scilicet symbolis, vt gladii, ve-
xilli, baculi, &c.

Barbarice enim inuestire, nihil est aliud quã quod Latine, & in iure dicitur in posses-
sionem inducere. eynsetzen/eynleiten/ Vulgo tamen cum fit mentio inuestituræ, intelli-
gi solet hæc solennis, quæ est quędam emancipatio feudalis, & de huius effectu iam quę-
ritur, an per eam possessio transferatur vel non? Et sunt qui distinguunt; vt si ea facta fu-
erit in re præsenti, id est, prædio oculis subiecto, transferatur possessio, quæ est veterum
feudistarum opinio: *Aluarot. Afflict. & Isern. ad d. cap. 1. quid sit inuestit.* idque exemplo
feudi venditi, aut domus, aut messium in horreo. Claui † enim tradita prope domum 22
aut horreum, censetur possessio quoque domus aut messium esse tradita. *leg. clauibus.*
ff de contrahen. empt l. 1. § si iusserim. & leg. qui meo. § si venditorem ff. de acquiren poss. Con-
tra si hæc solennia non fiant in re præsenti, non censebitur translata possessio, quia pos-
sessio est facti, non solo animo aut imaginaria traditione acquiritur. Verum corpore
& possessione siue ingressu, *leg possidet, & leg. quemadmodum ff. dict. titul.* Verum hæc di-
stinctio licet iuri ciuili consentanea, à plerisque repudiatur. Et generaliter obtinuit,
hac inuestitura solenni, nullam possessionem in vasallum transferri: ideoque tres velut
gradus constituunt. I. Fidelitatis. II. Inuestituræ. III. Possessionis seu inductionis. *ti-*
tul. 5. § 4. lib. 2. Vbi tamen fidelitas videtur primo gradu poni. Verum interdum inue-
stituram quidem non præstandam, nisi ei, qui paratus sit fidelitatem iurare. *Vt dicitur in*
§. nulla, tit 3. lib. 2.

Quis igitur, inquies, est effectus huius inuestituræ, si per eum non transfertur posses-
sio? Cuiacius tamen putat, argumentum esse concessi feudi, siue concessionis: & sane vi-
detur ea solennitas vt & in aliis quibusdã actib. ad iuris iam dati & cõcessi confirmatio-

nem &q. obligationem, quam ad ipsam iuris dationem aut translationem esse inducta: vt sit velut ansa & pignus iuris concessi. *Hottom. c. 26 de feud.* Inuestituræ vsum & effectum putat esse, nō in ipsa prædii possessione, vt non est, verum in iure, feudis sæpe coniuncto, vt Imperio, aut iurisdictione, aut dignitate, aut honore nobilitatis, &c. quarum rerum vt incorporalium, siue iuris meri, quia nulla est possessio proprie vel traditio, verū quasi quædam possessio. argumento *l. si ades. §. libertus, de seruit. vrb. præd. l. 23. ait prætor. § 2. Ex quibus causis maior.* Sic solenni ritu ea iura, siue eorum q. possessionem in vasallum transferri. Breuiter. Effectum inuestituræ non in possessione prædii, verum in iure Imperii, & feudis cohærente esse positum, verum, vt ad ipsum ius feudi, id est, q. dominium, quod & ipsum est ius quoddam nostrum, non opus est solennibus: ita etiam nulla est ratio, cur in feudi accessionibus, vt Imperio aut iurisdictione, iis fuerit opus. Quare ipsa concessione, siue nuda, siue solenni, tam principale ius feudi, quam eius accessiones, statim ad vasallum pertinent, præstito hominio: Possessio † autē prædii, non nisi inductione siue corporali prehensione adquiritur. Verum hæc de possessione, quæ, vt *dict.* Inuestituram denique sequitur, intelligenda sunt, cum iam antea possessio vasallo fuerit tradita. *§. 4. tit. 4. lib. 1. & tit. 33. lib. 2.* Eo namque casu alia noua inductione vel traditione possessionis non est opus, argumento *l. 62. Si rem. ff. de euict. §. interdum. Inst. de rer. diuis. l. 3. §. illud, Vers. de acquir. poss. ff.*

23 (marginal number at "tim ad vasallum pertinent")

24 Quæritur † an vasallus iam inuestitus, possit ipse per se, & sua sponte feudum occupare? Et quidem posse ait *Glossa. ad d. c. 1. quid sit inuest.* de qua quæst. *etiam Hartm. obser. 7 tit. de feud.* Verum ea opinio iuri nostro repugnat, quo nō licet emptori aut donatario possessionem rei donatæ sua sponte, vel emptæ, occupare: adeo, vt pro prædonibus habeantur, si inuito venditore aut donatario rem occupent.

25 Quæri etiam hic potest de herede vasalli, An † in eum transeat possessio feudi sine inductione siue traditione, id est, ipso iure, maxime in suum heredem. Et multi Accursium secuti putant transire: verum, eorū opinio in iudicio Imperiali repudiata est. *teste Gail. lib. 2. obser. 102.* Et recte, inquam. I. Ob *l. cum heredes. ff. de acquir. hered.* II. Quia possessio est facti. *l. 1. §. 3. h. t.* quæ autem sunt facti, non transeunt in heredem vt apprehēdere, possidere, &c. Quod autem putat Gail. vno casu transire possessionem in heredem suum, videl. si patre mortuo, filius remaneat in bonis paternis, vt plerunque assolet, quia eo casu filius iam possideat: verum mihi non videtur in hoc Gailio assentiendum, mortuo licet patre, non statim tamē possidet filius, imo ne tenet quidem bona paterna, vt neq; bona

26 mariti mulier, vel etiam dotalia. Cohabitatio enim & † consuetudo licet indiuidua non adfert possessionem aut detentionem, verum animus & prehensio, siue occupatio.

27 Quæritur etiam, an, † si feudum est latifundium, siue massa constet multis prædiis, An vasallus in vnum ex prædiis inductus, censeatur omnium prædiorū possessiones nactus. Distinguendum, vel enim coniuncta sunt prædia, & continuata, vt vna sit veluti massa, quo casu satis est, vnum esse traditum, vel in vnum induci. Si vero sint prædia disiuncta, quamuis vulgo putent idem esse, mihi tamen non videtur, hac ratione, quia fictionis, qua quis fingitur totum prædium siue agrum occupare, licet partem eiusdem duntaxat ingressus *l. 3. ff. de acquir. poss.* non potest esse locus in prædiis separatis & remotis, argumento *l. 32. de V. O.*

28 Quæritur item, an † dominus cogatur ad pensionem vasallo tradendam, an vero liberetur præstando, id quod interest? Et Feudistis hæc recepta est distinctio, ante inuestiturā non cogi, post, cogi. Neq; enim post inuestiturā dominū cogi posse, nec liberari præstando id quod interest, *tit. 2. §. 4. lib. 2. & §. 14. titu. 26. lib. 2.* Adeo, vt domino, siue seniori post,

poſt inueſtituram, verum ante poſſeſſionē traditam, mortuo, eius tamen hæres nihilominus ad poſſeſſionem cogi poſſit. *tit. 4. lib. 1. & tit. 35. lib. 2.* Quæ ſententia & diſtinctio vulgari ſpeciei eſt conſentanea, qua interpp. contendunt debitorem ſpeciei ſiue rei, id eſt, obligatum ad dandum cogi poſſe ad rem tradendam, nec liberari præſtando id quod intereſt: facti verò, ſiue obligatum ad faciendum, non cogi, verum liberari oblata æſtimatione facti, argumento *l. 22. ſi quis ab alio. §. vlt. ff. de re iud. l. Vbi. §. Vlt. ff. de V. O.* Sed hæc vulgaris Dd. opinio licet apud eos incontrouerſa: Nulla tamen l. certa & perſpicua confirmari mihi videtur. Nam *d. §. Vlt.* non agitur de hac quæſtione, an obligatus ad dandum liberetur, præſtando id quod intereſt: Verum, de iſta, an † promiſſor ad dandum 29
ſit obligatus ad dominium transferendum. Adferunt *l. qui reſtituere. de rei vind.* verum in ea de rei reſtitutione, non datione ſiue alienatione agitur. Longè autem æquius eſt, cogi non debere ad rem domino reſtituendam; de quo *in d. l. reſtit.* quàm cogi dominum ad rem ſuam alteri dandam, inuitum, ſiue in eum transferendum. argumento *l. pen. & vlt. ff. de Publ. in rem act.*

Quare cum hæc vulgaris ſententia, in obligatione dandi, debitorem præciſe cogi poſſe ad tradendum, nulla lege confirmari poſſit, imo ſint ll. quæ ei repugnēt, vt de ratione iam nihil dicamus. *l. promiſſor. 2. ff. de conſtit. pec. l. ſi ſeruum. § imo & l. ſi feudum. de V. O. l. 1. in fin ff. de rer. permut. & l. rebus. C. eod. l. 1. ff. de act. empt. & l. 6. C. eod.* Vereor, ne vulgaris hæc ſententia ſuſtineri non poſſit, qua euerſa, de quæſtione propoſita, An ſenior † poſt 30
inueſtituram vaſallo poſſeſſionem feudi præciſe tradere cogatur: non vt vulgo feudiſtæ, qui putant, propter illam vulgarem ſententiam cogi, verum potius contra ſit explicanda, & reſpondendum, Non poſſe cogi, verum liberari, præſtando id quod intereſt. Nam quod in Farragine feudiſt. reperitur cogi poſſe. *c. 1. in princ ſi de inueſt. feud. cont.* Id ex illa gloſſographor. vulgari opinione & errore ſumptum eſt & inductum, vt & alia pleraque, videtur. Adeo autem feudiſtæ hunc errorem tuentur, vt putent, dominum poſſe & priuari proprietate, ſi nolit tradere, vt ſecus atque vaſallum, ſi nolit obſequium militare præſtare, ad quod is præciſe cogi poteſt, *teſte Bart. ad l. Stipulationes non diuiduntur. de V. O.* Adferunt tamen iidem ſuæ regulæ, Seniorem poſſe cogi, exceptiones aliquot, quibus non cogatur, quas videre licet apud *Mynſ. obſ. 61. cent. 4.*

Quæritur præterea, An ſenior † qui poſſeſſionem tradidit, verum nondum inueſtiuit, 31
ad inueſtituram cogi poſſit? Et aiunt non cogi. *tit. 35. lib. 1. & tit. 33. lib. 2.* Breuiter: Senior qui inueſtiuit, cogitur tradere, verum qui tradidit, non cogitur inueſtire, & qui permittit tantum, neq; inueſtire cogitur neq; tradere *dd. tt. & Mynſ. d. obſ. n. 14.* Eo enim caſu, quo promittit ſenior feudum, volunt eum liberari præſtando id quod intereſt. Quod iam ipſum pugnat cum illa priori Regula: Qua promiſſorem dandi contendunt non liberari præſtando id quod intereſt.

Quæritur item de duobus inueſtitis † quorū alteri tantum tradita ſit poſſeſſio, verum 23
poſterius inueſtito, vter ſit potior in feudo, prior inueſtitus an poſterior? cui tamen ſoli tradita ſit poſſeſſio? Et recte aiunt, eum eſſe potiorem, cui poſſeſſio ſit tradita. De qua quæſtione pleriq; Feud. *ad c. 1. quid ſit inueſt. Zaſ. Duar. Hannet. &c.*

Id enim conuenit iuri ciuili, quo, ſi duobus eadem res ſit vendita, is emptor eſt potior licet contractu poſterior, cui res ſit tradita priori. *l. 15. quoties. ff. de rei Vend. l. 6. ff. de temp. praſcript.* Deniq; & re donata duobus ait Paulus, *lib. 5. ſent. tit. 11. §. cum inquilinus.* Excipitur pignus in quæſt. *qui potior in pig. l. 12. §. vlt.*

Adeo autem verum eſt, quod de fendo dictum, vaſallum, cui priori ſit feudum traditum, priorē eſſe altero, vt, etiamſi ſenior tradendo poſſeſſionē alteri adiiciat hanc clau-

sulam sine præiudicio prioris, siue Ius iure saluo, nihil tamen ea priori acquiratur. Quid ergo, inquies, iuris habebit prior? Et ex feudistis alii volunt seniorem teneri ad feudum aliud & par præstandum priori, argumento *c.1. tit. de inuest. de re ali fact. & c. 11. §. si facta. tit. quid sit inuest.* Quæ opinio, vulgari sententiæ illi, Obligatum ad dandum cogi præcise ad tradendum, videri possit consentanea, atq; ita latè disputat *Sonsbec. de feud. c.9. n.33.* Sed aliorum sententia obtinuit, existimantium, hoc casu seniorem priori non cogi aliud feudum præstare, verùm præstando ei quod interest, liberari. *gloss. ad d. §. si facta.* Nam & alias in contractibus, debitor præstando eo quod interest, liberatur, si rem præstare non potest, licet sua culpa *l. qui tibi. C. de hered. vel act. vend.*

Quæritur amplius de tempore petendæ inuestituræ, de quo *infra*, vbi de renouatione Inuestituræ.

33 Quæritur de pluribus vasallis simul inuestitis, † an singuli inuestiturā petere teneantur, vt si plures sint hæredes vnius vasalli? Et de hac quæstione feudistæ disputant passim: vt *Zas. de feud. c.7. n.10. Aluarott. & alii ad. c. omnes filij. Si de feud. controuers. Special tit. de feudo §. quoniam.*

Cui quæstioni gemina & affinis hæc est: An senioris hæredibus, si sint plures, omnibus à vasallo hominium & obsequium sit præstandum, fidesq; iuranda? Quod ad priorem attinet, vulgaris est feudistarum sententia: feudi etiam non indiuisi, inter cohæredes & cōsortes fratres defuncti vasalli filios, inuestituram à singulis esse petendam: *d. c. omnes filij.* Sed vt in aliis quæstionibus feudariis, ita etiam in hac mores regionum spectari solent.

Qui apud nos in Germania id seruant, vt vnus ex consortibus electus, & reliquorum omnium nomine Inuestituram petat, & iuret vnus. Vulgo Lehentrag vocant. De altera autem moribus quoq; nostris receptum est, † vt idem illi non omnibus domini hæredi-
34 bus, verum vni duntaxat hominium & fidelitatem iuret. Quamuis & de hac quæstione altera, vulgaris sententia sit contraria, vt singulis iuretur: non tamen vt singulis opera militaris præstetur: id enim esset multiplicare operam & onus feudi. Cum tamen obligatio, propter successionem feudi, & causa hæredum mutari non debeat. *l.2. §.1. de V.O. l. ne in plures ff. de exerc. act.*

35 Huic proxima est quæstio de inuestitura multorum, † qui vna eademq; inuestitura simul inuestiantur, vulgò à nostris dicitur Inuestitura der gesambleten Handbelehnung. Et ita inuestire vocant, sämblich belehnen. Cuius in Saxonia, Silesia, Bohemia, &c. magnus vsus: in Bauaria, Sueuia, non item, itemq; in aliis extra Germaniam prouinciis. Et si enim & alibi interdum hæc fit, eius tamen nulla est vis & potestas, nullam ea tribuit successionem, nisi pacto aliter conuenerit. *c.1. in fin. tit. de succes. feud. c.1. in princ. de non. ben. inuest. c. 1. de benefic. Franc. & c.1. §. Vlt. de feud. March.* Sed apud Saxones, & vicinas nationes, magna eius vis est & effectus, verum in successionis iure, quod ex hac inuestitura singulis ita inuestitis ordine successiuo competat. de quo copiose *Modestin. Pistor. consil. 23. & 8. at q. 33. lib. 1. & cons. 40 lib. 2. Hartman. Pistor. plenissime. quæst. 20. 21. & 22. & 24. lib. 2. p. part. Henning. Goden. cons. 21. & Hieron. Schurf. cons. 29.*

Superest de renouatione inuestituræ, vt breuiter & summatim explicetur. Ante tamē
36 id admonendum, de quo iam ante explicatum: Posse, † viuente licet, & superstite vasallo, alium nihilominus à domino inuestiri; non quidem purè, verum sub conditione, vel in diem, Si vasallus sine liberis decesserit. Hæc inuestitura à nostris diciturgeding / interdū anfall. Primo igitur origo feudi renouandi, siue inuestituræ potius, hac mihi ratione & fundamento niti videtur: quod feudum sit genus beneficii, & quidem personalis, propter operam scil. militarem, dari à principe solitam: vt initio demonstratum. Quorum natura

natura beneficiorum id postulat, vt non sint perpetua, id est, vt non modo ad hæredem beneficiarii non transeant, verum vt etiam penes ipsum beneficiarium, morte donatoris siue principis non remaneat, verum extinguatur.

Quare de optimo, & humanissimo principe, Tito Vespasiano Suetonius. Natura, inquit beneuolentissimo, Cum ex instituto Tiberii omnes de hinc Cæsares, beneficia à superioribus concessa Imperatoribus aliier rata non haberent, quàm si eadem iisdem & ipsi dedissent, primus præterita omnia firmauit edicto, nec à se peti passus est, &c. Atque hoc institutum Tiberianum in feudis, Cæsares nostri retinuerunt, etiamque nunc retinent. Atque olim vasalli ad nouum principem siue Imp. tam in Germania quàm Lombardia siue Italia, cum eò descenderet Imp. statim initio noui principatus, conuenire solebant omnes, tam Ecclesiastici quàm alii, etiam ciuitates, ad impetrandam inuestituræ renouationem, & confirmationem beneficiorum, teste & *Othone Frising. de reb. gest. Frid. 1. lib. 2. c. 12.* Etsi autẽ hæc inuestituræ renouatio hodie quoq; in Imperio est recepta, vtroq; casu, id est, tam mortuo seniore, quàm vasallo, quia tamen moribus iam pridem feuda facta sunt perpetua, non est tam magna eius renouationis vis & effectus, neq; tamen nullus. Nam nisi fiat renouatio, vterq; suo iure excidit, id est, non vasallus modo, verum etiam senior. Nam vt peccat † vasallus in non petenda, ita senior in neganda inuestitura feudi veteris & paterni, cuius concessio non est beneficium, verum negatio est iniuria, argumento *l. 1. §. planè. ff. de aqua quotid. & æstiua.* Atq; hæc breuiter de causa & origine huius inuestituræ veteris, vt vulgò vocant, quam nos renouationem appellauimus. Est & recognitio potius quædam, & simplex renouatio, quam innestitura, quamuis vulgo & inuestitura appelletur, die belehnung cum sit potius Erneuwerung. Alioquin, quæ propriè dicitur renouatio, *ἀνάνεωσις, vt in Nouell. Leon. 27.* non est in feudo & Emphyteusi recepta, verum in precariis. *teste Cuiac. ad tit. 5. lib. 1. feud.* 37

Fit autem hæc † renouatio siue inuestitura sine solennibus, & certum tempus præfinitum habet, intra quod sit repetenda, cum vera & noua inuestitura certis solennibus fiat, & tempore incerto siue arbitrario. Solet enim dominus, suo commodo, diem vasallo nono constituere dandæ inuestituræ, ad quem, si ter admonitus vasallus non occurrat, senior eum inuestire postea non tenetur. *c. 1. § 1 tit. quæ sit pri. causa ben amitt.* Renouandæ autem Inuestituræ † aut veteri, præfinitus est annus & dies ab Imp. Lothar. & Frid, I. *c. 1. §. Vlt. tit. de probib. feud. ali. & c. imperialem. §. præterea tit. de probib. feud al. per Frid.* Quod autem in *c. 1. tit. quo temp. mil. inuest pet. deb.* annus & menses huic renouationi præfinitur, id vulgo de milite accipiunt, eumq; locum ita cum aliis, in quibus annus & dies de paganis, conciliant, id non probatur Cuiacio, vt neq; Petro Fabro ad *l. qui cum alio. ff. de R. I.* tum quia nulla est diuersitatis ratio, tum quia miles in hac farragine feudistica, nihil est aliud quam vasallus, eo quod feudum beneficium sit militare, nec locum in feudis habeat propriè distinctio militis & Pagani, cum propriè omnis vasallus sit miles. Quare & illi & Hottomanno in *d. c. 1.* pro mense putant legendum diem, quorum & explicationi visus congruit, quo sine discrimine, renouatio intra annum est petenda. 38 39

Verum cur, inquies, anno adiicitur dies? Probat mihi hæc ratio, id est, diem idcirco anno adjici, vt controuersia tollatur die vt vocant termini: Termin an is dies computetur in termino, de qua controuersia & *Mynſ. obſ. 118. cent. 5.*

Excipiunt † tamen aliquot casus, quibus excusatur vasallus. 40

I. Si feudum morte vasalli prioris ad se deuolutum ignorarit. *gloſſ. ad d. c. 1. in rei infantia.*

II. Si quis

II. Si quis rem feudalem esse ignorauerit. *c. vasallus. & c. Si vasallus. tit. si de feud. cont. fuer. int. dom. & agn* Nam & alias in iure tempus† non currit ignoranti, *l. vlt. C. de temp. in*
41 *integ. rest.*


III. Si iusta causa hæredem vasalli impedierit: vt pestilentia, vt bellum, vt carcer, captiuitas, &c. *d. c. 1 tit. quo temp. milit. §. preterea si quis tit. de prob feud. ali per Frid.* Nam & alias in iure, iustis causis impeditus, excusatur. *l. 2. ff si quis caut. iudic sisti.*

IV. Si inter duos seniores, de hæreditate defuncti sit contentio, adeò vt vasallus pendente conuentione ac lite sit incertus, ab vtro inuestituram petere debeat. Nam & hoc casu excusatur, præmissa tamen potestatione, per se non stare, quo minus petat. Planè hoc casu, si alter ex dominis hæreditatem controuersam habeat, iam ab illo repetenda est inuestitura, verum ita vt testetur, sed eam ab isto petere, sine præiudicio alterius senioris, si forte is in lite obtinuerit. De quo casu exemplum extat insigne apud Zas. *in Epit. feud. part. 6.* De hoc ipso tempore & exceptionibus, videatur etiam Mynsing. Zasii imitator. *cent. 5. obs. 9.*

42 Quæritur postremò, an scriptura† sit necessaria ad feudi inuestituram? Pleriq; ad cõstitutionem Emphyteuseos eam requirunt, ad feudi non item: Mihi, neq; ad Emphyteusin neq; ad feudum necessaria videtur, verum perutile tamen, cum propter pactorum varietatem in vtroque, maxime in feudo interuenientium, tum propter temporis longinquitatem, quo & Emphyteusis & feudum, quæ sunt iura ferè perpetua, intrare solent. Ex prima autem inuestitura siue feudi concessione de toto feudo iudicatur, & vt vulgo aiunt tenor primæ inuestituræ est spectandus, & diligenter considerandus, argumento *l. qui id quod. ff. de donat.* Itaq; vt litibus succurratur, quæ ex renouatione inuestituræ, aut mutatione, siue vasallorum, siue seniorum sæpè variæ oriuntur, consultum est extare instrumentum primæ concessionis, idq; diligenter conseruari, vt radix & fundamentum totius feudi, sic & primam inuestituram vocant interpretes *Zas. de feud c. 6. Dec. Castr.*

CAPVT

DISPOSITIO CAPITIS IX. ET X.



h CAPVT

CAPVT XL.

De modis acquirendi feudi.

SVMMARIA.

1. *Acquisitionum feudalium genera tria.*
2. *Feuda vsu capi possunt.*
3. *Vasallus an proprietatem feudi vsucapere & acquirere possit.*
4. *Extraneus cui vasallus feudum vel donauit, vel vendidit, an feudum vsucapere possit.*
5. *Vasallus an præscriptione 30. annorum à domino repelli possit.*
6. *Casus quibus feudum à domino præscribatur.*

DIctum est supra, distinguendum esse feudi constitutionem, ab eius acquisitione *c. 8.* Adhuc de constitutione dictum: proximum igitur est, vt de Constituti acquisitione expliecemus. Nam de iure ipso constituti, quod, inquam, ius in feudo sit, aut vasalli aut senioris siue domini, iam ante partim explicatum: Et ex iis quæ *inf.* reliquum intelligetur ius. Acquisitionum igitur feudalium tria † genera adferuntur, Inuestitura, præscriptio, & successio: tot enim modis feuda acquiri sumuntur ex *c. 1. §. Vlt. de feud. cogn. c. 1. in princ. tit de condit rect. feud. c. 1. §. si quis per 30. an. tit. si de feud def. cont.* Et hos feudistas imitatus Eguinar. Baro *lib. de feud. c. 13.* facit item tres modos acquirendi feudi I. Naturalem, per inuestituram, quia per eam fit traditio possessionis fundi, quem traditionis modum constat esse naturalem, & ex iure gentium, *§. per tradit. de rer. diuis.* Et Duo ciuiles, præscriptionem & successionem. Verum ex iis, quæ supra sunt explicata, intelligitur, Inuestituram ad constitutionem potius quàm ad acquisitionem pertinere. Hottomannus autem *de feudis. c. 17.* adfert sex modos acquirendi feudi Præscriptionem & inductionem in possessionem, siue inuestituram, donationem, emptionem, permutationem, successionem. Puto tamen acquirendi feudi modos sic rectè diuidi posse, vt alii inter viuos, videlic. donatio, emptio, ad quam & permutatio referri potest & præscriptio, alii per mortem, vt successio, constituantur.

Quod attinet ad modos inter viuos de iis ferè iam dictum *supra c. 8. & seq.* Nam his modis & constituitur feudum, & acquiri potest, de constitutionis autem feudi modis iis locis est explicatum. Reliqua sunt tamen quædam, maximè de præscriptione, huc pertinentia. Ergo de præscriptione siue vsucapione feudi id illud primum est intelligendum,

2 feuda † posse vsucapi, id est, acquiri, ad quam vsucapionem non modo necessaria est possessio longi temporis, videlic. 30. annorum, verum etiam vt possederit prædium animo vasalli, & vt feudale, eoq; nomine, vt modo dictum, etiam seruitium semel atque iterum domino præstiterit. Qua de re latè Francisc. Balb. *de præscript. parte 4. partis 4. principalis. quæst. 12. Et Mynsf. obs. 29. cent. 4. argumento. c. 1. si quis per 30. annos. tit. si de feudi def. content.* Tria sc. ad hanc præscriptionem aiunt esse necessaria, possessionem 30. annorum: & quidem animo vasalli: & tertio vt seruitutem semel atq; iterum præstiterit. *de tit. si quis per 30. annos.* Verum hoc iuri ciuili non est consentaneum: quo sufficerent 10. aut 20. anni cum bona fide: verum hic agatur de præscriptione sine titulo, nisi præsumpto, non videtur decedendum à vulgati opinione, qua 30. anni requiruntur. Non autem vasallus ita feudum acquirit, id est, possessione longi temporis. Ita contra & dominus eodem tempore acquirit ius contra vasallum, si quis ab aliquo tot annis seruitia receperit, tanquam à vasallo, quo casu vasallus etiam in posterum seruire cogetur, & precium vt feudale habere, non vt proprium, ita *Feudist. ad d. § si quis per 30. annos, Mynsing. d. obs. 29.* Sed hæc ad consti-

constitutionem potius feudi pertinent: quibus sc. feudum primò inducitur, & constituitur. Hoc autem loco, quia de acquisitione agitur, distinguendum est de re & de personis. Nam de re, differt ipsum feudi ius vasallo competens, à iure, quod competit domino: vulgo vocant feudi dominium vtile & directum.

Quæritur igitur de directo feudi dominio, id est, de proprietate feudi, † an vasallus eã 3 vsucapere & acquirere possit? Et certum est, non posse, quia vasallus prædium feudale possidet non animo domini, verum vasalli, non pro suo, verum pro alieno, ita cum possidens non vsucapit. *l. 2. C de præscript. 30. annor.* vt notum est de Emphyteuta. de creditore, de colono, & aliis pro alieno possidentibus eos non vsucapere. *l. 10. in fin. de acquir. rer. dominio l. 12 naturaliter. de acquiren. possess. l. 15. de vsucap & l. 8. C. de vsufruct.* Verum de extraneo quæritur, cui vasallus feudum † vel donarit vel vendiderit, an is feudum vsucapere 4 possit, & vtile & directum dominium. prædium 30. annis possidendo? Et dicendum, non posse Quia feudorum alienatio vasallo sit interdicta. constitutionibus Conradi, Lotharii & Friderici Impp. Itaq; quoad extraneum, videtur feudum non posse vsucapi & q. vitio rei laborare feudum siue prædium militare ac feudale. Imperator tamen Constantinus Porphyrogeneta in Oriente, Nouella sua de prædiis militaribus, quam Nouellam in Occidente nostri Impp Frid 1 & II. de prædiis feudariis imitari videntur, permisit prædia militaria vsucapi, siue possessione acquiri, verum 40. annorum.

De seniore ipso, siue domino feudi quæritur, an ab eo id vsucapi possit. id est, An † si 5 vasallo hominium & operam siue seruitium non præstante, mortuo forsassis sine liberis, si prædium feudale à domino possideatur quasi ad se reuersum, atq; 30. annis possessum ita fuerit, postea verò aliqui ex agnatis vasalli feudum vindicare velint, possint à domino repelli. præscriptione 30 annorum? Et *Zas. in Epit. c. 6. n. 35.* ex sententia Balbi ait, posse eos repelli. Quæ sententia & in iudiciis Imperii obtinuit, teste etiam *Mynf. cent 4 obs. 28. & Geil. lib 2 obs 60.*

Quamuis omnium ferè communis opinio est contraria, videlicet feudum à domino præscribi non posse, excepto casu, † quo seruitium à vasallo per dominum postulatum 6 fuerit neglectum ab eo, & non præstitum Argumento *§. licet. tit. 26. lib. 2. §. 1. tit. 21. lib. 1.* Qua de re copiose disputant Sonsbec. *de feudis. c. 12.*

Dispositio continetur Capite sequenti.

CAPVT XII.

De successione feudali.

SVMMARIA.

1. *Successio feudalis qua sit.*
2. *Feudum an beneficium personale.*
3. *Feuda Fœmina à quo primum perpetua facta.*
4. *Generis dinumeratio fit à prima origine & stirpe.*
5. *Feuda quibus verbis heredibus dari solent.*
6. *In feudis non est locus testamentis.*
7. *Vasallus cum possit feudum alteri in feudum dare, cur id testamento alteri legare aut donare non possit.*
8. *Libertus viuus donare potest amicis, moriens non potest in detrimentum patroni.*
9. *Pater an feudum inter liberos diuidere possit.*
10. *Vasallus an voluntate domini testari possit.*
11. *Successionis ordines.*

 12 *Distin-*

12. *Disputatio de liberis trimembris, ratione scilicet sexus, iuris, gradus.*
13. *Agnatio gentem tribuit, genus non item.*
14. *An adoptiuus ignobilis in familiam nobilis adoptionis transiens, an nobilis fiat.*
15. *Legitimati matrimonio subsequente in feudo succedunt.*
16. *Verba generalia generaliter accipienda.*
17. *Fauor quo ad liberos in matrimonio maior non est, quam in principe, nec minus in hoc odium, quam in illo.*
18. *Legitimatus in feudo paterno succedere non potest.*
19. *Verbo, legitime nati, legitimati non includuntur, licet per subsequens matrimonium, legitimati fuerint.*
20. *Filiis duobus existentibus (primogenii iure non attento) maiore legitimato, minore nato legitime, ster alteri in feudo praeferatur.*
21. *Mater an in feudum succedat.*
22. *Liberorum iustorum naturalium differentia triplex.*
23. *Liberi in feudis in infinitum succedunt.*
24. *Feudo alicui concesso an etiam nepotibus concessum sit.*
25. *Verbum filij, largè sumptum, etiam filios continet.*
26 *Feudo cui & heredibus concesso, qui heredes intelligantur.*
27. *Voce* Erben *qui hodie veniant.*
28. *Liberis duobus eiusdem gradus, an sterque in feudum succedat, & an ex aequis partibus.*
29. *Filiorum altero maiore ante adeptum à patre feudum, minore altero postea nato, ster in successione praeferatur.*
30 *Testamentum ante militiam factum, non censetur militare.*
31. *Maioria, siue Maioratus Hispania.*
32. *Pactum de exclusione quorundam ex liberis aequalis gradus, an valeat.*
33. *Filius an renunciatione hereditatis paternae à feudo excludatur.*
34 *Quid si renunciat feudis.*
35. *Successio feudi an delicto amittatur.*
36. *Filius an exheredatione à successione feudi excludatur.*
37. *Foemina quomodo & quatenus in feudo succedant.*
38. *Regula: Ex natura & instituto feudorum mulieres in eo succedunt.*
39. *Mares ex foemina nati, an in feudis succedant.*
40. *Verbum heredis in feudis de maribus tantum dicitur.*
41. *Feudalia praedia vsu loquendi saepe vocantur, quae sunt Emphyteutica.*
42. *Mores duplices: communes, vel proprij.*
43. *Feudum licet cum foemina communicatum naturam tamē (quae est, vt mares praeferantur) non amittit.*
44. *An foemina filia, quae in feudo successit, ei succedat.*
45. *Mulier statuto semel ab hereditate exclusa, an semper exclusa videatur.*
46. *An si vasallus, cui datum est feudum, vt etiam foemina in eo succedant, decesserit, relictis duabus filiabus, quarum altera postea marem, altera foeminam parit, an hoc casu foemina mas praeferatur.*
47. *An in eiusmodi feudo, vt deficientibus masculis foemina succedat, si vasallus decesserit, relictis duobus filiis, quorum alter postea moriatur, relicta filia, & superstite alterius vasalli primi filio, an filia patris portio debeatur in feudo, an verò patruo succedat.*
48. *Saxonum, Silesiorum, Pomeranorum inuestitura simultanea.*
49. *Ius feudalis successionis primi personam inuestiti non transcendit.*
50. *Exceptio huius regulae.*
51. *Agnati qui eiusdem sunt gradus, ex aequis partibus succedunt.*
52. *Proximior agnatus in successione feudali praefertur.*
53. *Filij fratrum vtrum in stirpes, an in capita succedant.*

54. Suc-

54. *Successio in Allode an inter fratris filios in stirpes, an vero in capita fiat.*

55. *Agnati capiunt feuda, non vt heredes, sed gentiles à primo feudi authore procreati, liberi autem vt liberi.*

56. *Liberi debita antecessoris vasalli, hoc est, patris, soluere coguntur, agnati non item.*

57. *Coniuges in allode, iure pratorio inuicem sibi succedunt.*

58. *Moribus tres heredum species constituuntur, testamentarius, legitimus. & conuentionalis in Allode, testamentaria in feudis non est.*

59. *Ius in feudis est, vt deficiente vasallo, feudum ad dominum recidat.*

DE hoc modo acquirendi feudi primo admonendum, de eo extare multorum scri-
pta: vt *Ardiron.c.53.& 137.Curt.part.3. Zas.part.8.Baro.lib.7.c.4. Duar.c.9. Sonsb.part.
9.nu.43. & omnibus seqq Hottomann.c.18.& Hanneton.libr.2.c.2.3.&* 8. Deinde videndum
est, an, & quæ sit successio † feudalis, id est, sitne iuris an corporis, siue vniuersalis an sin- 1
gularis, vt est emptoris, donatarii, legatarii, qui in iure dici solent corporum successio-
nes, non vero iuris, vt est hereditas.

Nam videtur successio feudalis nulla esse iuris siue vniuersalis, verum corporis dun-
taxat, hac ratione: quia feudum non hereditate, verum beneficio senioris ad vasallũ per-
tinet, instar quartæ, arrogato debitæ, q̃ quarta nõ cẽsetur pars hereditatis arrogatoris,
verum vt æs alienum, & arrogato debitũ ex beneficio Imp. Pii. *l.2.§.ff.fam.erc.l.8.§. si quis
impub ff. famil. hercisc.* Secundum argumentum hoc est, quod feudum est † beneficium 2
personale, datur enim propter operam militarem; *vt sup. init.* demonstratum. In benefi-
ciis autem personalibus nulla est successio, *l. priuilegia, de R. I.* Quare & olim in feudis nul-
la erat successio. *tit. de feud. success. lib.1.* Et de feudis maioribus, quæ regalia vocantur, vt
regnorum, ducatuum, &c. aiunt feudi fere nullam esse successionem, verum tantum v-
surpatam.

Et sane, iam etiam docuimus, hæc feuda maiora primo tempore non fuisse heredita-
ria: Sed fuisse quasdam velut præfecturas. Verum in Francia † perpetuas dicitur primus 3
fecisse Hugo Capetus, teste Conan. *lib.1.* quales hodie in Anglia Scotiaque sunt Duces &
Comites. In Polonia Palatini & Castellani quos vocant.

Etsi autem paulatim cœpit esse successio in feudis, ex antiquo tamen remansit hoc.

I. Quod tantum est liberorum, non vero parentum: Siue quæ ex linea sunt superiore,
non succedunt, verum ex inferiore duntaxat directa. Ex transuersa quidem recepta est
successio, verum non nisi in aliquot prouinciis. Nam in Saxonia tota, Silesia, Bohemia,
Morauia, Polonia, quæ iure Saxonico vtuntur, non est recepta in agnatos successio in
feudis, *qua de re inf.* Deinde: quamuis successio, vt dictum, recepta sit, tamen non est tam
iuris quam rei & corporis successio, tanquam legati. *l.9.§.1.ff. de edendo.* Non est inquam
hereditaria hæc successio, nisi feudum sit hereditarium: ex quo id consequitur. I. Quod
ad debita hereditaria hic in feudo successor non teneatur.

II. Quod repudiata licet Allode paterna, filius, siue successor feudalis nihilominus in
feudo succedere possit. De debitis hereditariis vasalli non soluendis ab eius successore,
nisi sit filius, plerique feudistæ late explicant. *Videatur Mynf. cent.3. obser.65. Et Andr. Gail.
obs.154. lib.4. Bart & Ias. ad l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. Isern. ad c.1.§. verum
hoc quoque. de success. feud.*

Quod autem filius Allode repudiata paterna possit nihilominus capere eius feuda:
Et quod renuncians hereditati paternæ, non censeatur renunciasse feudo, idem *Iser. ad
c.1. tit. an agn. vel fil. & Alex. cons. 19.* diligenter explicat.

III. Remanet ex antiquo, quod in hac feudali concessione, graduum dinumeratio fiat, non ad modum iuris ciuilis, verum ad Pontificium siue Canonicum: Inter quos duos dinumerandi gradus, rationes multæ sunt, magnæq; differentiæ, & hæc imprimis, quod in Pontificia siue Lombardica ratione, recurratur, & repetatur origo, verum in Cæsarea & ciuili, inter duos de quibus agitur, vt hæredem & defunctum, vt duos sponsos, spectetur propinquitas. Nam illa est genealogia potius, cum generis † totius dinumeratio fit
4 à prima origine & stirpe. Hæc tamen Lombardica ratio, & genealogica in feudis recepta videtur, & in ipsis libris feudorum § *& quia videmus tit. 21 si Vasall feud priu. lib. 2. §. hoc quoque obseruatur. tit de success. feud. l. 1. c. satis bene. tit. de prohib feud al. per Loth.* Ratio, cur in feudis ea genealogica ratio sit recepta, iam est explicata. Verum hac de re videatur Hartman. Pistot. *lib 2 q 19.*

Etsi igitur successio in feudis iam est recepta, ea tamen non est proprie & vere hæreditatia, verum est, vt ita dicam, gentilia siue agnatitia, & rei potius quam iuris, nisi feudum sit hæreditarium, id est, ea lege constitutum, vt etiam hæredes pertineat. Eo enim casu successio feudi erit plane hæreditaria, & successor erit hæres.

Quæ distinctio feudi hæreditarii à non hæreditario, ex inuestitura & pactis siue con-
5 cessione & constitutione feudi intelligitur. Plerunq; tamen feuda, cum † dantur alieni etiam hæredibus, dati solent hoc verbo, Feudalibus hæredibus, Lehens Erben, quo continentur gentiles & agnati, quiq: proprii sunt feudorum capaces. Est autem, vt iam sæpe dictum, inuestituræ siue constitutionis feudi ratio inprimis spectanda, etiam in hoc iure successionis. Nam cum iure ciuili successio vniuersalis sit duplex, partim testamento, partim lege siue ab intestato *§ vlt per quas per, onas cuiq, adquir.* Et moribus facta iam sit tertia species successionis, nempe conuentionalis: ea tertia species in feudis maxime & dotibus siue matrimoniis est vsitata: de qua infra. Videamus autem primo breuiter de
6 testamento. Et constat, in feudis non esse locum † testamento. §. 1 *tit. 8 lib. 1.* Adeo vt pater duorum filiorum, vni feudum soli prælegare non possit. *d § 1.* Ratio est perspicua: quia feudum est beneficium & res gentilitia, id est, quasi æs alienum, agnatis aut familiæ debitum, quod eis inuitis adimi non potest.

7 Cur autem vasallus possit feudum † alteri dare in feudum, & tamen testamento alteri id legare, aut donare non possit. Ratio est hæc, quia inter viuos plerunq; facilior est a-
8 lienatio, & conceditur facilius quā morienti *tit. Inst. de l. Fus Can toll.* vt etiam libertus, † cui vasallus comparatur, viuus donare potest amicis, moriens non potest legare, ad partioni partem minuendam *l 9 ff si quid. in fraud patron.*

9 Quæritur an pater † possit inter liberos feudum diuidere, & vni id assignare, vt libertus potest *toto tit. de assign. libert.* Sed in feudo non videtur pater id posse, cuius tamen diuisio bonorum aliorum rata esse solet *l 8. C de inoff. testam.* De feudis ratio hæc est, quia diuisio est alienatio, quæ patri vasallo non est permissa sine voluntate domini, & eorum quorum interest.

10 Quæritur item an † voluntate sine consensu domini possit vasallus de feudo testari? Resp. De nouo posse, de antiquo non posse, hac ratione, quia vetere feudo, ius liberis & agnatis est quæsitum, quod illis inuitis adimi non potest: nouo non item.

Quæ distinctio noui & veteris feudi, hic diligenter est tenenda. Nam, quod modo dictum, patrem non posse vni filio feudum prælegare, id de vetere tantum intelligendum Et pleriq; interpretes huius regulę, de feudo vasallum testari non posse, duas adferunt exceptiones. Vnam in feudo nouo, alterā in feudo alienabili, quod vasallus pro arbitrio alienare potest, *ita Zas. p. 8. in fin. & Curt. part. 3.* Proximum est igitur, vt de legali feudi suc-

di successione explicetur. Huius autem successionis tres potissimum sunt ordines † Pa- 11
rentũ, liberorum & cognatorum. Quod ad parentes attinet, breuis est tractatio: hi n. nõ succedunt in feudo. Ratio hæc est: Quia hæc est mens senioris siue domini feudum dantis, vt mortuo siue liberis vasallo, statim feudum ad ipsum redeat. Cumq; successio feudalis, contra naturam sit inducta, strictè est interpretanda, vt non nisi inter accipientem eiusq; posteros, locum habeat: quæ successio magis naturæ est consentanea, vt scilicet liberis & posteris competat, quibus ratione naturali debetur, *l. 20. Cum ff. de bon damnat.* quam parentibus, qui liberis contra naturæ cursum succedunt. *l. nam etsi ff de inoff. test.* Excipitur vnus casus, videlicet: si pater accepto feudo, id filio remittat & renunciat, isq; filius ante patrem moriatur, quo casu, morte filii, hoc feudum ad patrem redit. Non vero ad dominum feudi: atq; ita patet succedit in feudo filio iusta ratione, quia patris feudum quodammodo remanserit *Zas. d. c.* 8.

Nunc de liberis: † quæ disputatio trifariam mihi partienda videtur, vt inquam sit tri- 12
membris. I. Ratione Iuris, II. Sexus III. Gradus. Nam ratione iuris & potestatis liberi alii sunt iusti alii iniusti: Et iusti quidem sunt vel naturales vel adoptiui, vel emancipati vel legitimati: Iniusti vero sunt vel nothi, vulgo naturales, vel spurii. Quod igitur ad iustos liberos attinet, inter omnes constat, naturales succedere in feudis, adoptiuos non succedere *cap. 1. §. adoptiuus tit. 16. lib. 2.* Quamuis iure Saxonico de adoptiuis dubitetur, vt videre est in glossa *ad art. 3 lib. 2. Spec Sax* Et sane, pugnat hoc magnopere cum iure ciuili, quo in successionibus, idem ius adoptiuis, quod naturalibus est attributum. *l. in adoptiuis. Cod. de adopt* præsertim cum adoptio etiam ius familiæ tribuat. *l. 2. qui ex liberis. §. 2 ff. de bon possess sec. tab* Feuda autem sunt beneficia familiaria seu gentilitia ad agnatos plerunque pertinentia

Verum inquit *Cuiac. Conf. 60* agnatio † gentem tribuit, genus non item: gentem mu- 13
tat, genus non item. Et idcirco de hac quæstione, An † adoptiuus fiat nobilis, quia trãs- 14
iit in familiam patris adoptiui nobilis? Respondet quoad gentẽ nobilitari, quoad genus non item. Vult, nisi fallor, adoptiuum adoptione acquirere nobilitatem, vt ita dicã ciuilem, & imaginariam, naturalẽ siue veram, non itẽ: cui non assentior. Vt enim adoptione ex nobili fiat plebeius Cicero *pro domo*, de Clodio nobili, à Fonteio plebeio arrogato: ita non video, plebeius, cur à nobili adoptatus non fiat nobilis. Verum, dicendum: moribus acceptum de adoptionibus hoc ius, vt earum non sit magna vis & potestas, vt etiam vsus rarior, siue exiguus. Eoque factum, vt neque in feudis, neque in aliis, maxime vbi naturalis siue natiua generis ratio habetur, cura nulla habetur.

De his igitur liberis naturalibus & adoptiuis ius est certum: De emancipatis autem & maxime legitimatis est controuersia. Nam de emancipatis dicendum videbitur, eos in feudis non succedere, quia emancipatione exeunt à familia, & desinunt esse agnati, ad quos tamen in feuda pertinere solent *l. 3. C de filiis fam.* adeo vt extranei dicantur. *l. 55. in fin. de ritu nupt.* Obtinuit tamen eos in feudis succedere, non minus atque alios, qui manserunt in potestate. *Ardiro. c. 73 Curt. part. 3. memb. 2. quæst. 2. Duar c. 11. lib. 3.* Et ratio est eadem quæ de adoptiuis, cur ii non succedant, & cur emancipati succedant. Reliqui sunt legitimati. De quibus magna inter feudistas est controuersia, an in feudis succedant? De qua cum alii multi tum diligentissime explicat *Hartm. Pistor. lib. primo, quæst. 40. & 41. & Hottom. cons. 29. & Alex. cons. lib. 1.* De his extat vnus locus *in §. naturales. tit. si de feud. fuerit contro.* vbi de naturalib. siue nothis dicitur, eos in feudis non succedere, etiamsi legitimi fiat. Etsi autem interpr. multi legitimos quolibet modo à successione feudali excludant: pleriq; tamen distinguũt modos, vt per matrimoniũ legitimi succedãt, per princi-

pem

pem non item. Et hanc sententiam mulris argumentis conatur tueri Pistorius *dict. quæst.* 40. Illam improbat Hotromann. *d. cons.* 29. quæ & mihi probabilior & iuris rationi con-
15 sentanea magis viderut: licet altera moribus sit recepta, quibus legitimati † matrimonio subsequente in feudo succedunt.

Ratio huius sententiæ est triplex.

I. *ex d. § natur.* qui est vnus locus in libris feudalibus. Et generaliter, siue indefinite ait,
16 naturales licet legitimatos, non succedere: Verba † autem generalia, generaliter sunt accipienda, *l. 1. § cum Vrbem, ff. de offic. præsid. l. regul. §. vlt. ff. de iur. & fact. ignor.* nisi non distinctionem suadeat, quæ hic nulla iusta subesse videtur. Adfertur quidem hæc vulgo, quia legitimatio per principem est odiosa, per matrimonium est fauorabilis, credo propter fauorem matrimonii. Verum hic non tam fauor matrimonii quam liberorum, qui alio-
17 quin erant iusti, spectatur. Quoad liberos autem, non est maior † in matrimonio fauor, quam in principe, nec maius in hoc odium quam in illo.

II. Quia legitimationis effectus, aut vis & potestas non ea est, vt legitimatus plenum ius filii iusti habeat, id est, vt & plane suus & agnatus fiat, veruntamen, vt patri suo succedat ab intestato. *Nouell. 74. Nouell. 59. § 4 & Nouell. 117. §. 2.*

18 Quare de auito quidem feudo seu paterno perspicuum, legitimum † in eo succedere non posse, quia legitimatio intra legitimum & patrem concluditur, verum paterni feudi origo est remotior, & vltra patrem. In nouo autem, cur admitti non possit, ex tertia ratione intelligetur: quæ hæc est.

III. Quia feuda, non tam ex patris hereditate, quam ex domini feudum dantis beneficio, æstimentur, *c. 1. tit. de success. feud. c. 1. tit. de eo. qui furt. fec.* Accedit & his etiam quarta, ex vulgari Interpretum sententia: qua legitimati comparari solent adoptiuis. *Accurs. ad L. 1. C. de adopt.* De adoptiuis autem constat, eos non succedere, *vt sup. dict.* Atque hæc sententia legitimatos in feuda non succedere, vetera dico, videtur mihi verior, quamuis de legitimatis posteriore subsequente matrimonio, vsu contrarium sit receptum. Valde tamen & illi qui legitimatos ad successionem admittunt, dubitat, An in feudum hoc mo-
19 do concessum Titio, & legitime ex eo natis, succedant. Nam verbo Legitime † nati, non videntur intelligi legitimi facti, id est, legitimati, licet matrimonio subsequente. Verum & in hoc eos succedere putant, *Alex. cons. 5. lib. 1. argumento c. cum in cunctis insto. c. cum innotuit. extra de elect.*

20 Quæritur: seposito † iure primogenii: Et duo sint filii, maior legitimatus, minor legitime natus, vter in feudo alteri præferatur, de qua quæst. copiose Molinæus *ad consuetu. Paris. de feud. d. tit. 1. §. 8. quæst. 7. & Iohan. Andr. ad c. sine culpa. de R. I. in 6. Anton. Rosell. lib. de leg.* Et putat Molinæus, legitime natum, licet minorem natu, præferri legitimato: vbi & Sonsbec. assentitur de feud. *c. 9. n. 71. & seq.* Quod attinet ad legitimatos per principem, plerique Dd. negant, eos succedere in feuda vetera, hac ratione, quia in iis feudis ius aliis iam quæsitum, siue liberis iam natis siue agnatis, adimi non possit, neq; per patrem, neque per principem *d. §. natur.* excepto hoc casu, quo agnati, & quibus ius est quæsitũ, consenserint in legitimationem, videatur copiose disputans *Hartmann. Pistor. d. lib. 2. qu. 40. n. 12. & seq.*

Quæ tamen exceptio ab omnibus Dd. ita accipitur: Si in legitimatione, consensu eorum, quorum interest, facta, mentio feudi nominatim facta fuerit. Sicuti *glos. ad d. § naturales.* Alii tamen satis esse putant, si in Legitimatione fiat tantum feudi mentio, non vero vt succedat in feudo legitimatus: non enim frustra feudi mentio facta videri debet, vt recte Molinæus *d. §. 8. n. 39. & Pistor. d. quæst. 40. n. 8.* qui plures in eam sententiam adducunt.

ducunt. Atque hæc de liberis adoptiuis, emancipatis, & legitimatis. Nam de nothis siue naturalibus, non est dubium, eos non succedere in feudum, quia ne ii in alloden quidem succedunt, nisi ex particula. *Nouell. de naturalibus liber.* Non succedunt, inquam, pa-
tri vel auo paterno. Verum de matre quæritur, † cui in allode naturales succedunt, an 21
etiam in feudum succedere possint? Et plerique negant succedere, quia feuda ad familiarum conseruationem quoque pertineant. Ita *Aluarot. ad c. 1. titu. an maritus, &c. & Zas. de feud. c. 8 n. 24.*

Nunc de aliis iustis liberis naturalibus, id est, non adoptiuis, non legitimatis, non et-
iam emancipatis, videamus. In quibus † triplex differentia est consideranda. Gradus, vt 22
filius & nepos: Aetas, vt maior & minor natu: Sexus, vt filius & filia, vel natus ex filio aut
filia. Quod igitur ad gradum attinet, Regula hæc constitui potest: In feudum † liberos 23
succedere in infinitum. *c. 1. de naturali success. feud. c. 1. in prin. de success. frat.* Nec interest an initio simpliciter alicui datum sit feudum vt Titio, an ita, Titio & eius posteris & liberis, *tit. 50 lib. 2.*

Qua in re non differt feudum ab allode, in quam & liberos succedere in infinitũ, notum est *§. 1. de hæred. quæ ab intest.* Excipitur primum feudum nouum, de quo pater disponere potest, & vni liberorum tribuere, vel testamento, vel inter viuos. Et hoc est, quod vulgo interpret. aiunt, non differre feudum hac in re ab allode, quod in vtroq; in infinitum succedant liberi iusti.

Quæritur autem, an † si feudum Titio datum sit, eiusque filiis, seinen Söhnen/ An et- 24
iam nepotes in eo succedere possint? Germanica vox, vt & Latina, vix admittit nepotes,
quamuis vox liberorum Kinder/ admittat & pronepotes aliosq; posteros in infinitum:
Largo tamen modo si accipiatur vox filii † etiam nepotes complectitur. *l. liberorum, ff. de* 25
V. S Quare in hac dubitatione, l. quid actum sit in feudi concessione, vidẽdum est: quod si non apparet, non videtur à propria filiorum notatione recedendum.

Quæritur item, † si feudum Titio, eiusque heredibus datum fuerit, vtrum verbo hæ- 26
redis, quilibet hæres, etiam extraneus, an vero liberi tantum intelligantur? Et in vulgari
quidem nostro sermone, heredum nomine siue Erben † liberi plerunq; intelliguntur, 27
& in Germanicis inuestituris, hæc quæstio hodie rarior est, præsertim in recentioribus, eo quod non simpliciter heredis nomen, verum ita fere Männliche Lehens Erben Quibus non modo extranei heredes, verum etiam sui, non mares, excluduntur.

Quæritur præterea, an † si duo sint liberi, eiusdem gradus, vt duo filii, aut duo nepo- 28
tes, An vterque in feudum succedat, & an ex æquis partibus? Et receptum est, vtrunque succedere, idque æqualiter. *c. 1. de feud. success.* adeo quidem in feudo æquales, vt etiam, si in allode paterna succedant inæqualiter, in feudo tamen paterno succedant æqualiter, *d. c. 1. argumento § si liberi, l. iusiurandi. vbi notat Bart. ff. de operis liber.* Nimirum quia successio in feudum, non tam patris quam stirpis, & ipsius domini beneficio veniat. Verum hic excipitur feudum sua natura indiuiduum, vt hodie pleraque sunt regna, aut etiã pacto & conuentione indiuidua, vt videntur esse Austriæ, Bauariæ, Brabantiæ, & inprimis Electuræ Imperii videntur potius natura aut lege esse indiuiduæ. In his igitur feudis indiuiduis, non vterque succedit, verum ex iure gentium maior natu.

Verum hic occurrit grauis quæstio. Si duo † verbi gratia, sint filii, maior & minor na- 29
tu, & ille quidem ante adeptum à patre feudum, minor vero postea sit natus, vter alteri in succedendo præferatur? Cuius generis quæstio sæpe occurrit. Qualem cum Imperator proceribus Imperii in Comitiis disceptandam proposuisset, Anno 40. tandẽ duello fuit decisa, inter duos fratres Ottonem & Henricũ. Et vicit Otto maior natu, licet patre

nondum Imperatore natus. Sed de hac quæstione, cum alii multi, tum eleganter *Hottom. quæst. illust*

Cuius sententiæ hæc est summa, & æquitati meo iudicio satis consentanea. I. Si nulla de successione lex extat, maior natu præfertur: quia patris dignitas, licet posterior & superueniens liberis prodesse potius, & ornare debet, quam nocere. II. Si lex extat, eius verba sunt consideranda: Si enim verba ita concepta, vt maior natu filius Regis vel principis succedat, vel simpliciter, vt principis filii aut liberi masculi succedant: Quo casu filius ante principatum natus, licet maior natu, excludatur à minore, ex patre iam principe nato, quia hic proprie regis aut principis filius sit, aut dici possit, ille non item:
30 quemadmodum exemplo testamenti militaris, quod testamentum † ante militiam factum, non censetur militare, licet testator postea miles factus decesserit. Aliud enim est militis testamentum, aliud à milite factum, id est, etiam ante, siue in ipsa militia factum: Verum militis est in ipsa militia factum. *l. 15. ff. de test. milit.* Itaq; & ante principatum natus, potest dici natus ex principe, verum proprie non est filius principis: vt illud ante militiam factum testamentum, non est militare.

Videtur tamen hæc sententia subtilior esse, & in iure etiam discrepare à senatore, cuius filius & ille dicitur, qui ante patrem senatorem factum natus est, vt & nobilis ante patrem nobilitatum, *l. 1 ff de senator.*

Atque hæc breuiter de hac quæstione, pertinente ad exceptionem iam expositã: Liberos eiusdem gradus æqualiter succedere in feudo, nisi indiuiduo.

Est & altera exceptio, priori gemina & ciuilis. Nisi feudum sit tale, quod ad solũ natu maiorem, vel in solidum, vel ex asse vel ex parte pertineat: cuius generis feuda & prædia
31 sunt non feudalia in hoc nostro Norico, & maxime in Hispaniis, vbi Maioriæ † siue maioratus dicuntur, sunt frequentia, quorum hæc est natura, vt ex omnibus agnatis, qui ætate erit maximus, solus succedat. *Videntur Bart. ad auth post fratres. C. de legit. hered. Alex. cons. 4. lib. 4 Socin. cons. 88. lib. 3 Alciat. lib. 8. Παρεργ. c. 13. Couarru lib 3. respons* Huc quoque pertinet disputatio de iure primogenii: de quo extat copiosus Tiraquell. commentarius.

32 Est etiam tertia exceptio, ex pacto: Receptũ est enim, maxime inter proceres, † pacto, quod ex liberis, etiam eiusdem gradus, alii ad successionem feudi admittantur, alii excludantur V. G. Si princeps, habens ex priore iam mortua filium, ducat alteram, verum imparem, & inter pacta dotalia hoc adiiciatur, vt si qui ex hoc secundo matrimonio liberi nascantur, nulli in feudum succedant, verum solus ex priore filius aut filii, quod matrimonium tali pacto contractum, dicitur à feudistis matrimonium ad Morgenaticã contractum. *tit. de filio nat. ex matr. ad Morganat. contract. c. mulier, & c filii tit si de feud. controuers. fuer.* Quod pactum, etsi interpret. plerique iniquum esse aiunt. Bald. *ad d. tit. de fil. nato, &c. & Aluarot. ad d. c. mulier. Zas de feud. c. 8 n. 72.*

Est tamen moribus hodie receptũ, quod vsq; adeo alienũ à ratione iuris propter imparitatem matrimonii, vt recte admonuit *Hottom. ad tit. de fil. nat.* Quæritur an renunci-
33 atione † hæreditatis paternæ, filius excludatur à successione feudali? Et constat inter omnes non excludi. *§. in generali. tit. si de feud contr. fuer. int dom. & agn.* Hac ratione, quia feudum sit æs alienum, ex beneficio domini proficiscens, non autem portio hæreditaria.
34 Plane si renunciet etiam feudis, maior est quæstio, An † successione eorũ excluderetur ob renunciationem: Si ratio iuris spectetur, non excluditur: quia iure ciuili, renunciationis futuræ successionis, nulla est vis & effectus *l. 1. & l pen C de pact.* Verum moribus, quia renunciationes hæ sunt receptæ, & valent, maxime si sint iuratæ, consequẽs erit dicere,

renun-

renunciatione quoque liberos à successione feudali remoueri. Quæritur item, an † & delicto amittatur feudi successio? Et certum est amitti: qua de re *infra capite de feudi amissione.* 35
Præterea quæritur, † An exhæredatione filius excludatur a successione feudi, &c. 36
Certum est, non excludi, quia in feudis, patri, liberos neque instituere, neque ex hæredare licet, vt supra demonst. *c.1.§. donari, titulo qual. al. feud. pot. c.1. tit. de prohib. feud. al. per Frider.* Excipitur feudum nouum. *d.c.1 § hoc quoque. Vbi & Aluarot. & alii, inprimis Zasius cap. 8.n.36. vsque ad 60. Duar. c.10 Sonsbec. c.9.n.117. & que ad 117. Cuiac. ad lib.1 feud. titul 1. § & quia, & tit.2.§ quin etiam Hottom. disp. de feud. c.13. Gail. lib.2. obser. 148. Omitto consilia. Pistor. Schurff. & aliorum Zasii. Mynsing. &c.*

Admonendum autem principio, duas hic quæstiones de fœminis occurrere, quarum hæc est prior: An sint capaces feudorum? Altera; An & quemadmodum & quatenus succedant in feudo? Quæ tamen posterior quodãmodo ex priore pendet. Quod attinet ad priorem, de ea iam *c. de personis* explicatum est, nimirum regulariter feudorũ fœminas nõ esse capaces, quia beneficia sint militaria: à quibus officiis, & aliis publicis munerib. remotæ sint fœminæ. *l.2. de R. I.* Quod ad alteram, † de qua nunc agitur, quia in illo capite de personis & antea dictum feuda, moribus & ll. paulatim degenerasse: ita vt ex personalibus facta sint hæreditaria sæpe muliebria, & apud quosdã, vt hodie in Francia, & in quibusdam Germaniæ partibus allodis siue patrimonii redacta: ex eo altera illa quæstio nata est: An & quibus modis atque casibus, feuda hodie acquirere solent: vt emptione & donatione. Exemplum donationis extãt in *Chronico Trithemii. c.30.* de Elisabetha Regis Bohemiæ sine maribus mortui filia: Cui anno 1310. Spiræ in Concilio Imperii feudum Bohemiæ primum roganti, Imperator Henricus VII. ita donauit, vt tanquam dos eius esset, danda filio Imperatoris Iohanni. Sed his modis in viuos iam omissis, breuiter de successione explicemus, eaque velut hæreditaria siue vniuersali. His præmunitis sit hæc regula: Ex natura & instituto † feudorum, mulieres in ea non succedere. Quia vt 37
modo dictum, feuda sint beneficia militaria, quorum illæ non sunt capaces. 38

Verum hic occurrit quæstio grauissima: de maribus † ex fœminis natis an non succedant? Quæ quæstio agitata fuit, inter Regem Franciæ Philippum Valesium, & Eduardũ III. regem Angliæ, & decisa Lutetiæ in communi Franciæ Consilio, Eduardo ex fœmina nato, id est, ex sorore Caroli VI. regis præmortui, Philippum vt agnatum praeferendũ. Et sententia hæc cõfirmatur, l *c.1.§ hoc autem, de his qui feud. dar. poss.* ll. hac 10c, quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet. Et hoc: quia, quod autori & defuncto obstat, ne fœminæ succedant in feudum, idem quoque ex ea nato obstare dicitur. *l. quod ipsis, ff. de R. I.* Adeo autẽ vera est regula, vt non modo ipsæ fœminæ, & vt modo dictum nati ex fœminis excludantur a feudis simpliciter concessis, verum etiam vt excludantur a feudis hæreditariis, quæ nos Erblehen vocamus. Vel etiamsi datum fuerit feudum alicui, & hæredibus eius, quia hæredis vox pro materia subiecta est accipienda, scilic. de maribus, quia ad eos proprie feuda pertinent. *c.1 § & C. tent. tit. de alien. feud. & c. 1.§. similiter tit. de l. Conradi.* Qua in re multi sæpe falluntur, qui putant Erblehen/ q. pro allode accipiendum. 39

Verum differunt hæc duo Erbgut & Erblehen/ & Erbzinß/ qua de re copiose *Fichard. cons. Germ 13.* Quin etiam hæredis verbo in feudis strictissime, † de liberis tantum maribus accipi solet, & nõ de agnatis, quia in feudis spectatur semper origo & primus auctor feudi, vt *etiam sup. dict.* Præterea à feudo emptitio, excluduntur etiam fœminæ. Nam tametsi id à quibusdam in controuersiam est vocatum, adeo vt Iulius Clar. § *feudum, qu.* 40

73.non fit veritus dicere, fœminas in feudo emptitio succedere: eamque communem Interpret.esse opinionem: Obtinuit tamen illa quam dixi: nempe in emptitiis feudis fœminas non succedere. I. Quia nunquam hæc feuda reperiantur excepta. Tenenda autem semper est regula, donec probetur exceptio, argumento *l. si tutor. C. de seru. pign. dat. man.* II. Quia feudum precio comparatum, etsi degeneret à natura feudorũ, in eo, quod sit precio partum, cum feudum sit beneficium quoddam, *vt sup. latius. c. de definitione deq; diuisione dictum.* Quo ad reliquas tamen feudi proprietates & conditiones, non degenerat, verum retinet naturam feudi vt *late* explicat *Socin. ad l. Gallus. §. etiamsi à parente ff. de lib. & posthum.* Idemque & Zasius ait, Emptionem feudi non mutare eius naturam, *Epitom. de feud. c. vlt. n.* 21. vbi in tali quæstione, etiam se respondisse de iure fatetur: idemque iterat in *c. 8. n. 37.* vbi tamen prudenter admonet, videndum, an ita emptum sit præ-
41 dium feudale. Nam vulgari vsu loquendi sæpe feudalia † prædia vocantur quæ sunt Emphyteutica, vel censualia, id quod ex pactis facile cognosci potest. Huius tamen regulæ aliquot exceptiones adferuntur: à Zasio quatuor. *d. c. 8. n. 36. vsque ad* 43. à Duareno, *c. 10.* & Sousbec. *c. 9. nu. 123. vsque ad* 140. adferuntur 5. à Pistorio 6. *d. lib. 2. part. posterior quæst.* 34. Ab Afflicto & aliquis, plures. Nos breuiter veras exponemus.

I. Est in feudo muliebri fœmineo *c. 1. de feud. fœm. & c. ingales. apud Ardir. c. 150.* Ratio huius exceptionis est, quia in feudis spectatur prima origo, & auctor, ad eum inquã retro recurri solet. Et vt vulgo loquuntur, tenor primæ inuestituræ est spectandus. *c. 1 de eo qui sibi vel hered. masc.* Cum igitur in feudo, de quo agitur, prima sit mulier inuestita, & verisimile videatur, ipsa feudum accipiens, non tam ad feudorum propriam qualitatem, quam ad suæ personæ rationem & qualitatem respectum habuisse: argumento *l. plenum § equitiis, ff. de vsu & habit. & ex l. militari. ff. de testam. militar.* Consequitur feudum hoc, vt in fœmina cœpit, ita etiam ad fœminas deuolui ac produci posse. Et hæc quoq; sententia plerisque interpret. probatur, quos commemorat Pistor. *d. c. 34. Zas. d. c. 8. n. 39. & seq.* Quamuis nonnulli acriter repugnent, & imprimis Isern. ac Thomas Marinus *ad d. titul. de feud. fœm.* Vbi & Hottomannus eam probat: verum aliter affectus in consil. 29. Totum partim hoc est argumentum. Quod hæc exceptio nusquam diserte expressa sit: ideoque regulæ sit acquiescendum. Verum extat in *d. § ingales.* licet extraordinario.

II. Exceptio adfertur in feudo libero, quod vulgo Frãcum vocant, argumento *c. si cui militi* quod est extraordinarium, & nõ exceptio est, quia nulla sit iusta causa, aut ab eiusmodi feudi successione mulier remoueatur: vera enim & præcipua remouendarum mulierum causa & ratio est officium militare feudis annexum siue prædiis feudalibus, tanquam seruitus impositum: Cessante igitur ea causa, non videtur mulier iam amplius excludenda. Verum huic rationi ab officio militari ductæ, obiicitur ex Bald. *ad l. quoties C. de suis hered.* Feudi causam non esse vnam vt officium militare, verum esse quinque, cur inquam fœminæ à feudis remoueantur, vt earum leuitatem, loquacitatem, vt indignũ esse, eas prodire in conspectum virorum, &c. videatur hac de re *Menoch. c 65. lib. 1. & Pistor. d. c. 34. n. 29. & seq.* vbi argumenta in vtramq; partem diligenter exponuntur.

42 III. Exceptio est, ex morib. qui mores sunt duplices, † vel cõmunes, vniuersæ prouinciæ, vel proprii familiæ. Sæpe enim solent gentes & familiæ, præsertim illustres, habere quædam instituta, & mores proprios in successionibus, non modo feudalibus, verum etiam allodialibus. An autem hæc pacta gentilitia seu familiaria valeant de hereditate & succedendo facta, merito in dubium vocari potest. Moribus tamen sunt recepta, verum iuri nostro minime consentanea, quamuis id putet *And. Gel. tor. c. 127. obs. lib. 2.* de quib. pactis & Hottom. *c. 72.* & alii quos hic adducunt. Responsio autẽ huius exceptionis est, quia

qui feuda moribus potius, quam ll. reguntur: vt passim feudistæ & in libr. feud. Exceptio hæc recepta est passim in regno Franciæ, Siciliæ, & multis partibus Germaniæ: quod de Sueuia *d.c.* 8 *n.*42. De Francia & Sicilia testatur Duar Francus *c.* 10.

IV. Exceptio est in pacto inuestituræ siue concessionis feudi posita: de qua exceptione est §. 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *feud.* & §. 3. *tit.* 8. *lib.* 1. & *lib.* 2. *titul.* 17. & 18: *Ardiron cap.* 137. *Curt. part.* 3. *membr.* 1. *Zas. d.c.* 8 *num.* 38. *Duar. d.c.* 10. *Pistor. d. lib.* 2 *quæst.* 35. *partis* 2. & *Sonsbecc. cap* 9. *nu.* 128. Ratio huius exceptionis est, quia potest dominus, id est, feudi autor & donator, rei suæ, id est, prędio in feudum dando legem adiicere, quam velit, id est, feudum dare alicui & constituere vel hac lege, vt & masculi & fœminæ succedant, suæ quisque rei, & in dando & in vendendo, aut altero contrahendo, atque in ea tradenda, legem, quam velit, dicere, *l.* 48. *ff. de pact.*

Verum hæc exceptio, quia in pacto, vt modo dictum, est posita: pacta autem siue leges sint variæ & multiplices, caute in hac exceptione est versandum. Nam interdum pactũ ita concipitur, vt in feudo succedant heredes vtriusq; sexus. Interdum vt succedant mares & fœminæ: de quibus cons. Hottom 38 & est § *quin etiam. tit.* 6. *lib* 1. Interdum ita, vt mares cum fœminis succedant, interdum ita, vt & fœminæ succedant, verum non nisi deficientibus masculis. *vt tit.* 17. & 18 *lib.* 2 *feud.* Cui par esse videtur & hoc pactum, vt nõ succedant fœminæ, donec mares supersint. Quod, si in feudi constitutione siue inuestitura, non fiat mentio fœminarum, huic exceptioni non erit locus: vt cum plerunq; in Germania nostra feuda conceduntur his ll. siue clausulis, zu Erblehen / vel zu Rechtem Lehen / vel zu Rechten Mannlichen / vnd auff Lehens Erben / vel zulehen / in Lehenschaffe weiß. Variis enim domini vti solent formulis in feudorum constitutionibus & inuestituris. Etsi enim ex illis ll. siue pactis fœminæ succedere possunt, graues tamen quęstiones ex eorum interpretatione pactorum sæpe exoriuntur.

Obtinuit tamen de pactis hæc definitio: Etiam his pactis interuenientibus, si masculus supersit, semper fœminas excludi. Nam hæc pacta: Titio & heredibus vtriusque sexus, aiunt feudistæ accipienda esse, ordine successorio vt loquuntur: & ita cautum videtur in *d.* §. *quin etiam. tit.* 6. *lib.* 1. & *tit.* 17. *lib.* 2. De ea lege siue pacto, quo feudũ datur Titio, & hæredibus, vtriusque sexus, ita tamen vt non nisi masculis deficientibus succedant fœminæ, non est dubiũ, quin mare aliquo superstite fœminæ excludantur. *c. de eo. tit. qui sibi & hæred. siue masc. & fœm.* Adeo vt si feudum ea l. datum, semel ad fœminam peruenerit, eaq; moriens, filium & filiam reliquerit, hi in feudo non concurrant, verum frater sororem excludat *d.c.* 1 Et ratio hæc adferri potest. Quia feudum, licet cum fœmina cõmunicetur†, non tamen naturam, ex prima origine, & constitutione inditam plane amittat: quæ natura est, vt mares fœminis præferantur: vt recte Aluarot. *ad d.c.* 1. Quin & fœminam, licet proximiorem hoc casu excludit mas, licet remotior. *d.c.* 1. & *in* §. *similiter. tit. de capit. qui cur. vend.* 43

Magna autem, & vt ait feudista, ingens fuit quæstio olim: An fœminæ, †quæ in feudo successit, filia, siue liberi sexus muliebris, in feudo succedere possint? Verum contra strictum ius obtinuit, ex æquitate, eas succedere. *titul.* 15. *lib.* 1. & *titul.* 30. *lib.* 2. Est & alia grauissima quæstio: An fœmina semel exclusa per mares, censeatur semper exclusa? de qua *Curt part.* 3 *membr.* 1 *quæst.* 37. *Zas. c.* 8 *n.* 38 *Sonsbec. c.* 9. *num.* 131. & *seq. Mynſ. cent.* 5. *obser.* 74. *Gail. lib* 2. *obs.* 148 *Fichart. consi lat.* 6. & *Hottom. cons.* 25. *V G.* Feudo, Titio, eiusque liberis maribus & fœminis concesso: Si Titius moriatur relictis filio & filia, cõstat inter omnes filium in feudo succedere & præferri filiæ. Verum finge filium paulo post mortuũ sine liberis, sorore etiam superstite, quæritur iam de feudo hoc, verum redeat ad dominũ 44

an ad filiam? Et pletiq; feudistæ aiunt redire ad dominum siue seniorem. Sed multi recentiores ad filiam pertinere aiunt. Imprimis *Sonsbec. Fichard Mynsing Hottom.ad.locis* illi igitur eam commenti sunt regulam in feudis vulgatem. Fœminam à feudo exclusam semel, censeri semper exclusam, & ècontrario semel admissam, semper admissam censeri.

45 Huc pertinet ea quoque quæstio: An † lege municipali siue statuto, semel ab hæreditate exclusa mulier, semper videatur exclusa, quam tractat *Gayl. d. obs.148 nu.6. & seq.* & recte alios secutus, ita distinguit: vt si simpliciter exclusa sit statuto fæmina, ab hæreditate, siue allode, siue feudo, semper censeatur exclusa, qualis olim fuit lex Voconia Romæ, de qua Hottomannus *in lib de ll.* Si vero statuto non simpliciter, verum ita, vt mulier non succedat, donec superetit masculus: Eo casu non censeatur semper & plane remota, verum admittatur deficientibus masculis.

Nam hæ particulæ, quam diu, donec &c. non plane ius & successionem tollũt, verum differunt tantum & suspendunt, argumento *l. vlt. ff. ad S.C. Tertull & l. Gallus. §. & si quid tantum. ff. de lib & posth. vbi & Bart. & alii.* Ad eundem modum putant & ad hoc pactum respondendum, quo feudum Titio eiusque hæredibus maribus & fœminis conceditur: vt se. mulier semel exclusa V. G. soror per fratrem, nunquam succedere in feudo eo amplius possit, nisi inquiunt, pactum ita conceptum fuerit, vt quam diu, vel donec superetunt mares, aut iis extantibus non succedat fœmina: quo casu concedunt, deficientibus masculis, fœminam, licet semel iam exclusam, ad successionem tamen esse admittendam. Verum hæc comparatio legis atque pacti huius, protinus est aliena, nam lex vetat, vt Voconia: mulierem succedere seu insti tui hæredem: pactum constituit his verbis: Titio, eiusque hæredibus masculis & fœminis.

Huius autem opinionis vulgaris fundamentum est positum, in c t §. *quin etiam. tit. Episc. vel Abbas.* Sed vna hæc authoritas talis farraginis non videtur tanti esse debere.

Deinde eius §. *quin etiam.* varia, & quidem triplex à feudistis sententia: ex quibus tribus interpretationibus, hæc est vna: Si hoc pacto datum sit feudum Titio eiusq; hæredibus masculis & fœminis: masculi extantes præferri. Et cum primus parens reliquerit, & filium & filiam, illo succedente, hanc vlterius non admitti, nisi illo tandem deficiente. Et hæc quoq; interpretatio *d* §. est cõsentanea. Cum enim dicitur eo tenore, iis verbis hoc indicat author, sententiam *huius* §. intra suos fines coercendam: atque cum §. pertinere ad hanc solam conuentionem, qua feudum datur Titio, eiusque hæredibus, & maribus & fœminis.

Præterea pugnat hæc sententia, cum ratione totius iuris: Pacta esse seruanda, & in feudis tenorem Inuestituræ esse spectandum.

Deinde in Allodis successione, ita ius est, vt semel exclusus, non idcirco semper sit exclusus. V. G Titius relicto filio & fratre moritur: Ei succedit filius: idemque postea decedit, superstite fratre patris, id est, patruo suo, ad hunc certe pertinet successio licet semel exclusum.

Præterea, neque in farragine feudistica vllus extat textus, præter illum ambiguum & incertum, neque vlla est ratio idonea huius regulæ, ex vno tantum incerto capite siue §. quin etiam excogitata. Verum de hac quæstione in vtramque partem videatur Sonsbec. & Fichart. itemque copiosiss Hattm Pist. *tota quæst. 36.* Excipiunt alii à sua Regula hunc casum: Si in exemplo proposito filius vasalli, post mortem eius, statim moriatur, tunc enim putant, filiam feudi domino præferendam, verum & hæc eorum exceptio, vt & regula, nullo iure nititur.

Adfer-

Adfertur & hoc loco alia quæstio. An † si vasallus, cui datum est feudum, vt etiam fœminæ in eo succedant, decesserit, relictis duabus filiabus, quarum altera, & ipsa postea marem, altera filiam habuerit, An inquam hoc casu, fœminæ mas præferatur? De qua quæstione veteres illi huius Farraginis authores inter se dissentiunt, Obertus & Gerardus *§ similiter. tit. 5. lib. 2.* verum Gerardi opinio obtinuit, marem præferri ex regula vulgari: Fœminas in feudis non succedere, extantibus masculis *tit. 17. lib. 2.* 46

Quæritur item, an † in eiusmodi feudo, vt fœmina, deficientibus demum masculis, succedat, si vasallus decesserit, relictis duobus filiis, quorũ alter postea moriatur, verum relicta filia, & superstite tamen altero vasalli primi filio, id est, huius filiæ patruo, an inquam huic filiæ portio patris in feudo debeatur, an vero succedat patruo? Et definitum est, *tit. 18 lib. 2* filiæ deberi. Adferuntur etiam aliæ quæstiones, quas videre licet *dd. locis.* vt apud Duaren. Zas. & maxime apud Pistor. V. G. An filiæ dos constitui possit ex feudo. 47

An legitima ei ex feudo debeatur. An filiæ, cum agnato litigando, de feudo, possessio sit attribuenda.

Atque hæc de parentum & liberorum successione feudali: Nunc de agnatis videmus, siue vt vulgo loquuntur collateralibus. Admonendum autem initio, falsum etiam, quod glossographi *ex § Vltim. Institut. de success. agn* non recte accepto, vulgo iactant: Agnatos ad decimum vsque gradum, cognatos ad sextum duntaxat succedere. agnati enim vt liberi succedunt in infinitum, vt recte dicit Bald. Etiamsi in millesimo sint gradu: Est enim vt liberorum, ita & agnatorum, id est, horum ductum ordinum successio. *ex l. 12. tab. init. titul. Instit. de hered. quæ ab intest. & titul. de legit. agn. success.* Est inquam eorum successio vere legitima, & proinde perpetua, vt & ipsæ leges, earumque vires & effectus sunt perpetui. *l. C. de rescript. princ.* Nec obstat *dict. § vltim.* Quia in eo non dicitur agnatos succedere ad 10. tantum gradum, non dicitur id, inquam, absolute, verum comparate, id est, comparatione cognatorum, de quibus ibi partim agitur, vt indicat ipse titulus *de success. cogn* quasi diceret ipse Imperator *in dict. §. vltim.* Cognatos in sextum vsque gradum succedere, agnatos etiam in 10. imo etiam in mille, vt ait Baldus, agens de regno Franciæ. Admonendum quoque hic Initio, quod est iam explicatum, feudalem successionem, vere & proprie non esse nisi vnam, liberorum scilicet nullam, scilicet etiam proprie parentum aut agnatorum, quia scilicet omnis feudorum successio respiciat primum feudi autorem, id est, eum, cui primo feudum à domino sit datum, ideoque in feudo cum succedit agnatus, non vt agnatus, verum vt vnus ex liberis primi authoris, succedit: id quod erudite demonstrat Hottomanuus *disp. de feud. c. 19.* Quod ipsum & in *libro iuris Saxonici*, quod *speculum* vocant, expressum est: quo iure, nulla est agnatorum in feudis successio *tit de feudis Lehenrecht/ c. 6. 31. & 32.* Et hinc est, quod apud Saxones, & alios eodem iure † vtentes Silesios, Pomeranos, &c. inducta est inuestitura simultanea, vt vocant gesambte Handt. *de qua est dictum.* Nimirum, vt agnatus, quia iure successionis ad feudum peruenire non potest, iure saltem inuestituræ ad id perueniat. Ad summam igitur. Si primus Vasallus spectetur, nulla fere est agnatorum successio feudalis. Si proxime defunctus vasallus sine liberis spectetur, cui agnatus succedit, eatenus successio agnatorum aliqua dici potest, vt vulgo est recepta. 48

Tertio hic quæri solet, Ad quem vsque gradum agnati succedant? Nam plerique interpret. ad 7. duntaxat eos succedere existimant: de qua quæstione & Mynsingerus *obseruat. 95. cent. 2. & copiose Pistor. quæst. 19 num. 26. & seq.* Sed dicendum, vt in Alode,

lode, de qua modo dictum, ita in feudo, agnatos in infinitum succedere primo auctore *§. hoc quoque obseruatur. tit de success. feud.* II. Hac ratione, quia, vt supra demonstratum, agnati succedunt, non vt agnati, verum vt liberi primi vasalli, siue eius qui feudum acquisierit. Nec obstat *§. hoc quoque sciendum, tit. qui feud dar poss. & dict. § hoc quoq; obseruatur.* Quibus partim nititur vulgaris interpret. opinio, de septimo tantum gradu, cuius *in dd.* §§ fit mẽtio. Nam de successione, iam initio huius capitis admonuimus, eam ex natura prima feudorum, nullam fuisse, verum postea demum inductam, adeo vt l. ad filios ea tantum fuerit concessa. & paulatim longius producta in ordine liberorum, quod idem & de ordine agnatorum recte dici potest, in eo quoque aliquandiu ad *7.* duntaxat gradum ab eo Gerardo autore expressum fuisse ex iure Longobardico, in quo septimi gradus ratio habetur siue septimi geniculi vt Longobardi vocant, & interdum feudistæ Longobard. filii l. 1. *tit. de success. in Lombarda.*

His igitur ita constitutis ac distinctis, non est opus longa tractatione de successione agnatorum feudali: Nam, vt in Allode, ita etiam in feudo, vasallo proxime defuncto, agnatus gradu proximus succedit, cũ hac tamen exceptione, nisi stemmatis & genealogię ratio & progressio repugnet, cuius in feudo ratio potius habetur quam gradus, qui solus, eiusq; proximitas in Allode spectatur. Hæc enim summe tenenda est differentia inter allodem & feudum, quoad successionem, vt est d. Nam in feudali successione, primo
49 tenenda est hæc regula: Eius successionis † ius, primi inuestiti personam non transcender-, *§ 3. tit. 8. lib. 1. & § 5. tit. 11. lib. 2. & tit. 50. V. G.* Ponatur Titius de feudo primus inuestitus, cuius quatuor sint filii, ad quos feudum æquis partibus ipso iure pertinet. Sed plerunque in famil. ercisc. solet vni, propter commoditatem obsequii, & hominii attribui, & adiudicari. *tit. 50 lib. 2.*

Finge igitur, Primo id Titii filio adiudicatum: Eius deinde morte ad filium eius, tum ad nepotem defertur, quo nepote sine filiis mortuo, feudum, ad reliq[...] Titii filios, vel eorum iam præmortuorum liberos iure successionis pertinere. *tit. 2 lib. 2.* Extinctis enim Titii quatuor filiis, eorumque posteris siue liberis, feudum non ad Titii fratrem aut fratris filios, siue nepotes, verum ad dominũ feudi reuertatur; qui dominus præfertur fratri, & fratris filiis, aut etiam patruelibus Titii, propter Regulam modo explicatam. Ius
50 successionis † feudalis non excedere personam primi Inuestiti. Huius tamen regulæ hæc est exceptio: Nisi pacto aliter conuenerit, V. G. vt Titio eiusque posteris ac liberis deficientibus, frater quoque Titii, aut alii eius agnati, in eodem feudo succedant. *lib 1. titul. 30. de benefic. fratris.* Adferuntur & aliæ exceptiones *d. tit.* 20. Hæc nimirum: Nisi feudum huius propria Titii fratris sit empta. Et hæc: Nisi fratres sint consortes, vnvertheilt. & his feudum vtrisque datum sit. Et hæc deniq;. Nisi vna eademq; expeditione pro Cæsare aut principe suscepta feudum id meriti fuerint. Licet hæ tres exceptiones dubiæ redduntur ex *§ 2. tit. 1. lib. 1.* vbi prima tantum exceptio confirmatur, vt feudum siue ius feudi sit cõmune, reliquis autem vt fructus duntaxat inter eos communicentur. Quod ad l attinet, ea, quia pacta ius successionis dant, in feudis est certissima. De tertia quoque vix dubitari potest. Nam & alia principis beneficia, si duobus fratribus consortibus data fuerint, altero fratre sine liberis mortuo, ad alterum pertinent. *leg. 1. C si liber. Imp* Est & altera, in hac feudali agnatorum successione, tenenda regula: Eam non tam gradu, quam stirpis prærogatiua niti. Quamuis enim & à feudistis prædicatur, graduum prælatio siue prærogatiua, & vt illi loquuntur prioribus. argumento *§. 3. tit. 56 lib 1. & § 15. Titium. titul. 26. lib. 2.* Verius tamen est vt sæpe iam dictum, in successione feudali, non tam gradus, quam stirpis rationem haberi. Non enim rato fit propter hanc rationem stirpis, vt qui

gradu

gradu est remotior, præferatur proximiori gradu, verum alterius stirpis V. G. Ponatur Titius primus inuestitus, & sub eo duo eius filii, ex quibus duobus filiis, duæ familiæ, verum eiusdem gentis siue stirpis Titianæ descendant, ac disparentur. Nunc si Titii filius primus Feudum paternum ex diuisione obtinuerit, & post eum duo quoq; sint filii, id est, Titio ex primo filio nepotes, tertius nimirum & quartus, cui quarto idem feudum ex diuisione obuenerit: Tunc deinde suo tertio ponatur item filius Tertii, id est nepos Titii & tandem ex eodem abnepos. His omnibus Tertio, Quarto, & Tertii filio, & nepote: Etsi Titii filius Secundus est prior, quoad gradum, quia tamen nepos tertii, id est, abnepos Titii, eiusdem est familiæ cum quarto, ad quem feudum vltimò peruenerat, excludetur filius Titii, ab eiusdem pronepote, & etiam abnepote, *§. Titij filius. 14. tit. 26. lib. 2.* Familiæ igitur aut generis habetur ratio potius quam gradus, non modo in successione feudali, verum etiam in aliis de feudo quæstionibus: vt in alienati feudi recuperatione: vi/in feudi repudiatione, siue vt vocant, refutatione. Iam verò quę supra in successione liberorum, de gradu, sexu & ætate sunt distincta, ea etiam in hoc agnatorum ordine accommodari quodammodo possunt. Nam I. qui eiusdem sunt gradus, æquis ex partibus succedunt in feudo, cum patruo. Sed quæritur, an fratris filii succedant in feudo cum patruo? Et receptum est succedere. *n. 2. tit. 2. lib. 2.*

Sed prius explicanda est regula in hac agnatorum successione. Eos † qui eiusdem sunt gradus, ex æquis partibus succedere. Quæ tam in feudo, quàm in Allode est recepta. 51

Eius tamen Regulæ sunt exceptiones, eædem quæ in liberis,

I. Nisi feudum sit eiusmodi, quod ad vnum duntaxat pertineat, vt sunt feuda indiuidua, siue maiora, videlicet Regna, Ducatus, &c. Eiusdem etiam generis feuda, quæ ad maximum natu pertinent.

II. Exceptio est. Nisi sit fœmina, siue agnata, quæ ab agnato excluditur.

Est & altera Regula. Proximiorem † ex agnatis in successione feudaria præferri. Quæ est etiam in Allode. 52

Verùm hic quoq; sunt exceptiones.

I. Nisi proximus sit ex alia familia, Remotior ex eadem linea. Semper enim qui sunt eiusdem lineæ præferuntur aliis agnatis, licet proximioribus, vt in exemplo superius allato, videre licet.

II. Exceptio est in fratris filio, qui licet remotior, id est, in tertio gradu, non remouetur à patruo, licet in secundo. V. G. Sint tres fratres iidemq; filii. Titii vasalli primi nimirum. 1. 2. 3. inter quos fratres facta patris Titii bonorum diuisione, feudum ad tertium peruenit. Nunc finge, primum relicto filio quarto, scilicet mortuum, & tandem mortuum etiam tertium, de cuius feudo iam quæritur, inter secundum & quartum, id est, inter fratrem defuncti tertium, & fratris filium. Olim in Allode, fratris filius excludebatur, vt in tertio gradu, per fratrem defuncti, vt in secundo *l. 2. §. 1. ff. de suis & legit.* Verum hodie non excluditur, atq; concurrit fratris filius, cum patruo suo, in allode defuncti patrui. *Nouell. 118. & 127.* iure vt vocant successionis, siue repræsentationis, quæ etiam in feudo tandem est recepta.

Verum, existit hic quæstio, An ea successio locum habeat in fratris filio, ex altero tamen latere coniuncto? In Allode, locum non habet. *Auth. cessante. C. de legit. hæred.* Verum cum in feudis spectetur tantum consanguinitas, id est, sufficiat esse, fratrem consanguineum, nec sit necesse fratrem esse ex vtroq; latere. Tamen cum patruo defuncti fratris, ex vtroque latere concurrere potest, nec ab eo excludi. De qua quæstione, ita quoque, in vtranque tamen partem disputans concludit Hartman. Pistot. *quæst. 43. lib. 2. part. 2.*

part. 2. Locum autem esse successioni in feudo perspicuum est, *ex* §. 2. *tit* 2. *lib.* 2.

Huic autem quæstioni non est absimilis ista de fratrum filiis, inter se succedentibus,
53 vtrū in stirpes † an in capita, succedant in feudo? vt in priori exemplo. Si frater primus vnum, Secundus decem filios reliquerit, & tandem moriatur tertius frater sine liberis, cui succedant illi, & vnus primi, & decem secundi filii. Vnus ille dimidiam totius feudi partem petit, contra decem illi contendunt, huic vni non dimidiam, verum vndecimam tantum partem deberi. Et quia in hac quæstione feudum non differt ab Allode, explicanda erit ex iure ciuili.

54 Verum in eo inter glossographos, magna est controuersia de Allode. An vel † vtrum inter fratris filios in stirpes an in capita fiat successio. Azo in capita, Accursius eius discipulus in stirpes fieri existimat. Et Accursii sententia à Bart. aliisq; plerisque recepta fuit. Sed tandem verior sententia Azonis vicit. *Nouell. Imp. Carol. V. scripta Spira A.* 1529. Quæ sententia confirmatur satis etiam argumento *leg.* 2. § *hereditates ff. de suis & legit. hæred.* Et perspicue atque diserte à Caio IC. *in libello LEX DEI, nuper edito titul. vlti. de ea quæst. late. Zas. Illustr. sing. cap.* 7. *& cons.* 4. *libri. Mynsing. centur.* 3. *obs* 95. *& Geil.* Sonsbeccius tamen conatur vulgarem sententiam tueri. *lib. de feu. ti. de success.* verum eius argumenta facile refelli possunt. Videatur latissime in vtraque partem disputans Tessalanus *decisione Pedemont.*

Ex his intelligi possunt differentiæ inter hos duos ordines liberorum & agnatorū in successione feudaria, quamuis proprie agnatorum sit nulla. *vt sup. dict.* Nam I. Liberi succedūt in omni feudo tam vetere, quam nouo, agnati nō nisi in vetere, nisi extra quam si aliter conuenerit.

II. Quod liberi succedant in infinitum, agnati vsque ad 7. gradum. Verum hoc supra refellimus, neq; receptum est in Germania. III. Quod liberi in successione Allodem paternā à feudo separare non possunt, agnati possunt. *c.* 1. *in fin. tit.* an agnat. vel fil. Eaq; est omnium interpret. communis sententia, *ad d. c.* 1. *& ad c.* 1. *tit de eo q. sibi vel hæred.* Ratio-
55 huius differentiæ ad explicandū est perdifficilis. Et Cuiacius reprehensis aliorum rationibus, hanc adfert, *ad l.* 54. *lib.* 4 *feud.* Quia † agnati capiant feuda non vt hæredes, verum vt gentiles, & procreati à primo feudi autore: liberi autem ea capiant vt liberi.

Verum eam quoque rationem recte Hottomannus reprehendit, quia, vt sæpius iam dictum in feudis, si quæ est successio, ea est non vt proximi defuncti vasalli, verū vt primi acquirentis: Et in feudis semper spectatur ipse dominus q. donator vel auctor feudi, ideoque & semper inuestitura est renouanda. Ipse tamen Cuiac. *in fine* hanc adfert *rationem:* Quia filius siue liberi feudum capiant saltem secundario per patrem eiusq; beneficio, quemadmodum nepos per patrem dicitur affici beneficio. *l.* 10. *si ex patronis. ff. de bon. libert.* Quare filius qui patris beneficio feudum quodammodo consequitur, non debet eum lædere, at læderetur patris memoria, si eius hæreditate repudiata bona venderetur à crediroribus. §. 1. *Inst. qui & quibus ex causis manum.* Mihi huius sententiæ nulla videtur alia esse ratio, quam reuerentia quæ parentibus debetur, agnatis non debetur, verum hæc tamen ratio non est idonea ad tantam in successione differentiam inducendam. Ideoque eam dico seu puto pugnare cum ratione iuris. Sunt autem hæc duo bonorum genera Allodis & feudum ita inter distincta, vt Allodis beneficio defuncti ad hæredē, feudum beneficio domini ad vasallum pertineat.

Quemadmodum de quarta D. Pii & de portione Patroni *supr. dict.* est, eas vt æs alienum deberi, non vt hæreditatem. Verum hæc tamen differentia vsu est recepta, quam &

ista

Ista consequitur: Quod liberi † debita antecessoris vasalli, id est, patris sui soluere cogantur, agnati non cogantur, siue feudum; & hæreditatem siue Allodem agnati adierint. Adferuntur autem exceptiones aliquot, quibus & liberi feudum solum capere possint, repudiata patris allode, à Zasio decem. *Epit. de feud. c. 8. n. 8. & seq. ad 15.* Ab aliis plures: Verum mihi magis probantur septem, quas adfert Baro à Tautenberg ad *tit. 23. lib. 3. feud.* Atque hæc de agnatis, quos diximus proprie non succedere in feudis. 56

De cognatis iam quoque dictum est, & certi iuris, eos à successione feudaria excludi, quia per fœminam veniunt, quas constat feudorum non esse capaces, & proinde nec ex ipsis progenitos.

Reliqua est successio coniugum, † qui iure prætorio in allode succedunt inter se *l. 1. C. Vnde Vir & Vxor.* Verum in feudo non succedunt *tit. 15. lib. 1.* Nisi maritus fuerit specialiter inuestitus, *d. t. 15.* Potest quidem feudum in dotem dari marito, verum, mortua muliere sine filiis, non maritus verum senior feudum capit, vt iure ad se reuersum & apertum, *tit. 12. lib. 1. & tit. 13. lib. 2.* Ratio differentiæ, cur in Allode succedant coniuges, in feudo non succedant, est hæc: quia feudum est beneficium senioris, & gentilium, Allodis autem est singulorum proprium patrimonium, in quo plus nobis licet, quam in feudo, id est, beneficio alieno. 57

Superest successionis species Conuentionalis, cùm scilicet pacto & conuentione successio alicui cōceditur. Quæ species. iure quidem ciuili improbatur, *l. 15 C. de pact.* Sed moribus totius ferè Europæ est recepta, maximè pactis dotalibus, quibus & hæreditas interdum & q. legata relinquuntur. Itaq; moribus tres sunt iam † hæredum species: Testamentarius, legitimus, & conuentionalis in Allo de, in feudis autem est successio, & legitima & conuentionalis: testamentaria non item, vt est dictum. Et de conuentionali iam est dictum *supra*, vbi de variis pactorum generibus, quibus defertur successio feudaria. Postremo quæritur, an in feudis. siue successione feudorum, sit locus iure accrescendi: *de qua quæst. Zas. n. G.* Si duo eiusdem feudi sint conuasalli, quorum alter partem feudi sui amittat vel deficiendo vel delinquendo: quæritur, vtrum per ea, conuasallo an domino siue seniori competat? vel si duo simul de feudo sint inuestiti, idq; vni tantum obueniat, altero eorum deficiente, feudum ad dominum redeat, an ad simul inuestitum? vulgo interpretes ita distinguunt: vt in feudo veteri, locus sit iuri accrescendi, in nouo non sit. Verum hæc sententia rectè reprehenditur ab Hottomanno. *cons. 30. n. 13. & aliquot seq.* vbi demonstrat in feudis non habere locum ius accrescendi his argumentis. I. Quia ius accrescendi in hæreditatibus tantum & legatis sit receptum, & inductum. *l. 1. C de caduc. toll.* Non vero in contractibus & donationibus inter viuos, argumento *l. 110. Similis vbi Bart. Iason. & alij Glossogra.* copiose id tractant *de V. O. & Duar. lib. 1. de iur. accresc. c. 15. & seq.* Feuda autem sunt donationes, quædam, ex prima inuestitura siue concessione pendentes: Sunt beneficia, non autem hæreditates aut legata, non ex testamento aut successione propriè pendentia, vt supra demonstratum. II. Quia post emolumentum alteri iam quæsitum, non est locus iuri accrescendi. *l. 1. in fin. ff. de vsufr. accresc. l. aquam. §. vlt. ff. quemadmodum seruit. amitt. l. si minor. ff de acquir. hæred.* At in feudis, si duo sint vel conuasalli, vel simul inuestiti, vtriq; ius est quæsitum, ex ipsa inuestitura, vel ipsi quoq; domino. Nam † ius in feudis ita est, vt deficiente vasallo id recidat ad dominum. *c. 1. tit. de success. March.* Quare si inter duos agnatos, eiusdem gradus feudū sit diuisum, & alter deficiat, pars eius ad alterum agnatum quidem pertinebit, nō iure accrescendi, verum iure inuestituræ & stirpis siue gentilitiæ, si alter deficiat, pars eius ad alterum agnatum pertinebit. 58 59

DISPOSITIO CAPITIS XI. ET XII.

CAPVT XI. Acquisitionis tria genera.

- *Inuestitura quæ potius ad constitutionem feudi pertinet, vt supra explicatum.*
- *Præscriptio, siue vsucapio, ad quam tria necessaria.*
  - *Possessio 30. annorum.*
  - *Possessio animi vasalli.*
  - *Seruitus semel atq; iterum præstita.*
- *Successio. Capit. XII. Qua triplex est.*
  - *Testamentaria. Hæc in feudo locum non habet.*
  - *Legitima, cuius tres sunt ordines.*
    - *Parentum. Hi non succedunt in feudos.*
    - *Liberorũ. hi succedũt ratione*
      - *Iuris sunt enim vel*
        - *Iusti.*
          - *Naturales, in quibus cõsiderãdum.*
            - *Gradus*
              - *Filius, & Nepos. hi enim in infinitum succedunt.*
            - *Ætas, vt Natu*
              - *Maior.*
              - *Minor.*
            - *Sexus, vt*
              - *Filius, Filia. Nepos ex his natus.*
          - *Adoptiui*
          - *Emancipat.*
          - *Legitimati per*
            - *Matrimonium.*
            - *Principem.*
        - *Iniusti*
          - *Nothi.*
          - *Spurij.*
      - *Sexus.*
      - *Gradus.*
    - *Agnatorum, vbi vasallo proximè defuncto, agnatus gradu proximus succedit.*
    - *Cognatorum: hi quoniam per fœminam veniunt: feudorum non sunt capaces.*
    - *Coniugum: hi inuicem non succedunt in feudis.*
  - *Conuentionalis. Hæc species iure ciuili improbatur. Moribus tamen præsertim in pactis dotalibus maximè recepta est.*

CAPVT

CAPVT XIII.

De iure Vasalli & senioris in feudum.

Svmmaria.

1 *Ius Vasalli duplex, personale & reale.*
2 *Liberti obligatio grauior, quam vasalli.*
3 *Libertus debita opera nõ nisi exigenti praestat.*
4 *Differentia inter lautiorem Vasallum & tenuiorem, ita Vt hic suis, ille domini sumptibus praestare operas cogatur.*
5 *Vasallus an domino in omni bello & causa operam debeat.*
6 *Et quid si extra territorium dominus bellum gerat.*
7 *Iura Vasalli in feudo realia.*
8 *Vasallus alienando feudum punitur, vsufructuarius non item.* & seq.
10 *Alienationis Verbo testamentum quoque continetur.*
11 *Regula, de non alienando feudo à Vasallo, exceptiones.*
12 *Agnatorum Vasalli consensus an in feudi alienatione sit necessarius.*
13 *Vasallus an ob extremam necessitatem inuito domino feudum possit alienare.*
14 *Feudum an casu extrema necessitatis alienatum à vasallo, an ab agnatis possit reuocari.*
15 *Ius senioris in feuda duplex, reale & personale.*
16 *Vasallus praeter fidem & operam, etiam domino laudemium debet.*
17 *Refutatio, siue renunciatio feudi.*
18 *Vasallus feudum domino renunciare potest.*

Et hac de re iam est explicatum, vbi de natura feudi, quia tamen, post feudi constitutionem & acquisitionem, solet ab interp. & non alieno loco postea explicare, de feudi iam constituti & acquisiti iure & effectu, vt videre est apud Ardiron. *c.* 48. *&* 148. *Zas. c.* 7. *Sonsbec. c* 10 *&* 11. *Hanneton. lib.* 1. *c.* 7. 9. *Duar. c.* 12. *&* 13. *Hotom. c.* 50 *&* 9. *seq.* Nos quoq;, verum breuiter, de eo hic explicabimus. Et primo quidem de iure vasalli, posterius de iure Senioris. Ius igitur vasalli, †siue si vasallum spectemus, est duplex, vnum personale, alterum reale. Personalia autem Iura sunt duo potissimum. I. Obsequium & reuerentia ac fides. II. Opera militaris. *lib.* 2. *tit.* 21. *tit.* 26. *§* 23. *& tit.* 34 *§.* 4. *& eodem lib. tit.* 22. *de milit. Vasall. qui contumax.* vbi reuerentiae fit mentio. De fide autem iam supra dict. vbi de inuestitura & iureiurando vasalli. 1

Nam seniori I. Debet vasallus obsequium reuerentiam ac fidem, d. t. 22. & proinde contra seniorem vasallus neque famosam actionem instituere, neque testimonium dicere potest. *Aluarot & alii ad d. l.* 22. & de testimonii dictione, *& tit.* 33. *de consuet. Recti feud. lib.* 2. Quamuis ibi ius incertum sit relictum, vtrum in sola causa criminali, an vero etiam in ciuili testis vasallus contra dominum consistere non possit, mihi absurdum videtur, vt in ciuili causa prohibeatur testimonium, cum ne liberto quidem id prohiberi videatur, verum tantum in criminali, *l.* 12. *Libertorum. C. de testibus. l.* 4. *ff. eod. l pridem ff de constitut.*

Multo †autem grauior est liberti obligatio quam vasalli: quare nec puto verum esse, quod Zasius & alii contendunt, vasallo non licere contra dominum instituere actionẽ, non quidem famosam, sed quae tantum suggillat famam patroni, vt est cõdictio furtiua: vt est interdictum vnde vi. Libertis haec sunt licita: verum ab iis multũ differunt vasalli. Ideoq; verius est posse seniorem à vasallo sine venia in ius vocari, quam vis patronus à liberto non possit. *l* 4. *ff. de in ius Vocando.* Verum de vasallo varie iudicatum Spirae. Semel 2

non posse teste *Hartman.lib.2.obs.tit de feud.n.45.* Et postea posse teste *Mynsing.cent 4.obs.* *42.& Geyl.de pign.obs.15.n.4.*

Quod ad operam militarem attinet de ea I. hoc est certum, eam vasallum non teneri præstare nisi vocatum. §.1.*tit.21.lib.1.& §.8.& 18.tit.26.lib.2 & tit.28.& 39.§.4.* Exemplo

3 liberti, qui patrono † debitas licet operas non præstat nisi exigenti. *l.22.ff.de oper.libert.* Excipitur casus summi periculi, in quo vasallus domino laboranti succurrere debet etiam inuocatus ἀκλήτως. *c.1.§ licet.tit.si de feud def.cont.*

Deinde, sumptibus non nisi domini, excepto feudo lautiore, quo casu suis sumptibus

4 vasallus operam domino præstare debet: Sic enim vulgo distinguunt inter vasallum † lautiorem & tenuiorem, vt ille suis, hic domini sumptibus operam præstare teneatur. Eadem est quæstio de liberto. *l.suo victu & rebus ll.seqq.ff.de oper.libert.*

Verum, vt in aliis, ita & in hoc articulo mores potissimum dominantur: vt in Germania suo sumptu vasallus ad comitatum principis venire debet.

III. Quæri solet, an in † omni bello & causa, operam hanc vasallus domino debeat? Et

5 obtinuit, in omni causa iusta, vel etiam dubia, debere. §.*1.tit.28.lib.2 & tit.7.* vbi egregie Cuiac. & Hottoman. quærunt, an etiam contra patrem aut liberos, aut fratres, aut patriam denique vasallus hanc operam seniori præstare teneatur? *qua de re videatur Sonsbec.11.*

6 Quæritur † etiam, an, & extra territorium bellum gerenti, eandem operam debeat vasallus, eumq; sequi teneatur? Et aiunt teneri, verum sumptibus domini, *Aluaret.ad c.1. tit.de nou form fidel.* Atq; hæc breuiter de vasalli iure personali.

7 Iura autem eius † in feudo realia, sunt hæc. I. Quasi dominium: & proinde omnis rei feudariæ vtilitas & fructus, etiam incrementum alluuionis ad vasallum pertinet, quamuis de eo pugnantes loci, in hac farragine videantur relicti, vt videre est in §.6 *tit.4.lib.1.* *& in §.3.lib.2.tit.28.Itemque in §.3.tit.8 lib.2.* Qua in re differt vasallus à fructuario, ad quem non pertinet alluuio. *l.15.ff de vsufr.*

Secundum ius est possessio eaque ciuilis, vt §.*2.tit.1.§.vlt.tit.8.§.23.tit 26.& tit.43, lib. 2.* Hottomannus tamen putat, eam esse naturalem. *c.34.in disp.de feud.* vt est possessio fructuarii. *l.12.naturaliter ff.de acquir poss.* Verum, vt iam *supra* demonstratum, longe plus iuris habet vasallus quam fructuarius in rem fructuariam, est enim quasi dominus.

III. Vasallus potest feudo siue prædio feudario acquirere & imponere seruitutem, verum ita demum, quam diu eius manet feudum § *pen tit.8.& §.pen.tit.28.lib. 2.* nam perempto iure authoris, ius quoq; successoris perimitur, vt vulgo aiunt *l 15 ff de pign.*

IV. Ius habet rei & retinendæ & dimittendæ, siue remittendæ ac cedendæ ipsi domino, vulgo vocant refutare feudum. Retinere inquam eam, nec per dominum ei inuito adimi, non ex certis causis, *de quib. infr.* Adeo, vt dominus inuito vasallo, non possit feudum vllo titulo alienare & in alterum transferre. § *1.tit.21.lib 1.& §.2.tit. 27.* De iure autem refutandi feudi, id est, remittendi id domino est *tit.9.lib.2.& tit.29.§.1 eod.lib.de quo copiosius feudista, vt Sonsb part.12.Hottom.disp.de feud.c.38 Mynscent.5 obs.65.*

V. Ius est transmissio ad hæredes: quamuis, vt est explicatum, in feudis vix sit successio hæreditaria, verum gentilitia potius, vt scilicet feudum ad omnes vasalli posteros deuoluatur. *tit.8 lib.1.tit.11.15 26.& 31.lib 2.*

VI. Est iure & melioranda & mutanda: Potest enim vasallus rem feudariam meliorare & qualitatem ac formam ædium mutare, in prædio noua ædificia extruere, quod fructuarius non potest. §.*pen.titul 8.& § vltim.tit.28.lib.2 l.7.& l.13.§ verum si adium.ff.de vsufruct.*

VII. Po-

VII. Poteſt vaſallus feudum alteri dare in feudum, quod vocant ſubfeudare. Quamuis Hottomannus *ad tit. 55. lib. 2.* contendat ex conſtitutionibus Friderici, id vaſallo amplius non licere, quia ſubfeudatio ſit quædam alienatio, omnis autem alienatio, ea lege ſit prohibita vaſallo: Verum prior ſententia vſu eſt recepta.

VIII. Habet vaſallus ius litigãdi, id eſt, actiones feudarias exercere poteſt feudi nomine, vt maritus rei dotalis *l. doce. C. de rei vend.* Poteſt igitur vaſallus, seniore etiam ignorante de feudi iure & agere, & conueniri, vt litis quoq; cauſa tranſigere. *§. 2. tit. 8. & §. 24. tit. 26. lib. 2.* & cogitur ſenior iudicium & tranſactionem hanc ratam habere. *dd. locis.* quod tamen mirum videtur *Hottoman. c. 39. diſp. de feud.* tum quia rem, inter alios actam, nemo ratam habere cogitur, tũ quia de proprietate actio ad ſeniorem potius, cuius eſt proprietas *§. 3. tit. 8. lib. 2.* pertinere videatur *l in rem 23 ff. de rei vend.* Et ſane de proprietate, quod vaſallo lis permittatur, valde nouum eſt: aliæ enim actiones, quæ dominis dantur, vt aquæ pluuiæ, vt ſerui corrupti, vt l. Aquiliæ, vt arborum furtim cæſarum, & ſi quæ aliæ, quin vaſallo competant, non eſt dubium, quia eſt q. dominus: Dari autẽ illa etiam q. dominis ſolent, quamuis actio furti huc proprie non pertineat, quia eſt rerum mobilium, & feuda plerunq; immobilium. Credo tamen vaſallo iudicium de proprietate permitti, vt marito in re dotali. *d l. doce. C de rei vend.* Atque hæc fere ſunt Iura realia. Contra autem non poteſt eam facere deteriorem, vt remittere ſeruitutem, prædio feudario cõpetentem *§ 3. tit. 8. lib. 2.* Non poteſt quoque de eo teſtari vt ſupra explicatum. Deinde, non poteſt ius ſuum aut prædium feudarium alienare: De quo iure alienationis plerique interpretes diligenter explicant: vt *Ardiro. c. 98. Curt. part. 4. cauſa 41. Zaſ. part. 3 n. 12. Sonsbec. part. 12. n. 50. & ſeq. Duar. c. 12. Hottom. c. 18. Mynſ. cent. 4. obſ. 85. Gayl. lib. 2. obſ. 1. 36. & 117.* Nos breuiter de hoc iure alienationis videamus.

Ius igitur hoc eſt: Feudum à vaſallo † alienari non poſſe: *tit. 9. num. 55. lib. 2.* de quo iure hæc ſunt conſideranda. 8

I. Olim potuiſſe feuda ex parte ſaltẽ alienari, aut certe in Emphyteuſin dari atq; oppignorari *d. t. 9.* Verum conſtitutionib. Imp. Lothatii III & Friderici I. omnis feudi alienatio eſt prohibita vaſallo: vtriuſq; conſtitutio extat partim *lib 2 feud.* partim in libello II. Franciſcarũ & in Lombarda, graui pœna & vaſallo conſtituta, & Notario, huic quidẽ infamiæ, & manus præcidẽdæ, illi vero feudi amittẽdi. ſiue pœna cõmiſſi, de qua *inf. c. prox.*

II. Ratio huius iuris, id eſt, prohibitæ feudi alienationis adfertur ab ipſis Impp. hæc, ne vaſalli ſiue milites, feudo, eiuſque fructibus, per alienationem in alium translatis ipſi egeant, & ob egeſtatem neq; operam ſeniori debitam præſtare, neq; ſtatum aut familiam ſuam tueri poſſint. Eſt enim rerum agendarum, tam ciuilium quam militarium, optimũ organon patria. Eſt & altera huius iuris ratio: quod alienatione vaſalli noceatur domino ſeu ſeniori, cui ſeniori feudum morte vaſalli aperiri & cedere ſolet, qua de cauſa nec fructuarius extraneo ius ſuum cedere poteſt, *l ſi vſuſr ff. de iur. dot.* Verum vaſallus † alienando punitur, fructuarius non punitur, id ẽſt, non amittit vſufr. verum nihil agit cedendo vſumfructum extraneo *d § finitur.* Differentiæ hæc eſt ratio, quia vaſallus ſeniori debet reuerentiam, fructuarius domino non debet. Ideirco vaſallus, ſi alienet inconſulto domino, propter contemptum pœna dignus videtur *infr.* 9

III. Hoc ius locum habet in omni feudo, tam nouo quam vetere, tam in parte quam in toto *d. tit. 55. lib. 2.*

IV. Alienationis verbum, quod interdum ſtricte de ſola emptione accipitur *vt inl. 3. Cod. de iur. Emphyt.* hic latiſſime eſt accipiendum. Nam I. Neque donare ius hoc ſuum vaſallus poteſt, ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa, aut per legatum. §. donare, quia

quia & dos species est alienationis. *l. pen. C. de donat. int. viuos.* vt & legatum *in. in. tit. Inst. de legat.* Nam & alias qui alienare rem prohibetur, nec eam in dotem dare potest *leg. 4. de plagia.* Verum de dote videantur cum alii, tum *Mynf. obs. 96. & Clar. § feudum, quæst. 36.* vt autem in dotem, ita in donationem propter nuptias, aut dotalitium dari non potest, vt diserte cautum in *Spec. Sax. lib. 3. art. 65.* II. Vendere non potest, quia & hoc est alienare. *l. Vlt. C. de reb. al. non al.*

10 V. Alienationis verbo † continetur & testamentum, quod constat esse modum acquirendæ Rei. Verum de testamento iam ante dictum, ei non esse locum in feudo, & satis explicatum. Atq; hæc de verbo alienationis, quæ eo contineantur in Regula de feudo proposita, Non posse id alienari.

Sunt quædam, quæ videantur contineri & tamen non continentur, atq; ab alienatione distingui solent. Verum subfeudatio & refutatio, quæ duo, quia differunt ab alienatione, permissa sunt vasallo. *de quibus inf.*

21 Etsi autem hæc regula de non alienando feudo late patet, eius † tamen quædam sunt exceptiones.

I. Est, si consensu domini fiat alienatio. Consensus autem hic intelligendus est, siue initio, siue ex post facto, qui ratihabitio dicitur, adhibitus fuerit.

Verum quæritur, vtrum expressus requiratur, an sufficiat tacitus? qua de quæstione tamen *Mynf. centu. 4. obs. 87.* & vulgo obtinuit, tacitum sufficere, quemadmodum & ratihabitionem sufficere diximus. Zasius tamen contendit tacitum non sufficere *part. 7 in princ.* Eius hæc est ratio, quia magnum domini versatur præiudicium. Et quia *lib. 2. ti. 55.* fiat mentio licentiæ, quo verbo expressus fere consensus intelligi solet. teste *Bald. ad l. obseruare § proficisci ff. de offic. proconf.* licet hæc argumenta leuiora mihi videntur, & proinde vulgatis interpret. tum sententia sequenda, quæ & moribus recepta est, teste Gail. *lib. 2. obs. 36.*

22 Quæritur hoc loco de agnatis vasalli, an † eorum quoq; consensus sit necessarius? Et recte vulgo distinguitur inter feudum nouum & antiquum, vt in hoc antiquo sit necessarius, in illo non sit. De qua distinctione feudi pleriq;. *Zas. Sonsbec. & c. Mynf. obs. 65. cen. 4. Gail. lib. 2. obs. 50.* Distinctionis hæc est ratio, quia in vetere feudo agnatis ius est quæsitũ, in nouo non est, nemini autem ius suum inuito adimi potest. Plane quod dictum est de consensu domini, eum esse necessarium, casus quidam afferuntur, quibus non sit necessarius.

I. Si ita moribus sit receptum, vt sine domini consensu feudum alienetur. Hic in Bauaria, & Sueuia, vt Zasius testatur: quamuis ea consuetudo pugnet cum ll. & constitutionibus Lothatii atque Friderici. *tit. 54. & 55. lib. 2.*

Et hæc quoque sit altera exceptio de non alienando feudo, videlicet nisi morib. aliter sit receptum. Alter casus, quo non requiritur consensus domini, tertiæ Regulæ exceptio est. Si ea lege & pacto feudum fuerit constitutum ac datum vasallo, vt possit ipse eiusque successores id alienare, & in quemlibet transferre *c. 1. de feud. non hab. prop. natur. feud.*

Tertius casus, quæ recepta est exceptio, adfertur vulgo hæc, si alio nomine feudũ fiat melius, & conditio ipsius domini siue ius senioris. de qua Exceptione, *Pet. Duennat. Hisp. lib. Reg. 4. limit. 8.* Sed hæc exceptio recte improbatur, & refellitur diligenter à Bartholomeo Cametario: *ad tit. 55 libr. 7 feud.* tum quia domino feudum siue ius suum, in feudo quod habet, alienare non potest, etiam cum vasalli vtilitate, tum quia ea, licet cum meliore conditione facta alienatione, dominus tamen læditur in eo, quod videatur contemptus à vasallo, qui eius voluntatem requirere debuerat.

Adse-

Adfertur & quartus casus, videlicet si vasallus feudum non in extraneum, verum in proximum agnatum transferat: eo enim casu, non est necessarius domini consensus *c. 1. §. verum etiam res. tit. per quos fiat inuest.* Verû hæc non tam est alienatio, quam quædam q. refutatio, siue renunciatio feudi, cum in eadem gente aut familia remaneat: & dicitur q. refutatio *in tit. 32. in fin. lib. 2.*

Quæritur, an ob externam † necessitatem aut famis aut mortis præsentis, aut periculi, possit feudum, inuito etiam domino, alienari à vasallo? Et ait feudista, non posse. *c. 1. §. necess. tit. qual. olim. feud. alien poss.* Excipitur hic casus, si vasallus tali necessitate pressus, domino denunciarit, nec tamen velit dominus, aut feudum emere ipse, aut vasallo in alienationem consentire. Hoc enim casu feudistæ misero vasallo alienationem concedunt, de quo videatur *VVormbs. tit. de feud. obs. 19. & 18.* Verum quæritur, hoc casu, † an ita alienatum ex necessitate, non possit ab agnato postea reuocari. De qua quæstione Tesellanus *decis. 19. & Mynf. obs. 30 cent. 6.* vbi docent reuocari posse, nec agnatis præiudicare eam alienationem. Atque hactenus de iure feudario, quoad vasallum, tam personali quam reali. 13 14

Nunc breuiter reliquum est, de iure † quoad seniorem. Quod item est duplex, personale & reale. Nam debet dominus siue senior vasallo fidem atque beneuolentiam: adeo vt etiam dominus feudum amittat, ex mala tractatione & perfidia in vasallum. *tit. 24. §. 24 & tit. 47. lib. 2.* Obsequium tamen vel obedientiam dominus vasallo non debet, verum fidem duntaxat & tuitionem. 15

Reale autem ius domini dicitur vulgo directum dominium, de quo quæri solet, an id alienari possit inuito vasallo? Et aiunt non posse, nisi cum vniuersitate territorii, id est, non posse speciale prædium, in quo est feudum, alienare, nisi vniuersum territorium, siue imperium totius Regionis, aut districtus alienet. Multa namque per vniuersitatem transeunt, quæ per se, & singula transire vel alienari non possunt. *l. 61. quædam ff. de acquir. rer. domino l. 1 ff. de fun. dot.* Atque ita de feudis interpretes consentiunt, à domino singula alienari non posse inuito vasallo, cum vniuersitate posse. *ad ti. 55. §. præterea ducatus. lib. 2. Clar. §. feudum quæst. 28* Quod autem Hottomannus *quæst. 1 illustr.* putat à principe vt à Rege, nullam regni aut principatus partem alienari posse, inuitis subditis, huc proprie non pertinet, quia aliud est ius subditi, aliud vasalli. Huc pertinet, quod vt vasallus, ita & senior siue dominus, certis ex causis suo iure excidat: vt si male tractet vasallum eiusque subditos. *qua de re infr.*

Quæri hic solet, an † Vasallus domino, vt fidem, obsequium & operam debet, ita & introitum siue arbitrium debeat, vulgo vocant Barbare Laudemium, nos Handlohn? In Emphyteusi constat deberi *l. 3. C. de Iur. Emph.* Verum in feudo, quia est beneficium, iure non debetur: moribus tamen, quod in Emphyteusi est constitutum, ad feudum quoque est porrectum, idq; pro regionibus varium siue arbitrarium. In Emphyteusi certum est hoc arbitrium siue Laudemium: videlicet. 50. *pars prædii.* Hic in Bauaria Nobiles præstant pro introitu siue arbitrio 7. aureos, reliqui vicesimam partem. 16


Reliquum est de Refutatione † feudi, ius inquam vnum, ex iis quæ ad vasallum pertinent. sic enim Barbarice dicitur, quæ Latine cessio seu renunciatio feudi: de quo renunciationis & cessionis iure videatur *tit. 9. in fin. tit. 14. tit. 26. §. vlt. tit. 39. §. 1. & tit 49. lib. 2.* Et pleriq; feudistæ aliiq; interpretes, vt Afflict. *ad c. 1. n. 42. & seqq. tit. de Vasall. Zas. c. 10. n. 84. & seq. Sonsbec c. 12. n. 113. vsque ad 131. Duar. c. 12. n. 18. & c. 16. n 2. Curt. part 4 quæst. 32. Mynf. cent. 5. obs. 65. Pinell. ad l 2 C de rescind. vend. part. 1. n 2. & ad l. 1. C. de bon. matr. part. 2. Verf. limi. 8. & copiose, Iason. ad l. 2. C. de iure Emphyt. n. 24.* 17

Est autem hæc refutatio siue cessio ius vasalli, quæ feudum domino cedit etiam inuito, quod Emphyteutæ non licet, *l. 3. C. de feud. patrim. lib. 11.* Fructuario licet, qui potest prædium fructuarium relinquere, inuito etiam proprietario. *l. 61. ff. de vsuf.* Potest igitur
18 vasallus feudum renunciare domino † tum quia magistratus non potest officium. Qua de re *lib. 7. de Repub. Bodin.*

Ratio tamen decidendi, id est, cur vasallus possit, hæc est, quia vasallus domino licet obligatus, etiam ad personalia iura, vt obsequium & operam, tamen, ob prædium duntaxat, ad ea tenetur; non igitur reddito, euanescit officium. Vt igitur ob officium datur beneficium, ita è contrario, ob beneficium præstatur officium, atque ita altero cessante cessat & alterum. Nec obstat exemplum de Emphyteuta, quia is ad fundum meliorandum accipit, quod est ius ad fundi vtilitatem pertinens: vasallus ad meliorandum & colendum non tenetur. Proprie autem hoc ius cessionis siue refutationis habet locum inter vasallum & seniorem, impropie inter vasallum & agnatum, cui si vasallus vendat vel donet feudum, quasi refutatio dicitur, *tit. 39. in fin. lib. 2.* De quo cessionis iure videndi sunt Doctores modo expositi, vt & de iure subfeudationis, de quo tamen *supra* dictum. Nos Germani vocamus Affterlehen.

DISPV-

DISPOSITIO CAPITIS XIII.



CAPVT XIV.

De modis amittendi feudi.

SVMMARIA.

1 *Feudum quomodo amittatur.*
2. *Causa iuxta authorem, duodecim, quibus vasallus feudum amittit. prima hic, reliqua sequentibus numeris.*
10 *Adolescens si renouationem feudi neglexerit, an in integrum restitui possit.*
14 *Crimen ingratitudinis quando à vasallo committi dicatur & 16. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.*
15 *Vasallus impudenter dominum aggrediens, an ingratus dicatur.*
17 *Delictum sine voluntate non committitur.*
18 *Adulterium ab ignorante non committitur.*
22 *Vasallus duorum dominorum, an cum altero aduersus alterum fœdus facere, & bellum ei inferre possit.*
30 *Feudum an ob non solutum canonem amittatur.*
31 *Senior siue dominus quibus ex causis feudum amittat.*
32 *Dominus an ob inficiationem feudo cadat.*
33 *Feudum an ex prædictis causis ipso iure, absque causa cognitione & iudicio amittatur.*
34 *Feudum amissum ad quem recidat.*
35 *Feudum nondum, tam culpa, quam sine culpa amissum ad dominum pertinet.*
36 *Ius agnatis quæsitum, per alterius delictum eis auferri non debet.*
37 *Feudo amisso ad quem fructus pertineant.*
38 *Feudo amisso si dominus suo iure non vtatur, an eius hæredes eo vti, & vasallum deturbare possint.*

1 PROXIMVM nunc est, vt videamus de feudo iam constituto, quomodo † id amittatur, vt enim constituendi, ita & amittendi plures sunt modi. Sonsbec. 7. adfert, alii plures, alii etiam pauciores, vt Zasius. Veri autem eius amittendi modi, mihi hi esse videntur.

I. Mors vasalli.
II. Non vsus.
III. Rei siue prædii feudarii interitus.
IV. Comparatio dominii siue consolidatio.
V. Cessio siue refutatio.
VI. Alienatio.
VII. Abusio feudi.
VIII. Prætermissio petendæ inuestituræ siue renouandæ.
IX. Inficiatio, seu abnegatio feudi.
X. Ingratitudo.
XI. Crimen publicum.
XII. Vitium, seu inhabilitas personæ, quæ est quasi mors quædam ciuilis.

Quod igitur ad has feudi amittendi per vasallū causas attinet, quas nos duodecim exposui-

posuimus. I. Morte feudum finitur potius quam amittitur, ex prisco & antiquo iure feudorum: quo iure feuda nõ erant perpetua, verum ad vitam & vsus fructus, & alia personarum beneficia *tit.2.§.2.lib.1.* Hodie autem & nouissimo iure, quia feuda sunt perpetua, prima hæc causa non amplius habet locum, nisi in feudo nouo, & eo non, nisi vasallo sine liberis mortuo. Nam & ad hos feudum nouum pertinet: Qua de re *supra* explicatum.

II. Amittendi feudi causa est † nõ vsus, siue vsucapio, videlicet si dominus prædio feu- 3
dario, vt proprio, siue Allodiali vsus fuerit longissimo tempore, cessante scilicet vasallo. Et de hoc quoque modo iam explicatum est.

III. Causa à nobis ponitur, Rei † interitus, cuius tamen à feudistis vix fit mentio, licet 4
ratio postulet hunc quoque modum siue causam, quia ea causa & in vsufructu, & in Emphyteusi finiendis consideratur. *§.vlt.Inst.de vsufr.l.5.§.rationi & seq.ff. quibus modis vsusfr.amitt.l.2. C.de iur.Emph.* Hæc autem iam feuda sunt similia, vt est demonstratum. Hæc tamen inter feudum & illa iuta differentia, quod in feudo est ius † duplex personæ, vt 5
obsequium, & rei, vt fructus duntaxat, & proinde videri possit, extincta licet re feudaria, non tamen extinctum esse plane feudum quoad ius personę, verum sæpe iam dictum, ob beneficium præstatur officium, ideoque ad officium & operam vasallus nõ videtur amplius teneri, re extincta.

IV. Causa est † consolidatio seu proprietatis comparatio, nimirum, si vasallus rei pro- 6
prietatem consequetur, vel vsucapione, vel donatione, vel emptione aut permutatione, aliisque modis, quibus dominium acquiritur, quemadmodum & in vsufr. & in Emphyteusi accidere solet. *d.§.finitur.*

V. Causa est cessio † siue refutatio, qua scilicet Vasallus domino feudum cedit ipsi vel 7
agnato suo. Potest enim vasallus feudum domino cedere & refutare tam vetus quã nonum. *vt supra dictum est.c.1.tit.de cap.quicur.* Potest & agnato & liberis suis, verum agnato tantum feudum vetus, reliquis, id est, domino & liberis, etiam nouum, *c.1.tit.de Vasal. decrep.atat.qui feud.refut.* vt enim vsus cessione amittitur, ita etiam feudum, & inter ea iam hæc est differentia, quod cessione quidem in dominum ius vtrumque amittit, & vsusfructus & feudum. *d.§.finitur.*

VI. In extraneum vero non vsusfructus, verum † feudum duntaxat, quæ in extraneum 8
cessio dicitur proprie alienatio, quæ est sexta feudi amittendi causa, iam quoque supra satis explicata.

VII. Causa † est prætermissio inuestituræ petendæ aut renouandæ, intra tempus præfi- 9
nitum, quod plerunque est annuum *d.c.1.in princ.tit.qua fuit.1.causa ben.amitt. d.tit.55.§. præterea, lib.2.*

Ratio huius causæ est, tum quia dominium contemnere, tum quia feudũm sibi vsurpari & inficiari velle videatur, verum excusatur pupillus, *d.§.præterea.*

De Adolescente quæritur, an, si renouationẽ † neglexerit, possit in integrũ restitui? Et 10
vulgo obtinuit, posse, quia minoribus non currant tempora. *l.vlt.de temp.in integr.l.25.ff. de minorib.* Sunt & aliæ causæ, quibus vasallus excusatur, de non petita renouatione feudi, vt inimicitia capitalis, quæ causa & in aliis, vt in tutela & cæteris excusationẽ adfert. Quę autem sit inimicitia capitalis, non potest Regula definiri, verum arbitrio iudicis est permittendum, de qua Menochius, *de arbitr.iud.lib.2.c.*110. Tertia causa est iusta absentia, vt præcipue Reip. causa. Quarta est Mors senioris siue domini vel etiam vasalli. V.G. si dominus, a quo petenda est inuestitura, intra annum moriatur, vel cõtra, ipse vasallus, qui eam petere deberet, integer postea annus ad petendũ cõpetit, excepto feudo nouo,

in quo acceemo temporis locum habet, id est, si pater, cui primo datum est feudum, inuestitura sex mensibus dilata moriatur, filio eius non iam integer annus, verum reliqui tantum sex menses conceduntur, quæ inter feudum vetus & nouum est insignis differentia. De qua & *Gail. obs 50. lib. 2. n. 7.* Et hæ causæ extant sub titulo, *quo temp. mil. inuest. pet. deb. lib. 1.* Sunt tamen & aliæ, vt ob bellum, ob pestilentiam: vt si feudum eiusq; possessionem alius aliquis occuparit. Deniq; ex omni causa iusta excusatur vasallus. Nec habet locum hæc causa feudi amittendi, ob non petitam intra annum inuestituram, nisi dolo malo omissa fuerit, vt ait Imp. Lotharius *tit. 25. lib. 2.*

11 VIII. Amittendi † feudi causa est deterioratio siue abusio feudi, quæ in duobus potissimum capitibus est posita, in prædio ipso & hominibus ac subditis, si, vt plerunq; fit, feudum est dignitaris, siue coniunctum habet imperium & iurisdictionem. Nam ob malè tractatos subditos feudo mulctari potest à domino vasallus. Deinde ob rem ipsam, siue prædium deterius factum, *c. 1. §. vlt. tit. quib. causis feud. amitt.*

12 IX. Amittendi † feudi causa est inficiatio, seu negatio feudi, id est, si vasallus negat se esse vasallum. *§. Vasallus, & § Vasallus feudum. tit. si de feud. def. lib. 2. & §. vlt. tit. de ll. Conrad.* Ad quam causam pertinet recusatio operæ & hominii: hæc enim ferè concurrunt; inficiari feudum & negare domino hominium & operam. Ratio huius causæ est perspicua, & iuri ciuili consentanea, quo inficiatio & mendacium variè puniri solet. *l. vlt. ff. de rei Vind. l. inde Neratius. §. hac causa ff. ad l. Aquil.* Et furi comparatur inficiator. *l. 52. in fin. ff. de furt.*

13 X. Amittendi † feudi causa est crimen ingrati, quod latissimè patet, adeo, vt ex causis iam expositis, quædam sub hoc comprehendi quodamodo possint, & à nonnullis comprehendantur: vt alienatio, vt prætermissio petendæ inuestituræ. Vulgo autem Feudistæ Regulam sunt commenti hanc: Ex iisdem causis amitti, ex quibus vel exhæredari filius, vt & matrimonium, dissolui, & donatio reuocari possit, argumento. *§. prædictus. titul. 24. lib. 2.* Verum id tantum ibi dicitur, reuera causas eo titulo expositas videri æquas, & niti ratione naturali & ciuili, idq; intelligi posse ex causis exhæredationis, &c. Ipse autem author huius farraginis *Hortensius*, fatetur, causas iure non esse definitas: loquitur nisi fallor, de modis siue causis tantum huius criminis ingrati, quod, vt modo dictum, multis modis committitur.

14 Nam I. Huc pertinet vis siue manus impiæ & violentæ in dominum à vasallo illatæ. V. G. Si dominum aggrediatur, eumq; aut vulneret aut occidat, aut pulset. *tit. 17. lib. 1. tit. 5. §. 1. in fin. & tit. 51 §. 1. & 52. lib. 2.*

15 Quæritur, an, † si imprudens dominum inuaserit vasallus, videatur ingratus atq; feudo mulctetur, vt sciens prudensque? De qua quæstione Iohan Vand. *lib. 1. quæst. 45.* Est autem quæstio ab eo aliisque glossographis proposita, de vasallo, arcem domini oppu-
16 gnante, in qua, cum esset dominus, vasallus id ignoraret. Nam hæc est altera † causa & modus huius criminis & ingrati, obsessio & oppugnatio castri siue arcis, in qua ipse sit dominus, *tit. 5. lib. 1. vers. similiter. & tit. 17. lib. 2.* Quo casu putant ferè glossogr. etiamsi ignorans dominum esse in arce, eam oppugnarit vasallus, amitti feudum, *ad d. § similiter.* Verum hæc sententia ab omni æquitate videtur aliena & iure etiam feudario, quo ignorans vasallus, excusatur à pœna: vt si alienarit feudum, ignorans esse feudum, sed allodium putans: vt si feudo abutatur, putans esse patrimonium, quo licet cuique abuti *l. 22. ff. sol. matr.* idemque in aliis delictis ab ignorante factis à vasallo, ius est, vt ignorantia excusetur. Quemadmodum in omni ferè iure, & delictis excusat ignorantia, non verò
17 in cõtractibus. Nullum est enim ferè delictũ † sine voluntate, quæ de ignorante, propriè dici

dici non potest. *l. quamdiu. C. qui admitti. l. non idcirco. C. de iur. & fact. ignor.* Quemadmodum nec adulterium committitur † ab ignorante, verum putante suam esse vxorem. Nec eo nomine vasallus feudum amitteret. *l. pen. ff. ad l. Iul. de adult. c. in lectu 34. quæst. 2.* vt si personata forte, vt fit, vitiaretur, quod exemplum Dd. adferunt. *argumento. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iureiur.* Sunt tamen qui putant ex hac causa siue modo criminis ingrati, per oppugnationem amitti feudum, siue in arce vasallus dominum esse sciuerit, siue ignorarit, modo sciuerit, arcem siue castrum esse domini. Et hæc sententia non videtur iniqua. Nam ipsa non modo domini, verum etiam domorum & arcium eius oppugnatio, non leuis iniuria & ingratitudo esse videtur. De hac autem causa, id est, de obsessione, agitur etiam in *dict. tit. 5. lib* 1. Et in constitutione Henrici III. apud Ardiron. & Aluarot. 18

Tertia species † ingrati est posita in insidiis à vasallo factis domino, de qua specie ingrati. *d. tit. 5. & lib. 2. tit. 51 §. si voluerit. & tit. 57.* 19

Quarta species † ingrati est desertio domini, ac proditio in capitis periculo, vt in acie, vt in domino ex carcere liberando: de qua specie *d. tit. 5 lib. 1. & lib. 2. tit. 54. §. 3. tit. 26. §. 18. tit. 39. §. 4 tit. 57.* 20

Quinta est conspiratio † & coniuratio cum hostibus, aut inimicis domini *c. 1. tit. qui test. sint necess.* 21

Quæritur an † si quis duorum dominorum sit vasallus, possit cum altero aduersus alterum, fœdus facere, & bellum gerere: Vt au Dux Ferrariensis, qui propter Mutinam & Rhegium est vasallus Imperatoris, verum ratione Ferrariæ dicitur vasallus Pontificis: vt Dux Lotharingiæ, qui ratione Lotharingiæ est vasallus Imperatoris, ratione Barriæ, regis Francorum: an hi igitur possint, aut similes, fœdus facere, V. G. Ferrariensis cum pontifice contra Imperatorem, vel etiam cum alio principe aut Repub. Nicolaus Euerhardus, allato exemplo Ducis Brabantiæ, qui ratione Brabantiæ, Hollandiæ, Hannoniæ est vasallus Imperatoris: verum nuper ratione Flandriæ vasallus regis Francorum: eum scribit posse bellum gerere & fœdus facere aduersus alterum dominum, nec posse priuari feudo in *Top loco à tanquam.* 22

Sexta huius criminis species † est accusatio domini in pœna capitali. 23

Septima est testimonii dictio † contra dominum in ciuili causa: de quib *c. lib. 2. tit. 24. §. 4. & tit. 33. §. 2.* 24

Octaua est, enunciatio † arcani à domino ipsi commissi, *tit. 17. lib. 1.* quod crimen in re militari capite punitur, si quis hostibus secreta renunciet. *l 6. ff. de re militari.* 25

Nona est iniuria † siue contumelia verborum, multoque magis libelli famosi, aut realis iniuriæ, de qua in prima specie dictum, de qua est § 3. *tit. 24. lib. 2.* Decima, Contumacia, id est, si vasallus vocatus in ius contumaciter absit, nec velit se sistere quod feudistæ vocant, iustitiam non facere, vt arcanum enunciare est illis eoàdem ia manifestare. *d. t. 17. lib. 1.* Et de hac decima specie *est tit 22. & tit. 24 §. 4. lib. 2.* Et hoc quoque iuri ciuili est consentaneum, quo, vt inficiatio, ita & contumacia variis pœnis afficitur, vt & latitatio debitoris, Eiusmodi exemplum extat in Chronico Franciæ, de Comite Marchiæ, quem Rex Franciæ Carolus VI. vt contumacem feudo priuauit in Consilio publico. 26

XI. Species † ingratitudinis est attentatio pudicitiæ domini & vxoris, & filiæ & nurus, & socrus, quæ a feudistis cucurbitatio dicitur. *§. 1. tit. 5. & §. 2. tit. 2. lib. 1.* quod idem porrigitur etiam ad sororem domini, vnà cum eo habitantem, etiamque num virginem siue puellam & innuptam, à feudistis ea dicitur, quæ adhuc est in capillo, 27

c. 1. §.

c.1.§ rursus.tit.qua sit pri. causa benef amitt. Ad viduam quoque domini producitur, verùtamen intra annum, vel tempus luctus. *Zas pa t 10 & 17.* quæ tamen restrictio de tempore luctus, non satis iure nostro consentanea videtur, quo vidua, toto viduitatis tempore, eodem iure fruitur, & quasi de familia prioris mariti eiusq; dignitate, esse cẽsetur. *l.Vlt C.de bon. marit. & l.continens C de priuileg scholast. lib.12.* Ad hæc de crimine ingrati, siue de crimine feudario, quam diximus esse decimam causam feudi amittendi, à qua distinximus prætermissionem inuestituræ, siue feudi inficiationem, hominii & operæ feudatiæ, quamuis & hæ duæ partes possint esse species criminis ingrati siue feudarii, prætermissio inquam & inficiatio.

28 XI. Causa est†crimen publicũ siue commune Verum de hac causa, magna est apud feudistas varietas, qui non ex omni publico crimine, verum ex certis tantum, vt ex parricidio, ex incestu, ex prædatione, feudum amitti putant, loquutur autem iã de crimine, nõ ipsum in dominum, aut eius domesticos, verum in extraneos exercito. *c.1.§.similiter. tit.quib.mod feud amitt.* Et hæc est communis fere feudistarum opinio, vt non, nisi certis ex criminibus feudo mulctetur, puta si fratrem occiderit, eo consil o, vt solus ipse feudo potiatur. Si incestas nuptias contraxerit, vel etiam, si quemlibet proditorie occiderit. Et rationem adferunt, quia hæc delicta maxime repugnent naturæ feudi, quæ in fide & sinceritate est posita. vide late Sonsbec. *d part.12.n.52 vsque ad 60 & Zas.part.10.*

29 XII. Causa est†vitium personæ, siue qua Vasallus fit aut mutus, aut debilis, aut alioqui inutilis ad feudum factus, de qua causa est *§ 3.tit.6.lib.1.& tit.21.§ 7.tit.30 lib.2.* Quod tamen inhumanum videtur, non iniuria. *Hottom. c.42.in disp.de feud.* Maxime si in bello, aut in officio id nactus sit vasallus.

30 Quæritur, an,†ob non solutum Canonem feudarium, amittatur feudum? Etsi autem feuda sunt beneficia, & proinde non mercenaria vel numaria, in quibusdam tamẽ locis ad exemplum Emphyteuseos, annuũ aliquod seniori à Vasallo dari solet: vt in Gallia, teste Cuiacio, ad *tit.4 lib.2.* In Germania pleraq; sunt liberalia & sine Canone seu vectigali annuo, tantum datur introitus initio inuestituræ, quod ab aliis Lehenwar / in Emphyteusi Handlohn/ & hic fere in Bauaria die Anleyt dicitur.

Quare cum feudum cum Canone idem fere sit, quod Emphyteusis, videtur & eodem iure censendum, vt scilicet ob triennii cessationẽ in soluendo Canone, amittat feudum, exemplo Emphyteusis *l.2. de iure Emphyteu.* Verum de feudi Canone eiusque amissione spectetur *tit. de feud. § nunc aliqua Bald. ad c.qua in Ecclesiarum. C. de constitut. Curt de feud. part.4.* Atque hæc de causis finiendi & amittendi feudi, quoad vasallum.

Nunc de ipso domino siue seniore, de quo iam antea dictum est, ipsum quoq; vasallo & beneuolentiam & fidem, & tuitionem præstare debere, vt olim erat inter clientem & patronum mutua quædam obligatio & charitas. test. *A. Gell lib 2.c.1 & lib.5.c.13.* Quare

31 etiam iisdem fere causis ius suum amitti†senior, *lib.2 tit.26.§ 25.feudum ea lege. & titul.42.*

I. Igitur amittit senior ius suum præscriptione.

II. Rei interitu.

III. Consolidatione.

IV. Alienatione, id est, si inuito vasallo prædium feudarium senior alienauit, quæ est communis feudistarum opinio. *teste Claro.§.feudum. quæst. 28. argumento § præterea ducatus in fin.tit.55.lib.2.*

V. Negatione inuestituræ intra annum, id est, si vasallo inuestituram petenti, neget, & per annum debeat senior. Itaque Accursius, aliique feudistæ *ad §.Vlt.ti.per quos fiat inuest.*

Wurmbs.

Wormbs.obs.30.titul.de feud. VI. Abutendo,& subditos vasalli male tractando,qua de re *Guido Pap.decis.62 & Albert.ad l.bene,§ à Zenone, C. de quadrien. præscript.*

VII. Non faciendo Iustitiam vasallo. *Accurs.ad §.item,tit.qua sit pri.causa be.amit. Clar. in d.§ feud.quæst.*60.

VIII. Crimine ingrati. Feudistæ Feloniam vocant,quæ tam à domino quàm à vasallo committi potest *§.domino.tit.si de feud.def.cont.*

An autem † inficiatione dominus feudo,id est,iure suo cadat, non est expressum. Ve- 32
runtamen eadem fere videtur ratio esse in seniore quæ in vasallo, vt vterq; ob hoc delictum mendacii & q.perfidiæ suo iure mulctetur, Morte autem domini ius eius nõ extinguitur,verum fructuarii aut vasalli. *§ finitur.de vsufr.l.corruptione,C.de vsufr* verum de modis ac causis,quibus senior ius suum amittit,vide 10.*§.antepen.tit.26.& tit.47.libr.2.ibique Alvar.& Schenck.Curt.de feud p.6.n..*

Quæritur hic,† an ex his causis feudum ipso iure amittatur,id est,sine causæ cogniti- 33
one & iudicio? de qua quæstione late Iason ad *leg.2.C.de iur emphyteut.Alex.cons 324.libr.2.Clar quæst.62.* quo pertinet & ista quæstio, An sua dominus autoritate, vasallum, cõmisso per ipsum feudo, ex causis supra expositis, eiicere possit. *de qua idem Iason d.l.2.n.3.& seq.* Quæ quæstio & de emphyteusi, & de fructuario,& de conductore,id est, colono vel inquilino moueri solet. Dicendum,feudum culpa & crimine,non ipso iure,verũ cognitione causæ & iudicio interueniente,amitti: ex constitutione Imp.Lotarii,de qua *lib.2.tit.21.in princip.& titul.22 § 3 sancimus.* Adde,posse quidem & locatorem,siue dominum,inquilinum,fructuarium, emphyteutam, & vasallum iubere discedere de prædio conducto,verum non posse eos,vi facta,quod tamen putant plerique Glossographi, eiicere *leg.34.C.de locat.* Alioquin vim facit dominus,& iure suo cadit. Quod autem de feudo non ipso iure,neque per vim,siue sua authoritate, verum iudicio, aut certe extra ordinem magistratus auctoritate,quod confirmatur *l 21.ff.de pignor.* Huc pertinet disputatio vulgaris, quæ,quibus ex causis,& ipso iure siue facto amittantur,de qua *vide distinctiones Bart.ad l.Mænius,§ duorum, num.75, de leg.2.& gloss. ad cap. quicunque, de hered. in 6.*

II. Quæritur, amissum † iam feudum ad quem recidat,ad dominum ne,an ad vasal- 34
lum,aut liberos,aut agnatos, cui inquã aperiatur, vt loquuntur feudistæ, heimfallen/ de qua quæst. Zas.10.*part.n.84.Sonsbec.13.Curt.in princip.& copiosiss Hartm.Pistor lib. 5. quæst. 13.& 3.seqq.* Videtur autem hoc non incommode,adhibita triplice distinctione, causæ & feudi explicari posse causam,intellige amittendi feudi, quæ vel ex culpa siue crimine. Et feudum aliud est nouum, aliud vetus. Nouum igitur amissum,omnino † ad domi- 35
num pertinet,id est,tam culpa quam sine culpa amissum. *§.licet, tit.si de feud def § vltim. tit.qua fuit pri causa benef.amitt.* Vetus autem feudum, siquidem ex delicto amittatur, ad dominum quoque pertinet,non vero ad eius liberos aut nepotes: ad agnatos tamen eius idem pertinere dicitur,quare ita distinguunt nõnulli,vt ad dominum quidem pertineat vetus ex culpa in ipsum commissa, in alium vero ad agnatos: verum non nisi ex quarto demum gradu.*§.5.titul.24.§.19.tit.26.& tit 31.§ 1.tit.37.libro 2.* Sed moribus & vsu receptum est,vt vetus ad agnatos recidat, siue in ipsum dominum, siue in extraneum commisso delicto, feudum amittatur hac ratione: quia ius † agnatis quæsitum, 36
per alterius delictum auferri non debeat. *§.1.titul.si vasallus priuet* liberis autem vasalli etiam vetus adimitur. *d.* §§. etiamsi datum fuerit, vt plerunque fit, ei,& liberis aut posteris,aut hæredibus feudatiis. Transfertur autem feudum ob delictum vnius vasalli à linea ipsius in alteram quasi stirpem & lineam. Si vero sine culpa & cessione,siue re-

m nuncia-

nunciatione, vt vitio seu inhabilitate V.G. clericatu aut relegatione amittatur, iam non ad dominum verum ad vasalli liberos ac posteros pertinet, nisi tota stirpe extincta, aut potius tota gente, quo casu ad dominum demum recidit. *§. mut m. tit. Episcopum vel Abbat.* Plane ob non petitam inuestituram committitur domino *§ praterea. tit de probib feud. al.* verum & hæc distinctionem recipit, vt & amissio ob crimen publicum siue causa: qua de re eum Sonsb. *ex Zas. de locis.* tum Pistor *dict. c. 18 & Clar quæst 84. §. feudum.*

37 Postremo quæritur de fructib.† & meliorationibus, feudo finito vel amisso ad dominum vel vasallum eiusue successorem. Et de fructibus *vide §. 4. bis consequenter. tit. 28. lib 2. & ibi feudist. tum imprimis Hottomannus,* vbi de fructibus inter dominum, cui feudum sit apertum, & vasallum eiusue hæredem eadem ferè fructuum fit diuisio, quæ soluto matrimonio, aut vsufructu finito, vel Emphyteusi *de quibus Duar. & alij ex l. fruct. ff. solut. matr.* De meliorationibus siue componematis vide *§ si vasallus. tit. 28. lib. 2. de expens. & mel. c. 2.* qui contendit, meliorationes non ad vasallum verum ad dominum pertinere. *Vide & Clar. d. § fin. quæst. 88.*

38 Reliqua est hæc quæstio: An feudum † ob delictum commissum seniori, si is iure suo non vtatur, an eius tamen hæredes eo vti, vasallumque pellere possint? Cui quæstioni gemina est hæc: An hæres mariti, qui vxoris adulterium dissimulauerit, possit ipse eam accusare dotis retinendæ causa tanquam commissæ ob adulterium, verum hac de quæstione *infra.*

DISPV-

DISPOSITIO CAPITIS XIV.

- *XIV. Caput de modis amittendi feudi quoad*
  - *Vasallum.*
    - *Mors vasalli.*
    - *Non usus.*
    - *Rei interitus.*
    - *Consolidatio qua fit* —
      - *Usucapione.*
      - *Donatione.*
      - *Emptione.*
      - *Permutatione, &c.*
    - *Refutatio.*
    - *Alienatio.*
    - *Abusio.*
    - *Praetermissio petenda investiturae.*
    - *Abnegatio feudi.*
    - *Ingratitudo, quae est* —
      - *Vis sive manus impia in dominum.*
      - *Insidiae Domino posita.*
      - *Desertio & proditio domini in capitis periculo.*
      - *Coniuratio cum hostibus domini.*
      - *Accusatio domini in causa capitali.*
      - *Testimonij dictio in civili causa contra domin.*
      - *Iniuria sive contumelia.*
      - *Contumacia.*
    - *Crimen publicum.*
    - *Vitium, sive inhabilitas personae.*
  - *Seniorem.*
    - *Praescriptione.*
    - *Rei interitu.*
    - *Consolidatione.*
    - *Alienatione.*
    - *Negatione investiturae, intra annum.*
    - *Abutendo subditis vasalli.*
    - *Non faciendo iustitiam vasallo.*
    - *Crimine ingrati.*

CAPVT XV. ET VLTIMVM.

De iudiciis feudariis.

SVMMARIA.

SVperest, vt exposito iam omni iure feudi explicetur, & quibus ea iura mediis ac remediis persequamur. Quod caput à multis tractatur copiose, in quibus est vetus Ardiro. *c.138. Curt. part.7. Zas. part.11. Baro lib.4. de feud. Sonsbec. part.14. & 15. Clar. d. § feudum qua 80. Duar. c.18. & 389. Hottom. disp. de feud. c.42. & duobus seqq. Mynsi. cent.4. obs.90. & cent. 5. obseru. 5.*

1 Hoc autem † caput operæ pretium est facere quadrimembre.

I. De remediis siue actionibus ipsis.

II. De iudice & foro competente.

III. De probationibus.

IV. De forma & processu, vbi de appellatione & de executione in formis feudalibus.

Quod igitur ad primum attinet, de actionibus feudariis, pleriq; feudistæ id omiserūt, aut certè leuiter id attigerunt, *vt Zas. part. 1. Curt. part. 1. quæst. 8. Ardiro. c. 138.* excepto *Duar. Ferrar & Bart.* qui satis diligenter de iis explicarunt.

Primo autem de vasallo, tum de seniore, postea de agnatis & posteris videamus.

2 Vasallo igitur hæ actiones † mihi competere videntur I. Baque præcipua quam docendi causa voco feudariā à feudo siue iure, quod huius actionis est causa, vt hypotheca-

ria à hypotheca, actio vectigalis à iure vectigali. Est autem hæc actio rem, quia causa eius est in rem, puta feudum.

De hac autem actione breuiter hæc sunt notanda.

I. Eam esse in rem. Ratio iam dicta: quia eius causa est ius in rem, puta feudum, de quo iure hactenus est explicatum, vt hoc, id est, causa huius actionis sit verius & potius, quod de hac actione sit notandum & obseruandum id, quod in omni actione diligenter faciendum.

Et II. De hac actione obseruandum erit, quod modo dictum, eam esse in rem.

III. Cui detur, & ad quem hoc ius pertineat, puta vasallo. Quæritur, † an & eius hære- 3
di, nam dubitandi causa est, quia actiones in rem non dentur hæredibus, vt hæredibus, verum vt ius in rem habentibus *l. 2. his qui C. de reuoc. donat. l. 1. §. vlt. ff. si quadrup.* tum quia feudum non sit proprie res hæreditaria, verum vt æs alienum ad vasalli posteros siue agnatos quodammodo pertineat, de qua & supra explicatum. Atque dicendum, hæredi quidem hanc dari, non quidem vt hæredi, verum vt vasallo, siue ius feudarium habenti, quæ sola huius actionis est causa.

IV. Contra quem detur, iam quoque intelligitur, videlicet contra quemlibet possessorem, vt omnes actiones in rem *l. 19. ff. de pign. l. 9 offi. ium. ff. de rei vend.* & quidem contra ipsum seniorem quoq; siue dominum, si feudum possideat: qua in re hæc actio similis est actioni vectigali, verum dissimilis Publicianæ, quæ non datur contra dominum *l. pen. & vlt ff. de Publ. in rem act.* Ratio differentiæ, cur illæ dentur etiam contra dominum, Publiciana non item, hæc est, quia in illis consensu domini ius tenet actor, in hac non habet.

V. Quid in hanc actionem veniat, id est, an fructus & thesaurus, alluuio, meliorationes, aliæque accessiones ex iis quæ supra de iure sunt exposita intelligi potest. Eoq; pertinet quæstio † an hac actione peti possit à domino tutela siue tuitio, & consequens est 4
prioribus, hæc quoq; in hanc actionem venire, quamuis hæc tuitio non sit reale quiddam, verum personale potius, adnexum tamen huic iuri in rem, siue feudo. Vt & de iurisdictione feudaria dici solet, eam velut totius prædii esse quandam velut accessionem seu appendicem, *de qua inf.*

VI. An hæc actio sit bonæ fidei, quod putat Duarenus *c. 19. de feud. n. 4.* quia in feudo maxime fides, vtriusq; postuletur, ac necessaria sit: Verum dicendum, non recte, quia nulla in rem † actio est bonæ fidei, verum vel stricta vel arbitraria, excepta petitione hæreditatis, ex noua confirmatione Iustiniani. Antea enim dubitatum fuerat, quia ea non tam est in rem quam mixta, id est, partim in personam propter præstolationes personales. *l. 25. §. 13. ff. de hared. petit. l. 13. C. eod.*

Altera actio quæ vasallo datur, est actio euictionis. Nam feudo ei euicto habet regressum contra dominum, quamuis in aliis donationibus, actioni euictionis non sit locus, id est, non teneatur donator donatario euictionis nomine *l. 1. Cod. de euict.* De euictione autem feudaria iam est explicatum: Et hæc actio euictionis in feudo, eadem est, quæ aliis in rebus.

Tertia actio vasallo datur ad feudi traditionem & inuestituram, si forte eam senior recuset, *lib. 2. t. 7.* & ea actio est quoque in personam, vt actio euictionis. Est autem ea varia pro diuersitate tituli & modi, quo fuit feudum constitutum. Nam siquidem vt plerunq; fit, donatum est feudum: datur condictio ex l. quæ hodie inter viuos in omni donatione datur, ex *l. si quis argentum C. de donat.* Si vero emptum est feudum, actio ex empto competit, vt ex alia omni emptione. Feudistæ hanc actionem, qua inuestitura & tra-

ditio petitur, vocant condictionem ex moribus, quia morib. potius quam ll. fuit introducta, de qua condictione prolixe Petr. Iacobin. *in pract. tit. de condict. ex moribus.* verum, condictio ex l de donatione ad hanc quoque donationem siue beneficium accommodari potest: illud obseruandum esse, huic actioni locum in feudo nouo, in veteri enim inuestitura non tam petitur quam reseruatur, vt feudi successio ab ipso hærede aut successore accipiatur.

Præterea datur etiam vasallo querela contra seniorem malæ tractationis, si senior in vasallum, eiusque subditos crudelis aut perfidus sit, ex qua causa seniorem ius suum amittere *supra* demonstratum.

Quare & seniori datur querela contra vasallum ob crimen ingrati; ita & contra, æquum est, vasallo remedium vbique competere eodem nomine. Et querelam vocamus, non enim est proprie actio, verum extraordinarium remedium, vt est & patroni contra libertum interdum. *l. 1. §. 4 ff. de offic praefect. vrb.*

6 Quæritur † an vasallo, ob vim, sibi in feudo factam, detur etiam interdictum vnde vi? Et certum est dari, quia possidet. *l. 3. §. 8. nam vi ff. de vi, & vi arm. Baro. lib. 4. de feud. c. 7.* Nō tamen contra dominum, vt plerique volunt *arg l. 13. ff. de obs. patro. Zas. de feud part 11. n 73. Innocentius & Canonistæ ad c. ceterum, de iudiciis.* Nam & vasallus contra dominum agere debet. *§ si vero vasallus. lib. 2. tit. 22.* Alii *vt Isern.* putant hoc interdictum vnde vi & contra seniorem, si vasallum deiecerit, dandum. Quorum sententiam copiose tuetur Fridericus à Tautenberg. ad *d. § si vero.* à quo nec Cuiacius abhorret. *ad lib. 2. tit. vlt. de feud.* Quæ & mihi probabilior videtur, non enim per omnia liberto vult esse similis. Atque hæc de remediis & actionibus vasalli. Nunc de iis quæ seniori dentur videndum.

Et primo, vt patrono actio operæ *l. 1. de bon. libert. l. 2 de oper. libert.* ita seniori quasi operæ actio danda videtur, qua operam à vasallo petat, quamquam Baro *d. l. 1. c. 4.* in Francia fere hoc casu seniorem, non actione, verum manus iniectione vti, & feudū ipsum occupare, donec ipsi satisfiat, dicat. Blanchus in vtranque partē disputat. An eo nomine ei vtile interdictū dari possit? Altera actio est ingrati, ex crimine ingrati quæ vt patrono, ita & seniori danda videtur Feudistæ autem dant hoc casu condictionem causa dati: *tit. 31. lib. 1.* verum ratio iuris repugnare videtur, tum quia ea condictio ob causam detur, feudū autem neq; ob causam detur principaliter, neq; ob causam eam ex qua illa condictio, verum ob operam militarē: tum quia ea condictio non datur domino, senior autē est do-

7 minus: Nemo autem rem suam condicit nisi † a fure §. *sic itaq; de act.* Cui vasallus licet perfidus comparari non debet, præsertim ante sententiam de perfidia latam, est n bonæ fidei possessor vasallus. Alii etiam rei vendicationem hoc casu dandam putant *Blanc. Georg. Duar. c 19.* verum eam vasallus exceptione doli, aut in factum repellet, *argumento l. 1. § 4. his autem ff. de superfic.* Cui enim actio contra dominum, eidem multo magis exceptio contra eum datur. *l. 156. § ff. de R. I.* Quare senior, qui ob crimen ingrati feudū repetit, nō rei vindicationem, verum actionem ingrati, ad reuocandū feudū instituere debet: ad exemplum patroni aut donatoris, quæ est in personam actio. *l. 7. his qui. C. de reuoc. don.*

8 Quæritur secundo an ea † detur hæredi? vt si senior non sit vsus iure commissi, nec instituerit eam actionem, an eius hæres instituere actionem possit, contra hæredē? vt si senior, qui eam contra ipsum vasallum non instituerat, possit eam cōtra hæredem eius instituere? resp. vulgo & recte non posse, tum quia hæc est ex vindicta quæ morte extinguitur: vt iniuriarum, querel. inoffic. test. *l. 2. C. de collat.* Quare & ingrati actio, tam contra libertum quam cōtra donatarium, morte extinguitur *l. 1. 7. vlt. C. de reuoc donat.* tum quia est pœnale, ex delicto. *l. 1. C. de del. def.* Videatur late *Bart. ad l. 6. C. de inter dict. & releg.*

Exce-

Exceptiones tamen has adferunt. I. Si dominus facinus aut commissum ignorauerit. II. Si non sit notorium. Clar. quæst. 65. Tertio datur domino interdictum rei vendicatio: vt si dominus dicat prædium planè esse suum, nec esse feudale. Possessor autem contra, aut suum esse dicat, aut non esse feudale. *tit. 2. §. si vero. lib. 2.* Feudistæ & aliis casibus hanc actionem dant seniori, vt ob non præstitam operam, ob alienationem, ob ingrati crimen commisso. *Ita Iohann. Blanchus in summa. Aluarot & alij eum secuti. in §. 1. lib. 2. argumento l. Vlt. ff. de vsufr. quemadmodum cauf.* Glossa variat quater, in casu alienationis. *ad initium tit. 42. lib. 2.* Nec definit; vtrum eo casu detur vindicatio & conditio, vtrum ex moribus an ex l. Et si ex l. an ex lege *Imperialem.* An ex l. *ex lib C. de acquir. poss. Isern. ad d. tit. 24. 42.* Cuius sententia & Tautenberg. aliisque nonnullis probatur: Vindicationem quidem eo casu competere, veruntamen etiam condictionem ex l. Imperialem ad possessionem, eamq; esse vtiliorem, quia dominii probatio sit difficilis, argumento *l. 15. qui destinauit. ff. de R. I.*

Mihi neq; condictio seniori danda videtur, quia is non alienauit: neque vindicatio, nisi vasallo prius ei condemnato.

Quinta actio est præiudicialis: An detur † iure, potest dubitari. Vt si Caius dicat, Titium esse suum vasallum, Titius neget. Pleriq; negant dari, vt Faber, secutus Petr. & Iacobin Et Fabrum secutus Z.-sius. Ias. Schneidevvin *ad § praiudiciales. Inst. de act.* Hac ratione, quia vasalli persona non sit obligata vel affecta. Quomodo igitur inquit Faber prouidebitur domino? Capiat feudum suum & petat tanquam commissum: verum capere, id est, vi occupare non licet, *Vt sup. dict.* Quare cū feudū non solum rem, verum etiam personā afficiat vasalli, & proinde liberto in multis comparatur vasallus, ratio suadet, vt hoc à casu detur vtilis præiudicialis actio. Est autē hæc lis quasi de statu hominis. Et in hac sententia repert postea etiam esse Durand. *lib. 4. spec tit de feud. §. vlt. n. 4.* Quæritur, † an seniori etiā interdum dentur? Interpret. ferè aiunt dari, quia ciuiliter possideat *ita Baro lib. 4. c. 7. Durand. c. 19. n. 16.* Quod si dominus deiectus sit, vt loquitur, à q. possessione præstationis annuæ, siquidē realis, vt possessionis, cōstat inter omnes ei dari. Si vero personalis, obtinuit opinio interpret. Iuris ciuilis, non dati. *Menoch. 1 remed. recup. poss* Quamuis Canonistæ dissentiant. *Afflict. decis 395.* Mihi hæc à iure aliena videtur. Nā neq. senior verū vasallus possidet, vti est demonstratū. Et de illis præstationib. aliis remediis succurri poterit: Duo igitur † sunt remedia feudaria Actio & cognitio. His & tertiū adiūgite, vis, siue vindicatio propria & priuata *tit. 22 § si verò, in fin lib 2.* vbi de mala tractatione, aut inuasione senioris si conqueratur vasallus, nec possit aut propter senioris opes, & gratiā, aut alia de causa iudicio aut remediis vulgaribus ius suū consequi, permittitur, id est, datur agere & sic ius suum persequi: de quo remedio feudi Aluarot. Isern. Tautenberg. aliique ad *tit § si verò. Et Glossographi. ad tit C quando liceat vnicuiq.* Et hæc de primo huius capitis membro Alterum de iudice competente, de quo omnes ferè interpret. disputant. *Ardiro. c. 138 Curt. part. 7 Zas. part. 11. Baro lib. 4. c. 23. & 24. Duar. c 20. Hottom. c. 42. Cuiac. & c.* Eoq; pertinent hi loci in farragine feudaria. *lib. 1. tit. 10. 18 lib. 2. tit. 15. 16 22. §. Si inst. tit. 55. § 8 & in decretal. c. transmissum. de foro comp. c. caterum de iudic. Hottom. d. c. toto.* demonstrat, ius hac de re plane incertum & varium in ea farragine relictum esse. Nos tamen vsum & rationem secuti aliquid certi afferamus. Sit igitur hæc definitio siue Regula: Causarū feudariarum † seniorem esse iudicem. *lib. 2. tit. 55. § praterea d. c. ex transmis.*

Sic Imperator Sigismundus, controuersia inter duos principes Saxoniæ orta, cum eam Henricus a Synodo Basiliensi, Fridericus ab Imperatore dirimi cuperet, ad Synodū his verbis ipse rescripsit. Feudalis controuersia per dominum feudi & pares Curiæ terminanda est. Quod Imperatoris rescriptum extat *tom. 3. Concil. dict.*

Causa-

13 Caussarum feudalium sunt decem:† I tam de iure, quam de possessione. *Menoch. de retinend. possess. remedio 3. n 377. Clarus quæst. 90. n. 9.*

II. Tam de minore, quam de maiori feudo *d. §. præterea.* Etiam de libero Frenlehen/ Francum vulgo vocant *Menoch de remed. 3 n 406.*

III. Tam eum clerico quam cum Laico *d. c. ex transmissa Papin decis. 139* Hæc igitur ratio in feudariis tantum controuersiis locum habet. Nam de nostro feudariis iudicat nō senior, verum iudex ordinarius, §. *nam si duo & §. si tres tit. 27. lib. 2* vt si duo inter se litigent, quorum alter allodium alter feudum esse contendat. *vt § si fuerit ti. 24 lib. 2.* vt si inter dominum & extraneum de finibus, aut de pignoratione feudi controuersia existit. *Zas. part 11. no. 10. & cons 8. no. 13. lib. 2.* Dictum, seniorem, tam clericum inter Laicos *cap. 1. cæterum. extra de iudic. c. verum. & dict. c. ex transmissa. de for. comp. Menoch. de remed. 3. n. 396. & 409.*

14 Camera quoque imperii, quia vi sacra iudicat, iudex in his caussis esse solet: exceptis supremis feudis, vt regni, Ducatus Marchionatus, Comitatus, quorum cognitio Imperatori reseruata est. *Hottom. obs. 43. tit. de feud. Gayl. lib. 1 obs. 29.*

15 Quæritur, † an hæc iurisdictio mandari possit? videtur non posse, quia lege est data seniori, Friderici Imp. *constit. tit. 55 lib. 2.* Ea autem, quæ cæteris legibus dantur, mandari nequeant. *l. 1. de offic. eius, cui mandat.* Feudistæ tamen contra aiunt: hanc posse mandari, quia sit ordinaria. *argumento c. 1. cæterum extra de iudic. vbi Panorm.* Verum iure ciuili in iurisdictione longe alia est ratio.

Quod si vlla in re alia, in tractatu de imperio & iurisdictione maxime perturbatum à Glossographis, qui & in hac re iurisdictionem confuderūt, cum notione, siue cognitione, & mandatum, iurisdictionem, cum delegata, vnde & ordinaria iurisdictio orta est, verum de his alias. Ex hoc autem principio, iurisdictionem senioris, quoad feuda esse

16 necessariam, non modo est quæstionis expositæ, verum etiam harum: An prorogari, † vt loquuntur, & an recusari ea possit. *de quibus Aluarot. & alii ad §. vlt. tit. 15 lib. 2. Zas. part. 11. n. 18.* explicatio pendet. Ratio huius regulæ videtur esse, quia iurisdictio, moribus nostris est quasi ius quoddam prædii, & proinde ad eum pertinere debeat, cuius est præcipuum ius in prædio: videlicet senioris. Hæc Regula & in Gallia *lib. 4. c. 21.* recepta est, & in Germ. iure Boiario *c. 4. d. 5. Myns. & Gayl.* Quamuis in quibusdam regionibus non admodum obseruetur. *Zas. tit 11.*

Exceptiones tamen sunt quædam huius regulæ.

I. In controuersia inter ipsum dominum & vasallum: Quo casu non ipse dominus, verum pares curiæ sunt iudices, *lib 1. tit. 10 & tit. 22. §. 3. lib. 2. tit. 16 19. 20. & tit. 55. §. pen.* Verumtamen pares Curiæ sunt iudices, videlicet, si controuersia est, nō, an sit feudum, verum de iure feudi, verum sit nouum an vetus: Aut ordinarius iudex erit, si an sit feudū, an allodium, an sit vasallus quæratur. De priore parte exceptionis, id est, de paribus curiæ

17 Germanice Lehenmanner. Videatur *tit. 10. & 22 § 3. lib. 1. & tit. 16 19. & 20. lib. 2. & pleriq. Feudistæ.* Ratio huius exceptionis, quia nemo in sua caussa † ius dicere aut iudex esse possit, *tit. C. ne quis in sua, &c.* Quæ ratio in Imperio locum non habet, neque in alio supremo principe. *l proxime ff. de his qui in test. l. & Tiberius ff. de hered. inst. Cyn. ad tit. ne quis, &c.* Plerique tamen etiam in Imperio huic exceptioni locum esse putant, quorum sententia videtur consentanea verbis Friderici, *in fin tit. 55 lib. 2.*

II Exceptio. Si lis de feudo inter alios quidem, vt inter duos vasallos, verum quæ etiam dominum attingit, & quia dominus de euictione conueniri possit: verum de hoc casu, cum dominus non sit iudex, dubium tamen est, an pares, an ordinarius iudex esse debeat

debeat, ob locos ambiguos *in tit. 55. & 46. lib. 2.* Zasius ita eos conciliat. Vt pares iudicēt, nisi feudum precio sit emptum. Qua dictione Sonsbec. reprehensa, aliam adfert *part. 14. n. 24.* vt pares sint iudices: & illis deficientibus, ordinarius. Nam & alias, cum ad pares pertinet † cognitio, illis deficientibus ordinarius adiri solet. *gl. ad d. §. Im. tit. 55. argumento l. Vbi adsunt. vbi Bart. ff. de tutor. & curat. dat.* Exempla de Maximiliano I. adfert Zas. *p. 11. n. 8.* Hanc tamen exceptionem in supremis feudis locum non habere contendit Sonsb. *d. p. 14. n. 17.* quæ opinio mihi quoque probabilior videtur. 18

III. Exceptio est in casu dubio videlicet cum dubitatur, vtrum ad Seniorem, vel ad pares notio pertineat: eo enim casu non dominus solus, verùm adhibitis paribus iudicare solet. *Curt. p. 7. n. 3. & 4.* Plane, solet sæpe dominus etiam in casu certo, id est, cum ad ipsum pertinet cognitio, tamen pares adhibere, vitandæ suspicionis causa.

IV. Exceptio, si domini consensu etiam tacito, vasalli, coram alio, à se electo, litigent, quamuis, quod de tacito dictum, controuersum. *Panorm. & Felin. ad d. c. cæterum. Curt. d. part. Vlt. n. 19.* Cæteroque pacto & consensu litigatorum, iurisdictio mutari non potest, quia est q. patrimonialis. & ius quoddam, *vt sup. dict. est Duar. c. 10. in fin.* Et hoc est, quod vulgo aiunt glossogr. Iurisdictionem feudariam, pacto prorogari non posse, *glo. ad tit. 51. lib. 2.* Aliarum posse *l. 1. ff. de iudic. & l. vlt. C. eod.*

Quinta exceptio: Si dominus aut ius dicere nolit, aut differt, aut denegatione, aut dilatione inuestiturarum, de qua tum alii, tū *Gail. lib. 1. obs. 28.* eo enim casu iudex erit ordinarius. *gl. ad tit. 55. in fin. lib. 2. d. c. verum.* Quamquam & alia vasallo quam dominō hoc casu competant remedia, vt implorare superiorem; vt iure commissi vti. *c. 1. in fin. de milit. Vasal.* Sexta exceptio. Nisi l. & moribus aliter sit receptum, vt de Gallia. V. G. Curia Mediolanensium de omnibus controuersiis feudariis cognoscit, test. *Curt. d. §. vlt. n. 13.* Et Curia Taurinensium, teste *Georg. ad verba d. ll. n. 2. & interdum.* In Germania aliter obseruatur, teste Zas. *part. 11.* Adfertur & alia exceptio inter miserabiles personas, vt sunt viduæ, Orphani, inter quos Clerici aut principes extra ordinem iudicare possunt. *c. 15. ex parte de foro comp.* Verum ibi non agitur de feudo. Itaque incerta est hæc exceptio, & de ea Sonsbec. dubitat *n. 29. d. p.* Ex his iam intelligitur, iudicem competentem in feudis plerunque esse seniorem: interdum tamen aut pares aut ordinarium: verum dubitari potest interdum, an sit causa controuersia feudalis? Extat apud *Mynsing. Exempl. cent. 5. obser. 74. & 75.*

Plane, quod supra dictum de paribus, ad eos cognitionem interdum pertinere, id verū nisi & illi sint suspecti, vel nisi pares pro testibus adhibeantur, vel deniq; mos regionis repugnet: tum n. ordinarius, vt vocant, erit iudex. *Curt. p. Vlt. n. 78. Myn. cent. 6. obs. 19.* Et diligenter Blanchus *p. 4. n. 12. cum seq.* Quia autem multa parium in hac farragine mentio, breuiter quædam de iis explicanda. Primum, † qui sint illi, videlicet qui ab eodem seniore in eodem territorio feudum habent *tit. 26. § 1.* Obseruandum autem quod de eodē territorio dictum, non enim satis est, esse eiusdem domini conuasallos, verum eiusdem quoque territorii vt sint pares necesse est *Zas. p. 11. n. 1. 2. 3.* Eumq; secutus *Sonsb. part. 14. in pr.* Hūc pertinet quæstio apud *Aluarot. ad §. præterea. n. 10. tit. 55. de proh. feud. alien. per Frid.* An pares eiusdem † prouinciæ esse debeant, in qua est feudum de quo agitur? Et ait esse debere: posse tamen de vicinia sumi, si ibi non reperiantur. 19 20

Quærunt interpretes: An, † vt in aliis causis iudices inuiti dari possunt, ita etiam in feudis pares cogi possint iudicare? Glossa subindicat non posse. *ad tit. 46. lib. 2.* Quæ opinio & Blancho magis probatur in sua part. 4. *c. 1. n. 14. Et Aluarot. aliisque fere feudistis.* Cuius differentiæ nulla est ratio: Quamquam in feudalibus sæpe ait Tautenberg, quid 21

obtineat, & non cur obtineat retinendum & quærendum. Sumendi autem sunt pares ex voluntate & opinione partium, ita tamen vt optio tribuatur domino priori, quamuis domini sæpe soli eos aptare & constituere conentur? In quos dominos inuehit *Zas. de p. 11. c. 5. 6.* videatur *tit. 26. lib. 2* vbi erudite Taurenberg.

Tertium est de probatione: quod copiosissime explicatur à Sonsb *part. 15. & ab Hot-*
22 *tom. c. 43. & 260 seq.* Probationum autem † duo fere sunt genera. Testes & instrumenta: Hic præterea, & alia est tertia, Iusiurandũ, exploratio & monomachia. Exploratio fit per flammam siue ignem, vel per crucem, vel per aquam siue gelidam siue feruidam, vel per sortes, vel denique per corpus domini. Quamquam vt subtilius res distinguatur, probationes fere sint duæ, vna quæ testibus, altera quæ Instrumentalis. Reliquæ sunt defensiones siue purgationes, quæ proprie huc non pertinent. Quamuis iuratoriæ probationis & in feudis, & in iure Pontificio, & moribus maxime gentium septentrionalium multus sit vsus Plane in feudis, qua de re agitur, iam eam explicare valde difficile est, propter locos huius Farraginis varios & inter se discrepantes, vt apud *Hottom.* videre est, *d. c. 43. Zas. Cuiac.* qui fere omnes hac de re conqueruntur. Cuiacius tamen eam explicare conatur, ad *d. § si autem, & Sonsbec. d. part. 15. & Ferrar lib. 5. de feud. cap. 5.* Hoc autem est alterum,
23 quod hic sit obseruandum, vt causam † actore non probante tamen ei qui possidet iusiurandum velut purgationis, aut defensionis plerunque deferatur, *lib. 1. tit. 4 § 1. & § 8. tit. 23. 26. lib. 2.* quamuis *in § 1. tit. 33. lib. 2.* iudicis prudentiæ committitur, agenti an possidenti sit referendum, vt cum alieno nomine iuratur. *lib. 1 tit. 10. lib. 2. tit. 33. § 2. & tit. 10. & 26. & in c. quoties. c. cum per. c. de dilectis. extra de purg. Can.* Tertium quod testes hic non quili-
24 bet, verum pares Curiæ † quiquæ inter fuerunt, videlicet ad probandam feudi inuestituram, soli admittantur, *§ si n. dicuntur. tit. quid sit inuest. § hic n. tit. si de inuest. int. dom.* Exceptis quibusdam casibus, quos Sonsbec. exponit *part. 15. n. 2. vsque ad 9.* Quartum quod ad crimen ingrati probandum, quinque testes sint necessarii *lib. 2. tit. 57.* Papin. *decis. 5. 18.* Quintum quod publicum instrumentum non valeat, nisi à duobus vel tribus testibus subscriptum, *lib. 2. tit. 3. n 32.*

Reliquum est membrum de ritu feudalis iudicii, de quo primo hæc regula est tenenda: Non seruandum esse ritum & morem vulgarem, nisi si quid singulariter inductum & receptum. De qua *Ardiro tit. de content feud p. vlt. Aluarot. canon. ad d. c. cæterum, de iur. arg. tit. 1. lib. 2.*

Libelli primo actionum † sunt varii, vt actiones sunt variæ, Operarum, ingrati & præiudicialis vindicationis. *Durand. lib. 4. Spec. tit. de feud. tit. de cens. § vltim. & tit. de nat. ex lib. Ventre &c.* Adfert libellos & operarum & ingrati & præiudicialis. *Ferrar.* adfert ingrati: *Blanchus* præiudicii. Verum libellorum confectio, quam vitiose hodie fiat, non est huius loci plenius explicare. Varius feudariæ libellus hic est. *Hoc prædium iure feudi meum esse aio. vel feudum huius prædii meum esse aio.* Operarum: *vt Titium aut vasallum meum has aut illas operas mihi debere aio.* Præiudicii. *Vt Titium vasallum siue hominem meum esse aio*, Ingrati. *Vasallum Titium meum mihi insidiatum vel iniustas manus mihi, vel filia mea stuprum intulisse aio.* Alios omitto breuitatis causa.

25 Sententia, quemadmodum sit ferenda, & quod iudicis sit officium, cum ex actionis natura, tũ ex veritate libellorũ intelligi solet. In executione quoq; nihil singulare, vt neque in appellatione. Nam & in secundo iudicio, siue appellationis de feudo, eadem ser-
24 uanda, quæ in aliis iudiciis † exercendis. qua de re *Guido Pap. decis 501. & Curt. p. vlt. qu. 11. 12. & 13. Mynsing. cent. 5. obseru. 5.* De competente iudice in iudicio appellationis feudi, dictum *supra.* Sed & hic aliqua difficultas est, quam & *Blanch. Curt. part. vlt. numer. 31.*

Panorm.

Panorm. ad c. caterum, de re iudic. Mynſ. cent. 5. obſ. 90. n. 3. & ſeq. de eo eſt tit. 20. in fin. lib. 1. vbi in iudicio ingrati, appellatio à paribus fit ad Imp. quod & de ſupremis feudis accipiunt. *Bald. Aluarot. Iſern. ad d. t. 22.* In aliis feudis gradatim appellandum aiunt. Verum in iudicio Imperii iam pronunciatum ſcribit *Mynſ.* vt ſi princeps paribus Curiæ ſiquidem ſint, prouincia vel ducatu aliquo ſit, iudex aliquis generalis, & ordinarius cauſarum feudalium, ab eo ſtatim & immediate ad Imperatorem vel iudicium Imperiale appellare poſſe. Si vero ſpecialiter aliqua cauſa feudalis, alicui delegata fuerit iudicanda, tunc ab eo, ad proxime ſuperiorem, ſiue gradatim facienda ſit appellatio. Ad eum modum, vt in aliis articulis, & in omni alio iure, ita & in hoc mores imprimis obſeruandi videntur. Ceterum de appellationibus feudariis diligentiſſime ſcripſit Ferrarien. *lib. 5. de feud. c. 6.*

DISPOSITIO CAPITIS XV.

Caput vltimũ partes habet

- *I. De remediis ſiue actionib. quoad*
  - *Vaſallum cui competit actio*
    - *Feudaria in qua notandum*
      - *Eam eſſe in rem, id eſt, feudum cui detur ſc.*
        - *Vaſallo*
        - *Heredi eius*
      - *Contra quem detur*
      - *Quid in hanc actionem veniat.*
      - *An hac actio ſit bona fidei.*
    - *Actio euictionis*
      - *Donatum datur condictio ex lege*
      - *Emptum tunc actio ex empto competit.*
  - *Seniorem cui datur actio*
    - *Actio ad feudi traditionem & inueſtituram, ſi forte eam ſenior recuſet. quæ eſt in perſonam & varia. Nam ſi feudum ſit contra ſeniorem mala tractationis: ſed potius eſt querela quam actio.*
  - *Opera, ingrati, &c.*
- *II De iudice competente, qui eſt vel —*
  - *Senior in cauſa feudaria, tam —*
    - *De iure quam de poſſeſſione.*
    - *Cum clerico quam cum laico.*
    - *De minore quam de maiori feudo*
  - *Pares curiæ ſi de iure feudi ſit controuerſia an ſit*
    - *Nouum*
    - *Vetus*
  - *Ordinarius vel extraneus iudex qui plerunque adhibetur ſi pares curiæ deſunt.*
- *III. De probatione, cuius duo potiſſimum ſunt gener. —*
  - *Teſtes*
  - *Inſtrumenta*
    - *Operarum*
    - *ingrati*
    - *Præiudicialis*
- *IV. De ritu feudarii iudicii, ratione*
  - *Libellorum*
  - *Sententiarum quæ ſunt ferenda, ex*
    - *Actionis naturæ & varietate li. allorum.*



INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM HOC OPERE COMPREHENSORVM.

Prior numerus caput, posterior summarium notat.

Comi-

D.

E.

F.

In-

Perso-

FINIS.



